MANVDVCTIO AD PRAXIM

Executionis Literarum Sacræ Pœnitentiariæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

OPERA

R. P. TIBVRTII NAVAR

Ordinis S. Franciſci Recollectorum Aquitaniæ in Gallia

Olim Pœnitentiarij in Baſilica Lateranenſi.

Typis demandata in commodum Epiſcoporum, & Superiorum Regularium, Pœnitentiariorum, ac Confeſſorum, Pœnitentiumque vtilitatem

Quoad Abſolutiones, Diſpenſationes, Rehabilitationes, Votorum commutationes &c. impertiendas.

Addito etiam modo ſcribendi, & recurrendi ad Sacram Pœnitentiariam in caſibus Sanctæ Sedi reſeruatis præſertim occultis,

Et Conſtitutio ſuper facultatibus Maioris Pœnitentiarij, ac Decretum, quo prohibetur omnibus Confeſſarijs, etiam Pœnitentiarijs abſoluere in caſibus in eodem Decreto deſcriptis.

Accedit in fine

DILVCIDATIO FACVLTATVM Minorum Pœnitentiariorum Baſilicarum Vrbis, & Praxis executionum ad Literas, & Reſcripta Sacræ Pœnitentiariæ.

ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ 1714.

Superiorum permiſſu, & Priuilegio.

Digitized by Google

25.7 f. 12

Digitized by Google

EX Commiſſione Reuerendiſſimi P. Generalis totius Ordinis Minorum S.P.N. Franciſci, infraſcriptus accuratè legi, & qua potui diligentia non ſine guſtu relegi Librum, cui titulus eſt : *Manuductio ad Praxim executionis litterarum Sacræ Pœnitentiariæ, Authore R. P. Tiburtio Nauar eiuſdem Ordinis, ac Prouinciæ Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Recollectorum in Gallia, Concionatore, Theologiæ Lectore, ac olim in Baſilica Lateranenſi Pœnitentiario Apoſtolico* : In quo nihil non dignum expectatione communi, aut quod Fidei Catholicæ, ac bonis moribus aduerſetur reperi : habet enim in omnibus doctrinam ſanam, & in ea modum, aut methodum facilem, non tàm nitore ſermonis, quàm integritate veritatis ex Sacrorum Canonum, ac Conciliorum Decretis, ac denique ex aliorum probatiſſimorum Authorum intimis prontuarijs depromptam, qua per multos errores, qui aut incuria, aut ignorantia irrepere poſſent, ſolidè detegit, ac omnes maximè tamen Animarum Curatores, quorum præcipuè intereſt, eruditè inſtruit, ac ad Praxim executionis Litterarum Sacræ Pœnitentiariæ ſuauitèr induxit, varios quoque abuſus humilitèr corrigit, non ignorans illud Tertuliani lib. de Veland. Virginij : *Veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpectantium temporum, non patrocinia perſonarum, non priuilegium Regionum*. Hinc opus hoc, & prælo, & luci dignum, ac omnibus præcipuè Animarum curam habentibus, vtiliſſimum fore iudico, ac ſaluo meliori, cenſeo. In hoc noſtro Conuentu Aracœlitano, die decima quinta Martij 1688.

F. Didacus de Eſcazena.

MAnuductionem ad Praxim Executionis litterarum Sacræ Pœnitentiariæ, labore R. P. Tiburtij Nauar Ordinis N. S. Franciſci Prouinciæ Immaculatæ Conceptionis Deiparæ in Gallia recollecti, Concionatoris, Theologiæ Lectoris, & olim in Baſilica Lateranenſi Pœnitentiarij Apoſtolici elaboratam, & mandato Reuerendiſſimi Patris Generalis, qua potui vigilantia volui, voluptàte legi, & vtilioris doctrinæ auidus perlegi, Opus ſanè ſuo Authore dignum, imò, & digniſſimum, & vſque ad ſæculi finem ſplendor eius, luxque ſuper Candelabrum ad inſtar Solis in Eccleſia perueniat, ad illuminandum omnem hominem, quauis Juriſdictione circa forum conſcientiæ pollentem, vt poſſit agenda videre, & adimplenda quæ viderit, tutò procedere, vtiliſſimum enim, & neceſſarium appa ret ad percrebros errores, qui reſpectu eiuſdem fori fiunt corrigendos, ad Sacramentum Pœnitentiæ, aliaque ei annexa rectius adminiſtranda, & ad Animarum varijs cenſuris, irregularitatibus, votis &c. irretitarum grauamina ſubleuanda, doctrinam ſanam,

Digitized by Google

modos ſalubres, & methodum facilem, praxi Sacri Tribunalis Pœnitentiariæ conformem ſubminiſtrando. Ideò, cum ſua conſultatione in tribus quæſtionibus deciſiua ſuper diſpenſationibus matrimonialibus, Opus dignum, vt Typis tradatur iudico, indè enim Religioni honor, & toti Chriſtianæ Reipublicæ fructus emanabit. Ita cenſeo Romæ in hoc noſtro Conuentu Aracœlitano die 8. Martij anni 1688.

Fr. Petrus Domenech.

TEnore præſentium committimus P. F. Didaco à Scazena Minorum Diſcalceatorum Concionatori, Sanctæ Inquiſitioni Qualificatori, & Cuſtodi actuali Prouinciæ noſtræ S. Didaci in Bethica, & P. F. Petro Domenech, eiuſdem Inſtituti Concionatori, olim Sanctiſſimi Domini Noſtri Pœnitentiario, & actuali Guardiano Villenæ in Prouincia S. Io: Baptiſtæ Valentinæ, quatenus pro parte Ordinis examinent Opus P. Tiburtij Nauar Lectoris Theologi Prouinciæ Immaculatæ Conceptionis in Gallia, cui titulus eſt: *Manuductio ad Praxim executionis litterarum Sacræ Pœnitentiariæ*, & cenſuram in ſcriptis ferant ad effectum noſtræ licentiæ, & approbationis concedendæ, vel denegandæ ſecundùm Sac. Concilij Trident. Decreta. Datum in Camera noſtræ reſidentiæ 5. Februarij 1688.

Fr. Petrus Marinus Miniſter Generalis.

IVſſu Rmi P. F. Dominici Mariæ Puteobonelli Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, legi Librum, cui titulus: *Manuductio ad Praxim executionis litterarum Sac. Pœnitentiariæ &c. Auctore R. P. Tiburtio Nauar Ordinis Minorum S. Franciſci Strict. Obſeruantiæ, olim Pœnitentiario in Baſilica Lateranenſi &c.* Opus ſanè dignum luce, & expetitum, tùm ad commodum Confeſſariorum, tùm ad ſalutem, & conſolationem Pęnitentium, & quod nil continet, quod Catholicę Fidei, vel bonis moribus aduerſetur, ſed ſolidam Praxim Sacrę Pœnitentiarię, & pietatem erga ſalutem Animarum, quamobrem dignum Typis cenſeo, & me P. V. Rmæ humillimè ſubmitto. Ex Collegio Apoſtolico apud S. Petrum die 26. Martij 1688.

Carolus Stradiotti Societatis Ieſu SS. D. N. Pœnitentiarius.

Reimprimatur
Si videbitur Rmo P. Sac. Apoſt. Palatij Mag.
N. Archiepiſcopus Capuæ Viceſgerens.

Reimprimatur
Fr. Gregorius Sellari Ord. Prædicatorum S. Pal. Apoſt. Mag.

IN-

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.

IN INTRODVCTIONE.

Cap. I. MOdus legendi literas Sac. Pœnitentiariæ pag. 1
Cap. II. Modus intelligendi literas Sacræ Pœnitentiariæ per Inſcriptionum, & Clauſularum communium explicationem 6
Cap. III. Modus intelligendi literas Sac. Pœnitentiariæ per aliorum quorumdam notandorum explanationem 10
Cap. IV. Modus exequendi literas Sac. Pœnitentiariæ 16

IN PARTE PRIMA.

De formulis Votorum.

Cap. I. MOdus exequendi literas dilationis voti Religionis pag. 17
Cap. II. De tranſgreſſione voti Religionis 20
Cap. III. De tranſgreſſione voti Caſtitatis 22
Cap. IV. De commutatione voti Religionis 24
Cap. V. De voti Caſtitatis commutatione 27
Cap. VI. De commutatione voti ſimplicis Caſtitatis, & Religionis ſimul 30
Cap. VII. De commutatione votorum Peregrinationis Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum 31

IN PARTE SECVNDA

De Diſpenſationibus Matrimonialibus.

Cap. I. VBi notantur aliqua communia omnibus diſpenſationibus matrimonialibus 32
Cap. II. De diſpenſatione ſuper impedimento occulto affinitatis prouenientis ex copula illicita ad contrahendum, ſeù de contrahendo 37
Cap. III. De formula literarum Sac. Pœnitentiariæ diſpenſationis ſuper impedimento primi gradus ex copula illicita prouenienete ad remanendum, ſeù de contracto 42
Cap. IV. De formula abſolutionis, & diſpenſationis literarum, quæ expediuntur pro ijs, qui impetrata diſpenſatione ſuper impedimento publico tacuerunt impedimentum occultum 46
Cap. V. De formula abſolutionis, & diſpenſationis literarum Sacræ Pœnitentiariæ, quæ conceduntur Pœnitentibus, qui vigore

di-

Digitized by Google

diſpenſationis à Dataria ſubreptitiè, vel obreptitiè obtentæ ſuper publico impedimento matrimonium inualidè contraxerunt 48
Cap. VI. De formula diſpenſationis pro ijs, qui factis proclamationibus in Eccleſia fieri ſolitis, & nullo detecto, ſeù denunciato impedimento, exiſtentes tamen conſanguinei, vel affines in aliquo gradu prohibito publicè in facie Eccleſiæ matrimonium contraxerunt, & conſumarunt 50
Cap. VII. De formula literarum, quæ expediuntur ijs, qui matrimonium contrahere deſiderant, vel iam contraxerunt cum impedimento criminis occulto 53
Cap. VIII. Pro eo, qui contracto, & conſumato matrimonio conſanguineum Vxoris ſiuè in primo, ſiuè in primo, & ſecundo, ſiuè in ſecundo gradu tantùm carnalitèr cognouit. 56

IN TERTIA PARTE

De Formulis abſolutionum &c.

Cap. I. VBi notantur aliqua his materijs communia 56
Cap. II. De abſolutione ab iniectione publica manuum violentarum ſiuè percutiendo, ſiuè vulnerando, ſiuè mutilando, ſiuè occidendo Clericum, aut Sacerdotem, aut Religioſum pro non valente accedere ad Vrbem 59
Cap. III. De formulis literarum Sacræ Pœnitentiariæ, pro eo, qui ad Vrbem pro abſolutione ab excommunicatione incurſa ob manus violentas iniectas in Clericum acceſſit, & abſolutus ad Ordinarium mittitur 65
Cap. IV. De literis Sac. Pœnitentiariæ directis Confeſſarijs ad abſoluendum à violenta manuum iniectione in Clericum, & in caſibus occultis 67
Cap. V. De literis Sacræ Pœnitentiariæ directis Confeſſario ad abſoluendum Clerici percuſſorem, qui neque ad Ordinarium ſuum, neque ad Vrbem perſonalitèr accedere poteſt 70
Cap. VI. De formulis abſolutionum à cenſuris, & ſimul diſpenſationum ſuper irregularitate 72
Cap. VII. De literis diſpenſationis ab irregularitate proueniente ex defectu occulto natalium 77
Cap. VIII. De literis rehabilitationum 79
Cap. IX. De formula rehabilitationis ad Beneficia obtinenda 82
Cap. X. De fructuum malè perceptorum ex Beneficijs Eccleſiaſticis condonatione. 83

IN

Digitized by Google

INDEX CAPITVM

IN PARTE QVARTA

De formulis abſolutionum in vtroque foro &c.

Cap. I. DE literis diſpenſationis pro volente ingredi Religionem. 86

Cap. II. De formula literarum, quas concedit Sacra Pœnitentiaria pro Religioſis cenſuris Eccleſiaſticis innodatis, & irregularitate ex violatione cenſurarum irretitis pro vtroque foro in factis publicis 89

Modus ſcribendi Romam ad Eminentiſſimum D. Maiorem Pœnitentiarium pro caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, vel pertinentibus ad Sac. Penitentiariam. 92

Conſtitutio ſuper facultatibus Maioris Pœnitentiarij 95

Decretum ſuper prohibitione facta Confeſſarijs Vrbis abſoluendi à quibuſdam cenſuris, & caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. 111

Accedit in fine

DILVCIDATIO FACVLTATVM Minorum Pœnitentiariorum Baſilicarum Vrbis,& Praxis executionum ad Literas,& Reſcripta Sacræ Pœnitentiariæ.

MA-

MANVDVCTIO AD PRAXIM
Executionis Literarum Sacræ Pœnitentiariæ.

PRÆMONITIO AD LECTOREM.

Finis præcipuus huius Compendij non eſt de materijs ad Sacram Pœnitentiariam ſpectantibus diſſerere, & tractare, quoniam, & hoc iam antea à Marco Paulo Leone tàm diffusè, quàm eruditè præſtitum fuit, ſed tantùm, vt per facilem Manuductionem aperiatur Confeſſoribus via ad Praxim executionis dictarum Literarum, ad quem finem conſequendum duo omninò neceſſaria ſunt.

Primum aduertendum, vt ſubminiſtretur modus dictas literas legendi, & intelligendi. Secundum, vt per explicationem practicam clauſularum in ſingulis literis apponi ſolitarum earum executio facilior reddatur. De primo iam breuitèr per modum Introductionis in tribus Capitibus agetur. De ſecundo autem paulò diffuſiùs iuxtà quadruplicem materiarum diuerſitatem quatuor Partibus per ſua Capita diuiſis tractabimus.

*Aduertendum ſecundò, quod nè erretur in executione dictarum literarum, diſtinximus per tria ſigna, tria clauſularum genera, quæ in formulis Breuium Sac. Pœnitentiariæ paſſim occurrunt, quædam enim ſunt clauſulæ eſſentiales ipſi executioni, ſeù conditiones ſine qua non, ita quod earum omiſſio executionem efficiat inualidam, & irritam: Aliæ ſunt tantùm Confeſſarij executoris inſtructiuæ, quæ eius conſcientiam plerumque grauant, attamen earum omiſſio executionem ab eo factam non irritat; Aliæ denique ad Penitentem, cui gratia conceditur ſpectant, earum omiſsio, non reddit gratiam nullam, ſed eius onerat conſcientiam ſi eas non obſeruet. Ad has autem clauſulas dignoſcendas tres figuras appoſuimus, videlicèt aſteriſcum ſeu Stellam, * Crucem, ✠ & Cor ♥, Stella indicat clauſulam eſſentialem, Crux clauſulam Confeſſoris inſtructiuam, & Cor conſcientiæ Pœnitentis oneratiuam.*

Aduertendum tertiò paritèr, quod formulæ, quæ habentur in Manuductione pro abſolutione, diſpenſatione, rehabilitatione, aut alia aliqua de cauſa, hìc non ponuntur, tamquàm de eſſentia, ſed tantùm pro directione, & inſtructione Confeſſarij delegati, quibus vti poterit in executionibus, quæ occurrunt, aut alijs æquiualentibus, ſemper tamen exprimendo gratiam, quæ conceditur, & impertitur Penitenti in quacumque materia, & pro quocunque caſu occurrenti.

Aduertendum quartò, quod Lector reperiet in hac vltima editione ☞ *Modernam Sacræ Penitentiariæ Praxim ſigno manus paſsim ſignatam, ſecundùm quam eiuſdem Sac. Penitentiariæ expeditiones fiunt pro faciliori Confeſſariorum notitia, & Penitentium ſolatio.*

His prælibatis ſit Introductionis Caput Primum.

Digitized by Google

MANVDVCTIO AD PRAXIM

Executionis Litterarum Sacræ Pœnitentiariæ.

CAPVT PRIMVM

Modus legendi Litteras Sacræ Pœnitentiariæ.

DIfficultas (*a*) in legendis Sacræ Pœnitentiariæ Reſcriptis, Litteris, ſeù Breuibus dupliciter contingit, vel ratione caractheris Gothici, ſeù Bullatici, quod in ijs adhibetur, vel propter breuiaturas, quarum in ijſdem eſt vſus.

a Breuium legendorum diffi cultas duplex.

Ad tollendam primam (*b*) difficultatem ſubminiſtrantur hìc tres formæ Commiſſionum cum clauſulis generalibus, quæ ferè in cunctis indiuidualibus, ſeu particularibus Breuibus continentur, & ideò facilem ad alia legenda aditum dabunt.

b Prima quomodò tollatur.

Ad ſecundam verò (*c*) difficultatem ſuperandam ſubijcietur per ordinem Alphabeticum Cathalogus vocum abbreuiari ſolitarum, cum ſignificatis earum, ſeù cum vocibus integris, quibus breuiaturæ ſubſtitui ſolent.

c Secunda etiã quomodò.

De formis Commiſſionum.

HÆ (*d*) Commiſſiones ſolent dirigi iuxtà diuerſitatem materiarum, vel Ordinarijs, ſub quo etiam nomine veniunt Prælati Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum, vel alijs Confeſſoribus.

d Commiſſiones ad quos dirigantur.

Si dirigatur (*e*) Ordinarijs locorum, ſeù Epiſcopis ſic inſcribitur foris

e Directæ Epiſcopis quomodò foris inſcribantur.

Venerabili in Chriſto Patri Epiſcopo, ſeù Archiepiſcopo, ſeù Patriarchæ NN. ſiuè eius Vicario in ſpiritualibus Generali.

Intus verò ſic incipiunt

Et quomodò intus.

Venerabili in Chriſto Patri Epiſcopo N. ſiuè eius Vicario in ſpiritualibus Generali.

Fabritius miſeratione Diuina Tit. SS. Ioannis, & Pauli S.R.E. Presbyter Card. Paulutius, ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.

a Directæ Prælatis Regularibus.

Si dirigantur (a) Prelatis Regularibus ſic inſcribitur foris

Dilecto in Chriſto Religioſo viro Prouinciali Ordinis N. Prouinciæ N. vel Dilecto in Chriſto Religioſo viro cuicumque Superiori, cuiuſuis Ordinis, ſeù Congregationis à Sede Apoſtolica approbati.

b Directæ alijs Confeſſoribus graduatis.

Intus verò eodem modo præmiſſo nomine Maioris Pœnitentiarij, vt infra

Si dirigantur (b) alijs Confeſſoribus ſic foris inſcribitur

Diſcreto viro Confeſſario ex approbatis ab Ordinario per latorem præſentium ad introſcripta ſpecialitèr eligendo.

Intus verò ſic incipiunt:

Fabritius miſeratione Diuina Tit. SS. Ioannis, & Pauli Presbyter S.R.E. Cardinalis Paulutius.

Diſcreto viro Confeſſori ex approbatis ab Ordinario per latorem præſentium ad infraſcripta ſpecialitèr eligendo ſalutem in Domino.

c Directæ ſimplicibus Confeſſarijs. Et pro Monialibus.

Si autem (c) aliquando fiat Commiſſio ſimplici Confeſſario ex approbatis reticetur foris, & intus nomen Magiſtri, aut Doctoris. Si verò fiat Commiſſio pro aliqua Moniali dicitur -- *Confeſſori ex approbatis pro Monialibus.*

De Clauſulis generalibus.

Poſt huiuſmodi Commiſſiones ſequuntur Clauſulæ ſecundùm partes litterarum. Prima eſt Clauſula petitionis ſic

Pro parte N.N. latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs.

Sequitur deindè narratiua, & poſt narratiuam Clauſula poſtulationis, ſic -- *Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat dictus lator.*

Et poſt poſtulationem Clauſula ſupplicationis, ſic videlicèt

Quarè ſupplicauit humilitèr, vt ſibi ſuper hoc de opportuno remedio prouidere dignaremur.

Poſteà ſequitur Commiſſio ipſa cum ſuis clauſulis.

Nos igitur, qui Pænitentiariæ Domini Papæ curam gerimus huiuſmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate Apoſtolica ſpecialitèr Nobis conceſſa diſcretioni tuæ. Vel ſi committantur Epiſcopo. *Circumſpectioni Veſtræ committimus, quatenùs ſi eſt ita* -- Continuatur diſpoſitiua, & conceſſio Gratiæ; in quarum ſine poſt verbum -- *Abſoluas, vel diſpenſes* -- ſequuntur

Digitized by Google

hæ clauſulæ ſcilicèt *in foro Conſcientiæ*, *& in ipſo actu Sacramentalis Confeſſionis tantùm, & non alitèr, neque vllo alio modo* -- quæ Clauſula etiam aliquandò extenditur iuxtà qualitatem materiæ ad aliam Clauſulam videlicèt -- *Ità quod huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio in foro Iudiciario nullatenùs ſuffragentur* -- & hæc aliquandò ad aliam Clauſulam -- *nullis ſuper his teſtibus adhibitis, ſeù litteris datis, aut proceſſibus confectis, ſed præſentibus laniatis, quas ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ laniare tenearis. Itaùt nullum earum exemplum extet, neque eas latori reſtituas, quod ſi reſtitueris, nil ei præſentes litteræ ſuffragentur. Datum Romæ apud &c. ſub ſigillo Officij Pœnitentiariæ &c. Pontificatus &c.*

Breuiaturarum Communium in litteris Sacræ Pœnitentiariæ apponi ſolitarum Explicatio.

A

Archiep̄us	Archiepiſcopus
Alr	Aliter
Als	Alias
Abſolũo	Abſolutio
Aplica	Apoſtolica
Ap̄p̄batis	Approbatis
Aucte	Auctoritate

C

Car̄dlis	Cardinalis
Cañicè	Canonicè
Ceñ.	Cenſuris
Circum̄ſp̄eoni	Circumſpectioni
Xp̄us	Chriſtus
Confeõne	Confeſſione
Confeõri	Confeſſori
Coiõne	Communione
Conſcīę	Conſcientiæ
Conſtituõnibus	Conſtitutionibus

D

Diſcr̃eoni	Diſcretioni
Diſpensão	Diſpenſatio
Dñus	Dominus

E

Eccl̃ę	Eccleſiæ
Effũs	Effectus
Exĩt	Exiſtit
Eccl̃is	Eccleſiaſticis
Epũs	Epiſcopus
Excõe	Excommunicatione

F

Fr̃	Frater
Fr̃um	Fratrum

G

Gñli	Generali

H

Hum̃oi	Huiuſmodi
Huml̃r	Humiliter

I

Infraꝑtum	Infraſcriptum
Irregul̃te	Irregularitate
Igr̃	Igitur
Intrõpta	Introſcripta

L

Lĩa	Licentia
Lt̃ima	Legitima
Lr̃æ	Litteræ
Lĩtè	Licitè

M

Mr̃imonium	Matrimonium
Magr̃o	Magiſtro
Mir̃aone	Miſeratione
Mir̃	Miſericorditer

Nul-

N	
Nullĩus	Nullatenus
O	
Orđio	Ordinario
Orđinaoni	Ordinationi
P	
PP.	Papa
Pr̃	Pater
Pontĩus	Pontificatus
Pĩus	Prefatus, ſeù Predictus
Pĩur	Prefertur, ſeù Predicitur
Pñtium	Præſentium
Pƀter	Presbyter
Pƀricida	Presbytericida
Pœñia	Pœnitentia
Pœñiaria	Pœnitentiaria
Põe	Poſſe
Pĩor	Procurator
Q	
Qtñus	Quatenus
Qmłbet	Quomodolibet
Qđ	Quod
R	
Rełari	Regulari
Rełione	Religione
Rom̃a	Romana
S	
Sñtæ, vel Sĩæ	Sanctæ
Sałuri	Salutari
Señtia	Sententia
Speałr	Specialiter
Suppłionibus	Supplicationibus
Sp̃ualibus	Spiritualibus

T

Tñ	Tamen
Tm̃	Tantum
Thı̃a, vel Teolĩa	Theologia
Tĩi	Tituli

V

Veñebli	Venerabili
Vr̃æ	Veſtræ

Denique ad tollendam omnem legendi difficultatem aduertendum, quod in Litteris Bullaticis, quales adhibet Sacra Pœnitentiaria iu ſuis Reſcriptis nullæ fiunt virgulæ, nulla puncta, nulla diphtongus, nullique accentus. Et ideò non oportebit Executorem earum in his quærendis vexari; ſed ſenſum dictionum, & phraſium ex ipſarum ſimplici, & diſtincta lectione Executor colliget.

☞ Notandum, quod Breuia Sacræ Pœnitentiariæ non ſolùm expediantur carachere Bullatico, ſed etiam Commiſſiones, Decreta, & aliæ Litteræ idiomate latino.

INTRODVCTIONIS

CAPVT II.

Modus intelligendi Litteras Sacræ Pænitentiariæ, per inſcriptionem Clauſularum communium explicationem.

a Clauſulæ generales explicantur.
b Confeſſio Sacramentalis nõ eſt præmittenda cum litterę Epiſcopo nominatim expreſſo diriguntur.
c Neque ſi Epiſcopus ſub deleget perſonam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutam.
d Et neceſſaria ſi cõmittat exe-

INſcriptio litterarum, (*a*) quæ diriguntur Ordinarijs Locorum, ideſt Epiſcopis, ſeù eorum Vicarijs Generalibus clara eſt. Cum in ijs expreſsè nominetur Ciuitas Diœceſis talis Epiſcopi. Poſſunt itaque ſiue Epiſcopus, ſiue eius Vicarius Generalis (cuius etiam nomine intelligitur Officialis) prædictas litteras executioni demandare.

Notandum (*b*) autem, quod in dictis litteris non fit, vt plurimùm, mentio de Sacramentali Confeſſione, & ſic non requiritur, vt lator Epiſcopo ſacramentaliter confiteatur. Neque (*c*) etiam eſt neceſſarium, ſi dictus Epiſcopus facultate ſibi data à Sacra Pœnitentiaria ſubdelegandi aliquam perſonam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutam deputet, & ſubdeleget, vt lator pręfatæ Perſonæ ſubdelegatæ confiteatur. Si verò (*d*) vigore dictæ facultatis committat executionem ali-

cui

Digitized by Google

cui Confeſſario, tunc eſt neceſſarium, vt hic latoris Confeſſionem Sacramentalem excipiat, & litteras exequatur in Sacramentali Confeſſione; & tunc, ſi caſus eſſet publicus, poſſet Confeſſarius de abſolutione iuxtà facultatem ſibi delegatam fidem publicam facere, vt conſtet in Actis Cancellariæ Epiſcopalis ad effectum componendi cum Fiſco, & Parte.

Notandum (*a*) inſupèr, quod aliquandò ſolent litteræ dirigi ſine expreſſione particularis Epiſcopi -- *Cuicumque Catholico Antiſtiti gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habenti*.

Et tunc (*b*) poteſt adiri quicumque Epiſcopus, aut Archiepiſcopus, aut Primas, aut Patriarcha (qui omnes ſub nomine Antiſtitis comprehenduntur.) Qui gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habere intelligitur, ſi non eſt excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus, & in iſtis caſibus ſemper debet præmitti Sacramentalis Confeſſio; Inſcriptio litterarum, quæ diriguntur Prælatis Regularibus paritèr clara eſt; nam aliquando diſtinctè exprimitur, cuius Ordinis, & Prouinciæ ſit Superior, & quale eius officium, ad quem diriguntur. Aliquando verò (*c*) inſcribuntur cuicumque Superiori Ordinis à Sede Apoſtolica approbati (*d*) & tunc liberum eſt latori adire quem vult ex talibus Superioribus. Hæ autem litteræ ſolent eſſe pro vtroque foro, & cum non fiat in eis mentio de Sacramentali Confeſſione, non eſt opus, vt lator Superiori tali vel deſignato, vel à ſe electo confiteatur, & executio litterarum debet fieri extrà Sacramentalem Confeſſionem; & taliter vt in vtroque foro ei ſuffragetur.

Inſcriptio litterarum, quæ diriguntur Confeſſarijs, intelligendum eſt -- *Dilecto in Chriſto Religioſo viro*, vt ſup. fol. 2.

In ea inſcriptione, & introſcriptione dicitur *ex approbatis* (*e*) *ab Ordinario* -- per quod ſignificatur, quod Confeſſarius eligendus pro executione litterarum, debet eſſe approbatus ab Ordinario, in cuius Diœceſi debet fieri præfata executio, & quod ſit ex approbatis actu, ideſt, quod non fuerit elapſum tempus approbationis ipſius; Quando verò expediuntur ſimiles litteræ pro Religioſo, ſufficit, vt Confeſſarius eligendus ab eo ſit approbatus à Superioribus ſui Ordinis, quia, vt dictum eſt ſuprà, reſpectu Religioſorum Superiores dicuntur Ordinarij. Cum autem diriguntur litteræ Confeſſario ex (*f*) approbatis ab Ordinario pro Monialibus oportet eligi Confeſſarium ex approbatis pro Monialibus, quamuis non

executionem alicui Confeſſario.

a Eſt etiam neceſſarium fieri, ſi litteræ diriguntur innominatim, cuique Catholico Antiſtiti.

b Antiſtitis nomine, qui intelligantur, & qui adiri poſſint dū illius nomen exprimitur.

c Confeſſio Sacramentalis nō eſt neceſſe, vt fiat Prælato Regulari cui litteræ diriguntur, vt tali.

d Quis poſſit adiri cum nullius Prælati Religio, aut Prouincia exprimitur.

e Confeſſarius debet eſſe actu approbatus ab Ordinario loci, in quo fit executio litterarū.

f Litteræ pro Moniali.

Digitized by Google

non eſſet pro illo Monaſterio, in quo degit Monialis. Solet tamen aliquando commiſſiones huiuſmodi committi Confeſſarijs ex approbatis ab Ordinario, etiam ſi non ſint pro Monialibus, vt Moniales habeant libertatem confitendi cuilibet.

a Clauſulæ cõmunes explicantur.

Et hæc ſufficiant (*a*) quoad inſcriptiones, & introſcriptiones litterarum Sacræ Pœnitentiariæ. Quo verò ad clauſulas communes ſuperiùs relatas.

b Prima communis clauſula, ſi ità eſt, explicatur.

Prima (*b*) & valdè notanda eſt in his verbis — *quatenùs ſi ita eſt* -- Quæ clauſula, ſi benè conſideretur, multos poteſt habere ſenſus. Nam primò ſignificare poteſt generalitèr ad omnia expoſita, quatenùs ſi vera ſunt omnia, quæ exponuntur. Secundò poteſt intelligi per reſpectum ad conditiones, ſine quibus Pœnitentiaria non daret litteras, vt v.g. dum petitur aliqua diſpenſatio ſuper irregularitate, vel ſuper impedimento matrimoniali, conditio, ſine qua Pœnitentiaria non concedit hanc gratiam,eſt,quod delictum, vel impedimentum ſit occultum. Et ſic ſenſus huius clauſulæ ad hanc conditionem relatus eſſet -- *quatenùs ſi ita eſt* -- quod expoſita ſint.

Sed quoad primum ſenſum, licèt ſit verè naturalis dictæ clauſulæ, non intenditur tamen abſolutè à Sacra Pœnitentiaria; Neque enim dum aliquis exponit ſe commiſiſſe homicidium, aut aliud delictum, aut emiſiſſe aliquod votum, imponere intendit Sacra Pœnitentiaria Confeſſario, vt examinet, & inquirat, quatenùs, ſi ita eſt. Nam de hoc nullum eſt dubium. Quis enim niſi inſanus exponeret ſe commiſiſſe homicidium, niſi eſſet verum?

Secundus ſenſus eſſet quidem optimus,& ſecundùm mentem Sac. Pœnitentiariæ, quæ intendit imponere Confeſſario, vt inquirat,an conditiones,ſine quibus non fieret gratia verificentur, v. g. in impedimentis matrimonialibus, an impedimentum occultum ſit, an ex ſeparatione veriſimilitèr mouerentur ſcandala.

c Verus ſenſus illius clauſulæ Confeſſarius debet principalitèr attendere an preces Pœnitentis veritate nitantur.

Tertius (*c*) itaque ſenſus horum verborum, de quo diligentèr inquirere debet Confeſſarius, eſt, an preces Oratoris veritate nitantur. Ideſt, an cauſa finalis, propter quam petitur, & ob quam tantùm conceditur gratia, & ſine qua non concederetur, eo modo quo exponitur, verificetur, vt v. g. in literis dilationis voti Religionis per illa verba -- *quatenus ſi ita eſt* -- non præcipitur Confeſſario, vt inquirat, an emiſſum ſit votum, nam de hoc ſatis conſtat, ſed præcipitur,vt examinet, & inquirat, an cauſa, ſeù motiuum principale, v. g. infirmitas

mitas vouentis, aut neceſſitas genitorum ipſius, ob quas, vel ob quam hæc conceditur gratia, ſint veræ. Hæc autem veritatis notitia, non per teſtimonia, aut per ſcripturas, ſed ex ipſa Pœnitentis aſſertione, cui debet credi, niſi de oppoſito conſtet, eſt accipienda.

Notet ergo benè hanc clauſulam Confeſſarius, quæ in omnibus literis apponitur, eamque, vt hic explicatam intelligat, & omninò obſeruet; itaùt gratiam executionis literarum non impertiatur latori, niſi illa clauſula -- *quatenus ſi ita eſt* -- verificetur, modo iam explicato.

Secunda clauſula (*a*) eſt in illis verbis -- *abſoluas, vel diſpenſes, ſcilicet in foro conſcientiæ*. Quibus (*b*) innuitur quamcumque abſolutionem, & diſpenſationem virtute literarum Sacræ Pœnitentiariæ impertiendam, excepto, quod quando agitur de abſolutione ab excommunicatione pro publico delicto incurſa, & commiſſio fit Ordinario, vt dicetur in parte tertia, & quando agitur de abſolutione, ſeù diſpenſatione Regularibus impertienda; pro quibus Maior Pœnitentiarius habet facultatem in vtroque foro (vt dicetur in quarta parte) eſſe pro foro conſcientiæ tantùm, & nullo modo ſuffragari pro foro externo; Quod quidem Confeſſarius debet aduertere, & de hoc Pœnitentem monere.

a Secunda clauſula communis explicatur.

b Omnis abſolutio, & diſpenſatio facienda à Confeſſarijs eſt pro foro conſcientiæ tantũ.

Aduertendum (*c*) eſt etiam circa Regulares, quod eæ literæ, quæ pro ipſis ad Confeſſarios diriguntur, eamdem quoque habent clauſulam, nec eis in foro externo, ſed ſolùm in foro conſcientię ſuffragantur. De quo etiam ipſi à dictis Confeſſarijs erunt monendi.

c Etiam pro Regularibus.

Tertia clauſula eſt (*d*) in his verbis -- *Et in ipſo actu Sacramentalis Confeſſionis tantùm, & non alitèr* -- Hæc clauſula apponitur in omnibus literis, quæ diriguntur Confeſſarijs pro quibuſcumque Perſonis, ſiue Sæcularibus, ſiue Regularibus, & in quibuſcumque materijs. Ex quo ſequitur debere omninò pręmitti Sacramentalem latoris Confeſſionem in executione literarum. Nam (*e*) ſi fieret aliter, & extra Confeſſionem ob quemcumque prætextum, & cauſam non eſſet valida executio. Ex quo (*f*) ad maioris præſentis clauſulæ intelligentiam plura notanda ſunt.

d Tertia clauſula communis explicatur Confeſſio Sacramẽtalis eſt præmittenda, & facienda ipſi Confeſſario litterarum executori.

e Abſolutio, & diſpenſatio quęcumque alias ſunt inualidæ.

f Tertia clauſula ampliùs explicatur.

Primò notandum eſt (*g*) quod literæ Commiſſionum, quę emanant à Sac. Pœnitentiaria, & diriguntur Confeſſarijs ſecundùm diuerſitatem materiarum ad diuerſos effectus conceduntur. (*h*) Aliquando enim dantur pro abſolutione tantùm à quo-

g Litteræ Sac. Pœnit. conceduntur ad diuerſos effectus, & quales.

h Dantur aliquando pro abſolutione tantùm.

à quodam caſu, & cenſura Sedi Apoſtolicæ reſeruata. Aliquando ſimul pro abſolutione, & pro diſpenſatione (*a*) v. g. ab aliqua irregularitate, vel impedimento. Aliquando (*b*) pro ſola diſpenſatione, tum quia, vel iam aliàs data eſt latori abſolutio, & ſupereſt tollenda aliqua irregularitas, vel inhabilitas. Tum quia in materia, pro qua dantur, nihil eſt, quod ſit abſolutione tol.endum, cum nulla ibi intercedat culpa, aut delictum latoris, vt v.g. dum conceduntur ſuper irregularitate orta ex defectu natalium. In quocumque (*c*) ergo caſu, ſeù ad quemcumque effectum præfatæ literæ dentur, ſemper præmittenda eſt latoris Confeſſio Sacramentalis; Et quamuis nullum adſit delictum, ſeù culpa latoris in ea materia, pro qua literæ conceduntur: nec eæ dentur ad effectum abſolutionis, ſed tantùm diſpenſationis, aut rehabilitationis; oportet tamen latorem priùs ſacramentaliter confiteri, v. g. ab vltima Confeſſione, ea peccata, quæ alijs in materijs commiſit: Vnde

a Aliquando pro abſolutione, & diſpenſatione ſimul.
b Aliquando pro diſpenſatione tantùm.
c Confeſſio Sacramentalis eſt ſemper præmittenda, & faciẽda Confeſſario executori litterarum.

Notandum ſecundò (*d*) quod quando in literis committitur aliqua diſpenſatio, vel commutatio, vel condonatio, vel dilatio, vel declaratio, ſiue eæ committantur ſimul cum abſolutione, vel abſque abſolutione; debet tamen, præmiſſa Confeſſione Sacramentali (vt iam ſupra dictum eſt) Confeſſarius poſt abſolutionem Confeſſionis Sacramentalis ſemper etiam proferre formam gratiæ ſpecialis conceſſæ à Sacra Pœnitentiaria, iuxtà quod præſcribetur in ſingulis materijs, de quibus infra.

d Formà gratiæ ſpecialis, quæ per litteras conceditur eſt ſemper proferenda a Confeſſario poſt abſolutionem Sacramentalem à cenſuris, & peccatis.

Aliæ, quæ (*e*) ſequuntur clauſulæ, relatæ in fine capitis præcedentis, ſatis per ſe patent, & debent diligentèr attendi, & obſeruari à Confeſſario in executione literarum, in quibus apponuntur; quamuis enim, vt iam dictum eſt, omnis executio harum literarum debeat fieri in Sacramentali Confeſſione tantùm, & pro foro conſcientiæ tantùm, & omnis abſolutio, & diſpenſatio, ſic datæ in foro fori non ſuffragentur, nullique ſint ſuper his adhibendi teſtes, ſunt tamen aliqui caſus, ſeù aliquæ materiæ, in quibus Sac. Pœnitentiaria ſuam intentionem expreſſiùs declarat, prout in dictis clauſulis ſupra capite ſecundo viſum eſt, & in aliquibus iubet Confeſſario ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, vt literas laniet, & quod ſi eas latori reſtituerit, declarat prædictas literas nihil ei ſuffragaturas. Attendat itaque dum occurrent ſpecialitèr hæ clauſulæ Confeſſarius, & diligentèr obtemperet menti Sacræ Pœnitentiariæ.

e Clauſularum exterarum obſeruatio commendatur.

IN-

Digitized by Google

INTRODVCTIONIS

CAPVT III.

Modus intelligendi literas Sacræ Pœnitentiariæ per aliorum quorumdam notandorum explanationem.

a Confeſſarius Executor debet tria præmittere gratiæ conceſſionis nempè, inquirere, iniungere, & monere.

b Inquirenda per Confeſſariũ à Pœnitente.

c Veritas cauſę finalis, ſeù an res ita ſit.

NOtandum primò. (*a*) Quod Confeſſarius antequam ad finalem executionem literarum Sac. Pœnitentiariæ deueniat per abſolutionem, diſpenſationem, & gratiæ conceſſæ expeditionem, tria præſtare debet, quæ ei per varias dictarum literarum clauſulas indicantur, nempè inquirere, iniungere, & monere. Circa illa, (*b*) quæ debet à Pœnitente, ſeù latore inquirere de veritate cauſæ (*c*) finalis petitionis, & conceſſionis gratiæ, propter quam videlicet gratia conceditur, vt v. g. dilatio voti Religionis propter infirmitatem, aut aliam cauſam; iam ſupra capite pręcedenti in explicatione primę clauſulæ ſufficientèr dictum fuit. Reſtat ergo, vt aduertatur hìc alia clauſula, quæ frequentèr occurrit, & diligentem à Confeſſario inquiſitionem petit, & eſt -- *An præmiſſa, ſeu expoſita* (*d*) *ſint occulta* -- Quæ clauſula maximè ſemper apponi ſolet in omnibus literis, in quibus agitur de diſpenſationibus impedimentorum matrimonialium, & irregularitatum, de rehabilitationibus, condonationibus, ſiue ergo in prædictis, ſiue in quibuſcumque aliarum materiarum literis apponatur, vbicumque reperitur, ſemper eſt punctualitèr obſeruanda; itaùt, cum ſit conditio ſine qua non Sac. Pœnitentiaria tali materię manum non apponeret, ſi inueniatur, quod tale delictum, tale impedimentum, talis irregularitas, talis inhabilitas non ſint occulta, ſed publica, aut famoſa, prædictæ literæ latori nullo modo ſuffragentur, nec eas Confeſſarius debeat executioni demandare; poterit tamen, & debebit in tali caſu conſulere Pœnitenti quid agere, & quomodò ſibi prouidere debeat.

d Expoſita an ſint occulta, & quænam ſint ea, quæ, vt ad Sac. Pœniten. pertineant, occulta debent eſſe.

e Explicatur quale dicatur occultum.

Ne autem (*e*) executor erret in iudicando, an caſus, de quo agitur ſit occultus, debet aduertere occultum hìc dici illud, quod à nemine, vel à tam paucis ſcitur, quod neque ſit famoſum, neque manifeſtum, neque notorium facti, vel iuris. Vnde etiam ſi aliquibus notum ſit, & etiamſi ſit ſecundùm ſe probabile in iudicio, dum interim non probatur, neque ad iudicium defertur eſt adhuc occultum ſic, v.g. ſi res de qua agi-

tur ſit nota duobus, vel tribus alicuius Loci, aut Communitatis, aut Capituli. Adhuc eſt occulta, ſi in Oppido eſt nota quinque, aut ſex perſonis, in Ciuitate verò ſeptem, aut octo, adhuc occulta cenſeri debet, modò ſcilicet ab illis iam non fuerit diuulgata, aut ex circumſtantijs non appareat rem quidem nunc occultam, tamen facilè publicandam.

Item ſi delictum fuit ad iudicium delatum, nec tamen fuit probatum elapſo anno præſumitur occultum.

a Publicum materialitèr poteſt eſſe occultum formalitèr.

Aduertere (*a*) etiam debet Confeſſarius, quod delictum poteſt eſſe publicum materialitèr, & eſſe ſimul formalitèr occultum, vt v. g. Miſſa celebrata publicè ab excommunicato occulto eſt actus publicus, & hoc delictum eſt materialitèr publicum, non tamen formalitèr, quia cum occulta ſit excommunicatio, qua Sacerdos celebrans innodabatur, occultum erat etiam talem Celebrationem eſſe ei à iure prohibitam, & conſequentèr etiam irregularitas, quam ob hanc Celebrationem incurrit eſt occulta, inſuper poteſt eſſe publicum, quod Sacerdos Miſſam celebrauerit poſt excommunicationem contractam, ſed quia putabatur ante abſolutionem obtinuiſſe, irregularitas indè ſecuta eſt. Et in his omnibus caſibus poteſt executor delictum, vel pœnam ex eo ſecutam (*b*) occultam iudicare, & conſequentèr abſoluere, vel diſpenſare, eo quod verificetur clauſula ſupradicta, videlicet, quod præmiſſa occulta ſint.

b In modis ſupradictis caſus occultus, cenſetur.

Aduertat prætereà circa hanc materiam occultorum executor.

c Duo alia genera occultorũ notantur.

d Delictum publicum, & pœna delicti occulta.

Primò, (*c*) quod poteſt fieri, vt delictum ſit publicum etiam formalitèr, pœna autem delicti non ſit publica, ſed occulta, vt v.g. poteſt (*d*) fieri, vt in aliqua Villa Parochus publicè excommunicatus coram Populo ſuę Villæ Miſſam celebret, & Populus notet id fieri non poſſe, & eſſe delictum; Nihilominùs ignoret ex dicta Celebratione contrahi irregularitatem, & tunc iſta Miſſæ celebratio erit actus publicus, & delictum publicum, tamen quoad contractam pœnam irregularitatis erit delictum occultum.

e Publicum in vno loco, & occultum in alio.

Item ſecundò (*e*) poteſt delictum eſſe publicum, & occultum ratione diuerſorum locorum, vt v.g. publicum Romę, occultum in Hiſpania. In his autem duabus vltimis ſpeciebus occultorum iam explicatorum; An Sacra Pœnitentiaria ſe ingerat, ſeù manum apponat, ac concedat gratias diſpenſationum, non eſt huius noſtri Compendij inueſtigare. Hìc ſolùm

Digitized by Google

lùm monendi (*a*) ſunt Confeſſarij, vt, niſi expreſsè in Breuibus, ſeù literis Sac. Pœnitentiariæ detur eis facultas in huiuſmodi occultis diſpenſandi, nullo modo diſpenſent, vt v. g. ſi Pœnitens fecit homicidium publicum Romæ, & poſtea exiſtens in Hiſpania, vbi tale delictum eſt occultum, recurrat ad Sac. Pœnitentiariam pro diſpenſatione ab irregularitate.

a Non debet Confeſſarius in his occultis ſe ingerere, niſi expreſſè in literis Sac. Pœnitentiariæ detur ſuper his facultas.

Aduertere (*b*) debet Confeſſarius tenorem petitionis, ſeù ſupplicationis; ſi enim modo iam relato caſum expoſuit, & Sac. Pœnitentiaria literas concedat, tunc dummodò verificetur caſum eſſe occultum in Hiſpania, poteſt diſpenſationem ei impertiri; ſi verò ſimplicitèr, non facta mentione, quod delictum ſit publicum Romæ, expoſuit ſe homicidium feciſſe, quod ſit occultum, ſubreptitiæ ſunt literæ, & non debet eas executioni demandare, poterit tamen monere pœnitentem, vt iterum recurrat, & totam ſeriem facti meliùs exponat, quamuis hoc genus occulti, quod eſt publicum in alio loco, non ſolet Sac. Pœnitentiaria admittere.

b An Sac. Pœnitentiaria diſpenſet ſuper ea ſu occulto in vno loco, & publico in alio.

Sciendum denique hìc, quod quandoque ſunt alia ſpecialia, & particularia, quæ Confeſſarius inquirere debeat, & quæ aliquandò abſolutè ſe habent per modum conditionis ſine qua non; Et in his dignoſcendis, debet vti ſcientia, & diſcretione. Vndè ad ea melius cognoſcenda aſteriſcos in diuerſis clauſulis appoſuimus.

Notandum ſecundò, quoad (*c*) iniungere, ſeù quoad illa, quæ Confeſſarius debet Pœnitenti iniungere, quod, cum executio literarum Sac. Pœnitentiariæ debeat ſemper fieri in Sacramentali Confeſſione; Confeſſarius debet attendere non ſolùm ad illud, ſeù delictum, ſeù impedimentum, pro cuius abſolutione, ſeù diſpenſatione committitur, ſed etiam ad omnia alia, quæ ipſi in dicta Sacramentali Confeſſione à Pœnitente manifeſtantur. Vndè debet ſecundùm exigentiam iſtorum pœnitentias, reſtitutiones, (*d*) aliaque omnia, quæ ratio dictat, ei iniungere, vltra ea, quæ in literis Sacræ Pœnitentiariæ ſpecialitèr mandantur iniungi ob illam materiam pro qua delegatur. Quæ quidem obligatio intimatur nonnumquam Confeſſario in literis Sac. Pœnitentiariæ per hanc clauſulam — *& alijs iniunctis, quæ de iure fuerint iniungenda* — nec tamen ab ea liber eſt, etiamſi prædicta clauſula non apponatur. Cum ex ſe, & ex natura actus Confeſſionis Sacramentalis ſequatur.

c Iniungenda generalitèr per Confeſſarium Pœnitenti.

d Explicatur clauſula, & alijs iniunctis, quæ de iure fuerint iniungenda.

No-

a Iniungenda ſpecialitèr ob delictum, vel ob caſum pro quo delegatur.

Notandum tertiò circa ea, (*a*) quæ ſpecialitèr iubetur in literis iniungere, pœnitenti ob aliquod delictum, pro quo, vel eius annexis delegatur Confeſſarijs, quod ſi pœnitens iam per ſe ea, aut alia æquiualentia, aut maiora præſtitit, aut idem delictum antea ritè confeſſus condignam pœnitentiam accepit, poterit executor ea, aut moderari, aut ſufficienter præſtita, vt vſque reſtitutiones, ſatisfactiones non vlteriùs pœnitentem adſtringere, & hoc per ſe patet, nec indiget maiori diſcuſſione,

b Iniungenda ex preſcripto literarum.

c Grauis, & diuturna Pœnitentia, quæ, & quomodo attendenda.

d Subſtantia iniungendorum ſeruanda, quantitas autem, & modus pendet à prudentia Confeſſarij, & petenda eſt ex qualitate, ſexu, & conditione Pœnitentium.

e Inſinuatur diſcretus modus in iniungendis pœnitentijs per exempla.

Notandum quartò circa ea, quæ debet (*b*) Confeſſarius iniungere etiam ex præſcripto literarum Sac. Pœnitentiariæ, quod propterea non impeditur quin diſcretioni ſit locus. Vndè quamuis S. Pœnitentiaria, attendens naturam delicti v.g. adulterij, homicidij, Presbytericidij (*c*) graues, & diuturnas pœnitentias ieiuniorum, & aliorum operum iubeat imponere; Confeſſarius tamen debet reflectere ad ſubiecta, quibus huiuſmodi pœnitentiæ ſint imponendæ. Nam omne receptum ad modum, & capacitatem recipientis recipitur (*d*) quapropter conſideret Confeſſarius ætatem, ſtatum, complexionem, & ſexum Pœnitentis; attendat alias eiuſdem obligationes; & his benè penſatis, fiet, vt pœnitentia, quæ ex ſe videretur leuis, & improportionata delicto, erit verè grauis, & delicto proportionata, proùt à tali, vel tali perſona patrato.

V.g. (*e*) Mulieri debilis, & delicatæ complexionis, vel etiam Marito ſubiectæ, & prolem lactanti non poteſt imponi pœnitentia, quæ ex ſe abſolutè ſit grauis, erit tamen talis per reſpectum ad ipſam ſi v.g. imponatur ei abſtinentia à carnibus feria quarta, vel ab ouis, & lacticinijs feria ſexta, & Sabbato cum recitatione quotidiana flexis genibus coronæ, aut parui Officij Beatæ Mariæ Virginis, vel adhuc etiam cum obligatione viſitandi ſemel in hebdomada aliquod xenodochium infirmorum, aut aliquam Eccleſiam parùm remotam, ibique per aliquod ſpatium genuflexè orandi. Vbi (*f*) aduertendum, quod cum talibus perſonis ob debilitatem, vel complexionem, vel aliam rationabilem cauſam non poteſt imponi vnum genus pœnitentiæ, quæ grauis, aut grauiſſima reputetur, poſſunt duo, aut tria genera prædictam grauitatem reſpectu eius conflantia imponi.

f Inſinuatur pariter modus diſcretus, & commendatur diſcretio, & prudentia Confeſſario.

g Explicatur pœnitentia grauis, & diuturna.

Notandum inſuper quod, quando eſt iniungenda (*g*) pœnitentia grauis, & diuturna, prædicta grauitas non ſumitur

ex

diuturnitate, ſed reuera pœnitentia debet eſſe grauis, modo iam explicato, & etiam prætereà debet eſſe diuturna. Hæc autem diuturnitas debet prudentèr iuxtà naturam delicti, ſtatum, & neceſſitatem animæ pœnitentis determinari, vel ad annum, vel ad biennium, aut triennium, vel etiam aliquando ad ſeptennium. Debent etiam ad prędictam pœnitentiæ grauitatem penſari obligationes aliæ pœnitentiales ſtatus pœnitentis. Sic v. g. Religioſo (*a*) ordinis, in quo obſeruantia viget, & qui habet multas auſteritates annexas, debet ex iiſdem alias debitis maior pars huius grauis pœnitentiæ iniungi: Sic & cum Clerico, aut Sacerdote, qui in cura Animarum, aut Eccleſiæ officijs multum laborare, aut fatigari ſolet, aut alias iam auſteritates voluntariè ſibi aſſumpſerat eſt eadem proportione agendum.

a Poſſunt etiam iniungi pœnitentiæ opera conſueta, & aliâ debita.

Inſuper aliquando (*b*) iniungi debere pœnitenti Confeſſionem Sacramentalem ſingulis menſibus agendam, vbi in literis Sac. Pœnitentiariæ pręſcribitur, vbi notandum, quod ſi non apparet dictam obligationem debere eſſe perpetuam ex terminis ipſius Breuis, relinquitur iudicio Confeſſarij, vt eam iuxta exigentiam animæ pœnitentis ad tempus tale, vel tale, v. g. ad ſex menſes, annum, vel biennium, vel etiam ampliùs extendat. Item dum exprimitur in literis Sac. Pœnitentiarię, vt Confeſſarius pœnitenti aliquam eleemoſynam erogandam iniungat; attendenda eſt cum grauitate delicti poſſibilitas pœnitentis, qui ſi valdè pauper ſit, aut alio impedimento prohibeatur, nunquam eum omninò eximat ab hoc onere Confeſſarius. Cum enim in parua, vel minima quantitate ſaluetur ſubſtantia eleemoſynæ, ad hanc eo modo, quo poterit præſtandam obligabit.

b Explicatur clauſula iniuncta etiam Sacramentali Confeſſione quoad tempus, & modus diſcretus imponendi eleemoſynas.

Notandum quintò (*c*) circa reſtitutiones, ſatisfactiones, ablationes occaſionum peccandi cum aliquo, vel aliqua, & alia huiuſmodi, quæ nonnunquam in iſtis literis præcipiuntur iniungi, quod Confeſſarius non tenetur propterea exigere à Pœnitente vltra poſſibilitatem ipſius. Debet (*d*) ergo ita ſe gerere Confeſſarius, ſicut ſe gereret in caſibus ſimilibus, quæ occurrerent in aliorum Pœnitentium confeſſionibus, conſiderando videlicet ſtatum, & poſſibilitatem ipſorum, & ſi inueniat eos non poſſe vnquam reſtituere, non propterea dimittat abſque abſolutionis, aut diſpenſationis gratia, ſed loco reſtitutionis imponat eis aliqua vel temporalia auxilia, aut ſeruitia ei, cui debetur reſtitutio pręſtanda. Si inueniat non poſſe qui-

c Satisfactiones iniungendæ.

d Reſtitutiones &c. diſcretè, & diligentèr iniungendæ.

Digitized by Google

quidem pro tunc reſtituere, futurum tamen, vt aliquando poſſint, exigat ab eis promiſſionem, vel iuramentum, vt quamprimùm poterunt, reſtituant, & ſatisfaciant. (*a*) Eodem quoque modo ſe debet gerere circa ablationem, ſeù remotionem occaſionum proximarum, non quidem indulgendo nimium Pœnitentibus, quibus in hiſce materijs oportet eſſe rigidum, & ſeuerum, ſed conſiderando impoſſibilitatem tollendi abſque ſcandalo huiuſmodi occaſiones. Tunc enim vel debet dilationem aliquam concedere Pœnitenti, vel alia remedia pręſeruatiua remanenti in dictà occaſione ſubminiſtrare, quę Doctores ſubminiſtrant.

a Occaſiones peccandi remouendi modus inſinuatur.

Notandum ſextò (*b*) circa ea, de quibus Confeſſarius debet Pœnitentem monere, quod obſeruanda eſt clauſula quædam in nonnullis Sac. Pœnitentiariæ literis apponi ſolita, nempè -- *& ita illum moneas, & tunc videndum benè.* (*c*) & conſiderandum, ad quæ ſe extendat illud monendi Pœnitentis præceptum, & non obliuiſcatur facere dictam monitionem, quia ideò iniungitur fieri debere, quod ſit valde neceſſarium; ſemper autem recordetur Confeſſarius, ſiue dicta clauſula adſit, (*d*) ſiue non, monere Pœnitentem (quem ſæpè contingit eſſe rudem, illiteratum, & ſimplicem) de effectu ſiue abſolutionis, ſiue diſpenſationis, ſiue cuiuſcumque alterius gratiæ, quam ei in vim dictarum literarum impertietur.

b Monitiones faciendæ per Confeſſarium executorem.

c Siuè præſcribantur in literis, ſiuè non, ſemper faciendæ.

d Pœnitens eſt præſertim monendus de effectu conceſſionis, ſeu gratiæ ipſi factæ.

Notandum ſeptimò, & vltimò, (*e*) quod in literis, quæ diriguntur Ordinarijs, vel etiam Confeſſarijs pro iniectione manuum violenta in Clericum, aut fortè pro alia materia, ſolet apponi clauſula -- *quod ſi dictus lator ordinationi, ſeù ſententiæ dicti Ordinarij latæ, vel ferendę parere contempſerit in eamdem excommunicationem relabatur.* Sciendum, inquam, quod prædicta clauſula ſic intelligenda eſt, vt Epiſcopus non iubeat, aut præcipiat impoſſibile, aut valdè difficilia; Verus itaque huius clauſulę ſenſus intelligendus eſt iuxtà dicenda infrà 3. part. cap. 2., quæ conſulenda ſunt, & ſufficiant pro Introductione.

e Ordinationi Epiſcopi qualiter parendum à Reo latore.

CAPVT IV.

Modus exequendi Literas Sacræ Pœnitentiariæ.

QVia literæ (*f*) Sac. Pœnitentiariæ variæ ſunt pro diuerſitate materiarum, circa quas verſantur; ideò ſciendum, quod Liber Praxis ad Literas Pœnitentiariæ diuiditur

f Litteræ Sac. Pœnitentiariæ circà quadruplicem materiã conceduntur.

Digitized by Google

ditur à Marco Paulo Leone in quatuor partes iuxtà quadruplicem materiam, quam prędictæ literæ concernunt.

In prima agit de formulis dilationum, commutationum, & diſpenſationum votorum.

In ſecunda explicat formulas diſpenſationum matrimonialium.

In tertia diſcutit formulas abſolutionum, & diſpenſationum variarum, quę conceduntur in foro conſcientiæ, & etiam extra forum conſcientiæ in materijs abſolutionum pro delictis publicis quando fit commiſſio Ordinarijs.

In quarta denique tractat de formulis abſolutionum, diſpenſationum, & gratiarum, quæ conceduntur pro Regularibus, & Religionem ingredi volentibus, in vtroque foro.

Iuxtà quam diuiſionem (*a*) hęc breuis Manuductio ad Literas Sac. Pœnitentiariæ executa demandandas procedet; Vbi, non quidem omnes, ſed aliquæ, & principaliores quamcumque materiam concernentes Literæ explicabuntur. Datis quidem aliquarum per extenſum formulis; Aliarum autem clauſulis ſpecialibus indicatis, & pro Praxi explicatis.

a Diuiſio huius Manuductionis in quatuor partes.

PARS PRIMA

De Formulis Votorum.

SVppoſita communi, & notiſſima diuiſione voti in ſolemne, & ſimplex, & prænotato etiam ordinariam Sac. Pœnitentiariæ facultatem ad ſolemne non extendi, reſtat vt hic tantùm de Formulis, ſimplicia vota reſpicientibus, circà dilationem, abſolutionem à tranſgreſſione, & diſpenſationem, aut commutationem agatur.

CAP. I.

Modus exequendi literas dilationis Voti Religionis.

DIlatio Voti (*b*) ſimplicis Religionis datur ijs, qui ſimpliciter vouerunt Religionem ingredi; ſed Votum huiuſmodi ob aliquod impedimentum temporaneum tùnc adimplere nequeunt, vtpotè quia Parentes, ſeù Conſanguinei indigent eorum opera, & auxilio, vel quia ære alieno ſunt grauati ad effectum ſatisfaciendi Creditoribus, vel ad red-

b Dilatio voti ſimplicis Religionis ob quas cauſas detur.

Digitized by Google

a Non eſt ex reſeruatis Sedi Apoſtolicæ.

dendam rationem aliquam ſunt ſubiecti, vel aliqua infirmitate temporanea ſunt detenti, quæ quidem dilatio quamuis (*a*) poſſet dari à quolibet diſcreto Confeſſario abſque recurſu ad Sac. Pœnitentiariam, cum non ſit ex reſeruatis Sedi Apoſtolicæ. Si tamen pro maiori perſonæ, quæ vouit, conſolatione, & quiete ſpirituali ad Sac. Pęnitentiariam recurratur, literæ ſic extenduntur.

Formula dilationis ſimplicis voti Religionis.

Fabricius miſeratione Diuina Tituli SS. Ioannis, & Pauli Presbyter S.R.E. Cardinalis.

*Diſcreto Viro Confeſſori * Magiſtro in Theologia, * vel decretorum Doctori * ex approbatis ab Ordinario per latorem præſentium, Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs ſimplex Religionis Votum emiſit. Cum autem ſicuti eadem petitio ſubiungebat dictus lator habeat Parentes ſua opera, & auxilio indigentes. Ideò pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit ſibi dilationem ad implendum Votum præfatum per Sedem Apoſtolicam concedi, Quarè ſupplicauit humilitèr, vt ſibi ſuper his de opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur, qui Pœnitentiariæ D. Papę curam gerimus authoritate Apoſtolica ſpecialitèr nobis conceſſa diſcretioni tuæ committimus, quatenùs * ſi eſt ità dicto latori, audita priùs eius Sacramentali Confeſſione, conſideratis, † quæ erunt conſideranda circà ſtatum, & continentiam latoris, nè ſub prętextu alterius temporalis neceſſitatis maneat in periculo proprię æternæ ſalutis, dilationem ad implendum votum prędictum, durantibus neceſſitatibus Parentum, concedas, dummodò * illis cum effectu proſit, & interim vitam cęlibem ducat, & aliqua Religionis, quam vouit quotidiè [illegible] faciat ad eum finem, vt, ea adimplens, meminiſſe ſemper poſſit obligationis, qua huiuſmodi voto adſtringitur, proùt ſecundùm Deum ipſius animę ſaluti expedire iudicaueris, in foro conſcientię, & in ipſo actu * Sacramentalis Confeſſionis tantùm, & non aliter, neque vllo alio modo, ita, quod ceſſantibus * neceſſitatibus Parentum pręfatum votum adimplere teneatur. Et ita illum moneas. Datum &c.*

b Explicantur clauſulæ formulæ.

c Quæ ſint examinanda, & attendenda à Confeſſario in danda dilatione voti.

In harum (*b*) gratiæ literarum exequutione debet Confeſſarius aduertere ſequentes clauſulas.

Prima in his verbis -- (*c*) *Conſideratis, quæ erunt conſideranda* -- † per quæ verba indicatur Confeſſario, vt examinet veritatem cauſæ, & neceſſitatem poſtulatæ dilationis; & dein-

dè

dè ponderet periculum ſpirituale Pęnitentis, ſi remaneat in ſæculo, nè ſub prętextu alienæ neceſſitatis ponat ſe in periculo ęternæ ſuæ ſalutis, & nè ob bonum temporale alienum amittat propriæ animæ ſalutem, quę omnibus eſt pręferenda ordine charitatis. Hęc igitur benè diſcutiet, conſiderando ex vna parte cauſam remanendi in ſęculo, & ex alia ſtatum, conditionem occaſiones damni ſpiritualis, in quibus verſatur, & mores, ac bonos, vel malos habitus Pęnitentis, de quibus proindè cum exactè interrogabit.

Secunda clauſula (*a*) eſt in his verbis -- *Dummodò illis * cum effectu proſit, & interim vitam * cælibem ducat* -- per quæ verba Confeſſarius debet requirere à Pęnitente, quomodò proſit Parentibus, & illum monere de obligatione, quæ ei interim reſtat, durante impedimento, vitam (*b*) cęlibem ducendi, ſeù matrimonium non contrahendi, vt ſcilicet, finito tempore impedimenti, pro quo conceditur dilatio, poſſit votum ſuum implere.

a Quæ monenda.

b Vitam cælibem teneatur interim ducere petens dilationem.

Tertia clauſula (*c*) eſt in his verbis -- *Et aliqua Religionis, † quam ingreſſurus eſt, quotidiè faciat* -- Per quę verba innuitur Confeſſarium debere imponere [*d*] Pęnitenti aliqua exercitia pietatis ex ijs, quæ fieri ſolent in Religione, quam vouit, vt videlicet memoriam ſui voti viuam retineat, & affectum ad Religionem, durante tempore dilationis, non perdat. Si ergo v.g. quis vouiſſet Religionem Franciſcanam poſſet ei imponi geſtatio interioris Cordulæ, & recitatio quotidiana quinquies Pater noſter, & totidem Aue Maria, cum aliqua frequentia Sacramentalis Confeſſionis, & examine conſcientiæ quotidiano, vel etiam ingreſſus in tertium Ordinem Sęcularium, vel aliqua huiuſmodi iuxtà qualitatem, ſexum, ſtatum, ac complexionem Pęnitentis, quam debet prudens Confeſſarius aduertere; quod autem dictum eſt de Religione S. Franciſci, idem proportionabilitèr de alijs eſt obſeruandum.

c Quæ iniungenda.

d Durante dilatione debet facere quotidie aliqua Religionis, quam vouit.

Quarta clauſula eſt (*e*) in his verbis -- *Ita, quod ceſſantibus * neceſſitatibus Parentum, præfatum votum adimplere teneatur* -- Per quæ verba (*f*) Executori imponitur, vt moneat Pœnitentem non ſibi diſpenſatum in voto, ſed conceſſam dilationem; ac propretereà teneri ceſſante neceſſitate, vel cauſa, ob quam eſt conceſſa dilatio, ſuum votum implere.

e De quibus adhuc monendus ſit Pœnitens.

f Vt ceſſante cauſa dilationis votum impleat.

His peractis, & præmiſſis in Sacramentali Confeſſione, quæ eſt neceſſaria, vt præmittatur circà peccata, quæ Pœni-

Digitized by Google

tenti occurrunt, poſt ſolitam, & conſuetam abſolutionem Sacramentalem à Cenſuris, & peccatis ſubiungat Confeſſarius.

a Formula ſpecialis gratiæ dilationis concedendæ.

Inſuper (a) Authoritate Apoſtolica ſpecialitèr mihi delegata; tibi dilationem ad implendum votum Religionis, quod emiſiſti, concedo in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Paſſio &c.

CAP. II.

De tranſgreſſione voti Religionis.

b Abſolutio à tranſgreſſione voti Religionis non eſt reſeruata Sedi Apoſtolicæ, ſi tamen ad eam recurratur, litteræ conceduntur.

c Tranſgreſſor huiuſmodi peccat tenetur tamen in matrimonio remanere.

SAcra Pœnitentiaria (b) ſolet expedire litteras abſolutionis à tranſgreſſione cum declaratione pro his, qui, emiſſo voto ſimplici ingrediendi Religionem; deindè matrimonium in facie Eccleſiæ contraxerunt, & ſucceſſiuè conſummarunt, quamuis huiuſmodi abſolutio, & declaratio à quocumque Confeſſario dari poſſint, cum non ſint ex reſeruatis Sedi Apoſtolicæ.

Cum itaque (c) huiuſmodi Pœnitentes peccent mortalitèr amplectendo ſtatum, in quo nequeunt ſatisfacere obligationi voti, tenentur tamen remanere in matrimonio, & vt poſſint debitum Coniugale reddere, & exigere, ſi ad Sacram Pœnitentiariam recurrant, litteræ ſic expediuntur.

Formula tranſgreſſionis voti ſimplicis Religionis.

Fabritius &c.

*DIſcreto Viro Confeſſori &c. ſalutem in Domino. Ex parte Latoris præſentium nobis &c. continebat quod ipſe aliàs ſimplicitèr vouit Religionem ingredi, deindè matrimonium cum Muliere eius ad præſens Vxore publicè in facie Eccleſiæ contraxit, & conſumauit. Cum autem &c. dictus Lator in dicto matrimonio remanere, debitumque Coniugale exigere, & reddere poſſe deſideret; Ideòque prò ſuæ conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui, ſecumque deſupèr diſpenſari. Quarè ſupplicauit &c. Nos diſcretioni tuæ committimus, quatenùs, ſi * eſt ità dictum Latorem, audita * priùs eius Sacramentali Confeſſione à tranſgreſſione huiuſmodi abſoluas hac vice &c. Iniuncta † ei prò modo culpæ pœnitentia ſalutari; Ipſumque in dicto matrimonio remanere, debitumque Coniugale exigere, & reddere poſſe declares. In foro * conſcientiæ &c. Ità quod &c. ſi Vxori ſuperuixerit, eodem voto * teneatur, vt priùs, & ità illum † moneas. Datum.*

Pri-

Prima clauſula eſt (*a*) in his verbis -- *Iniuncta ei pœnitentia † ſalutari*, per quæ verba indicatur debere Confeſſarium imponere pœnitentiam (*b*) particularem Reo ob talem tranſgreſſionem voti, quæ quidem pœnitentia licet relinquatur arbitrio Confeſſarij, bonum tamen eſſet, ſi imponeret aliquam breuem quidem, ſed quotidianam, aut aliquam aliam, per quam in ipſo memoria voti viua remanere, vt v. g. frequentationem Eccleſiæ Ordinis, quem vouit, vel Confeſſionem, & Communionem in feſtis principalioribus eiuſdem Ordinis Sancti Inſtitutoris, ſeù Fundatoris Ordinis.

a Explicantur clauſulæ ſpeciales litterarū.

b Pœnitentia pro tranſgreſſione iniungenda eſt.

Secunda clauſula (*c*) eſt in his verbis -- ***Ipſumque in dicto matrimonio remanere, & debitum Coniugale reddere, & exigere poſſe declares***, per quæ verba ſatis clarè indicatur eſſe ad tollendum omnem ſcrupulum ab animo Pœnitentis, nè per conſcientiam erroneam peccet, & ſic debet Confeſſarius, antequàm eum dimittat hoc ei ſignificare, quod videlicèt poſſit in dicto matrimonio remanere, & debitum reddere, & petere.

c Declarandū poſſe in matrimonio remanere, & debitum Coniugale reddere, & petere.

Tertia clauſula (*d*) eſt in his verbis -- ***Ità quod ſi (e) Vxori ſuperuixerit, eodem voto . . teneatur, vt priùs., & ità † illum moneas.*** Per cuius clauſulæ vltima verba iubet Maior Pœnitentiarius Confeſſario, vt moneat Pœnitentem de obligatione, quæ ei reſtat adimplendi ſui voti, ſi alteri comparti ſuperuixerit.

d De quibus monendus Pœnitens.

e Si Vxori ſuperuiuat obligatur ad votū, vt antea.

Attamen Confeſſarius (*f*) poterit admonere Pœnitentem, quod ſi ſuperuiuendo Coniugi, tùnc continentèr viuere non poſſit, vel educatio filiorum, aut alia grauis cauſa exigat, vt votum præfatum adimplere nequeat, iterùm recurrat ad Sacram Pœnitentiariam, vt obligatio huiuſmodi voti in alia pœnitentiæ opera ei commutetur.

f Quod, ſi illud ſeruare non poſſet recurrere debeat ad Sacram Pœnitentiariam pro commutatione.

Aduertendum (*g*) tamen pro maiori ſpirituali conſolatione Pœnitentis, quod quando probabilitèr crederet, ſeù præuideret ſe non poſſe, etiamſi Coniugi ſuperuixiſſet votum adimplere, poſſet cum abſolutione à tranſgreſſione etiam commutationem præfati voti petere, vt ſe eximat tùnc ab obligatione recurrendi iterùm ad Sacram Pœnitentiariam.

g Quæ commutatio poſſet etiā peti ob iuſtam cauſam cum abſolutione à tranſgreſſione.

His præmiſſis, & peractis poſt abſolutionem ſolitam à cenſuris, & peccatis dicat.

Deindè (h) authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata te, non obſtante voto Religionis, quod aliàs emiſiſti in matrimonio remanere, & debitum Coniugale exigere, & reddere poſſe declaro. In nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

h Formula declarationis ſupradictæ.

Paſſio Domini &c.

CAP.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CAP. III.

De tranſgreſſione voti Caſtitatis:

a Tranſgreſſio voti caſtitatis non eſt reſeruata Sedi Apoſtolicæ.

b Nec etiam diſpenſatio ad petendum debitum; quæ poteſt dari ab Epiſcopo.

QVando (a) quis, emiſſo voto caſtitatis, nihilominùs, illud tranſgrediendo, matrimonium contraxit, & conſumauit, is indiget abſolutione à tranſgreſſione huiuſmodi, cum declaratione poſſe remanere in dicto matrimonio, & (b) inſuper cum diſpenſatione ad petendum debitum Coniugale, & quamuis Pœnitens abſolutionem, & declarationem à quolibet ſimplici Confeſſario, diſpenſationem verò ab Ordinario loci obtinere poſſet, ſi nihilominùs ad Sacram Pœnitentiariam recurrat, ſequenti formula expediri ſolet &c.

c Formula tranſgreſſionis voti caſtitatis.

Fabritius (c) &c.

*Diſcreto Viro Confeſſori &c. ſalutem in Domino. Ex parte Latoris præſentium nobis &c. continebat, quod ipſe aliàs ſimplicitèr vouit caſtitatem ſeruare, deindè Vxorem ad præſens viuentem duxit. Cum autem dictus Lator de huiuſmodi tranſgreſſionè doleat, debitumque Coniugale exigere licitè poſſe deſideret; Ideò prò ſuę conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui, ſecumque deſuper diſpenſari. Quarè ſupplicauit. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs, ſi eſt * ità, dictum Latorem, audita* priùs eius Sacramentali Confeſſione à tranſgreſſione huiuſmodi abſoluas &c. Iniuncta ei ✠ prò modo culpæ pœnitentia ſalutari; Ipſumque in dicto matrimonio remanere, & debitum Coniugale reddere poſſe, & debere declares. Et cum eodem, quatenùs de illius incontinentia timendum ſit, vt idem debitum Coniugale etiam exigere licitè valeat, etiam miſericorditèr diſpenſes, in foro conſcientiæ &c. * alio modo &c. Ità quod ſi Vxori ſuperuixerit eodem voto teneatur, vt ante priùs obligatus, & ſi extrà matrimonium interìm fornicatus fuerit, ſciat ſe contra votum huiuſmodi facturum, & ità illum moneas. Datum &c.*

In harum gratiæ litterarum exequutione Confeſſarius debet aduertere ſequentes clauſulas.

d Clauſularum ſpecialium explicatio.

e Pœnitentia pro tranſgreſſione imponenda.

Prima eſt (d) in his verbis -- *Iniuncta ✠ pœnitentia ſalutari* -- per quæ verba datur intelligi debere Confeſſarium imponere (e) pœnitentiam iuxtà modum culpæ tranſgreſſionis huiuſmodi, quæ quamuis eius arbitrio relinquatur, bonum tamen erit, ſi talem imponat, per quam in ipſa voti memoria foueatur, vt v.g. preces quotidianas, frequentiam Confeſſio-

nis

nis Sacramentalis, vel aliqua huiuſmodi pietatis opera Pœnitenti congrua, & adimplendum facilia.

Secunda (a) clauſula eſt in his verbis -- *In dicto matrimonio remanere, & debitum Coniugale reddere poſſe, & debere declares*; Quapropter Confeſſarius de hoc moneat Pœnitentem, & declaret ſe in dicto matrimonio remanere, & Coniugi petenti debitum reddere teneri.

a Declaratio ad remanendum in matrimonio, & ad debitum tradendum.

Tertia clauſula (b) eſt -- *Quatenùs de illius incontinentia timendum ſit cum eodem, vt debitum Coniugale etiam exigere licitè valeat misericorditèr diſpenſes* -- per quæ verba imponitur Confeſſario, vt perquirat, an eſſet periculum incontinentiæ, ſi ipſe remaneret priuatus facultate petendi debitum, quod quidem facilè præſumitur, nec eſt in eo valde laborandum. (c) Moneat autem ipſum, quod etſi vſum matrimonij liberum habeat (d) quidquid tamen extrà prefatum vſum delinquet ſe contra votum caſtitatis facturum, proùt inſinuatur per aliam clauſulam -- *Et ſi extrà matrimonium interìm fornicatus fuerit ſciat ſe contra votum huiuſmodi facturum.*

b Diſpenſatio ad debitum petendum.

c De quibus monendum Pœnitens.

d Voti obligatio remanet præterquam ad licitum vſum matrimonij.

Quarta clauſula (e) eſt in his verbis -- *Quod, ſi Vxori ſuperuixerit eodem eo voto teneatur, vt priùs* -- Idcircò Confeſſarius debet admonere Pœnitentem, quod ſi contingat Coniugem ipſius mori, & ipſe ſuperuiuat, eodem voto erit adſtrictus, itaùt aliud matrimonium contrahere non poſſit abſque diſpenſatione.

e Voti obligatio reſurgit tota, vt priùs defuncta altera cõ parte.

His præmiſſis, & peractis poſt abſolutionem ſolitam, dicat.

Item (f) authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata te, non obſtante voto caſtitatis, quod emiſiſti, & tranſgreſſus fuiſti in dicto matrimonio remanere, & debitum Coniugale reddere poſſe, & debere declaro, & vt idem debitum etiam exigere licitè poſſis, & valeas tecum eadem authoritate Apoſtolica diſpenſo. In nomine Patris, Filij &c.

f Formulæ declarationis, & diſpenſationis prædictarum.

APPENDIX

Ad tria ſuperiora Capitula.

QVandoquidem (g) in his tribus Capitulis notatum eſt, non eſſe in dictis caſibus neceſſarium recurſum ad Sedem Apoſtolicam cum non ſint ex reſeruatis; Admonendi ſunt tamen Confeſſarij, quod, ſi quandoque abſque litteris Sacre Pœnitentiariæ eos contingat in premiſſis abſoluere,

g Praxis executionis litterarũ trium præcedentium capitum eſt bona, & tenenda etiamſi abſq; litteris Sacræ Pœnitentiariæ in di-

Digitized by Google

ctis caſibus procedatur à Confeſſario.

uere, declarare, & diſpenſare obſeruent ea, quæ in explicatis clauſulis adnotata ſunt, non quidem, vt à Sacra Pœnitentiaria ſibi pręfixa, ſed vt æquitati conſona.

CAP. VI.

De commutatione voti Religionis.

a Commutatio voti Religionis à Sacra Pęnitentiaria.

SOlet Sacra Pœnitentiaria (*a*) commutare votum ſimplex Religionis ex multiplici cauſa; Primò ex cauſa incontinentiæ, ſeù ob ſtimulos carnis, propter quos vouens diffidit, ſi Religionem ingrediatur, viuere poſſe continentèr. Et tunc à Sacra Pœnitentiaria datur commutatio ad effectum, vt (*b*) poſſit matrimonium licitè contrahere, & ad eumdem effectum contrahendi matrimonij datur etiam Mulieri vouenti, quæ non habet dotem ſufficientem pro ingrediendo Monaſterio, ſi remanendo in ſęculo eſt in periculo incontinentiæ.

b Vel ad contrahendum matrimonium.

Item datur (*c*) huiuſmodi commutatio ex cauſa debilis complexionis habitualis infirmitatis, ætatis grauis, vel ex quacumque alia cauſa, per quem vouens reddatur inhabilis ad ſubeunda Religionis onera, vel prudentis viri iudicio (*d*) diffidit ſe ad illa ſufferenda imparem futurum, & in iſtis caſibus conceditur cum conditione dummodò vitam cęlibem ducat, quando non ſit periculum iucontinentiæ; nàm tùnc conceditur ad effectum, vt matrimonium legitimè contrahere poſſit; Ità tamen, vt formula ſemper ſit eadem, exceptis præfatis duabus clauſulis.

c Vel ad vitam cælibem ducendam in ſæculo.

d Datur etiam ad contrahendũ, ſi continentèr viuere diffidat.

Formula commutationis voti ſimplicis Religionis.

e Extenditur formula commutationis voti Religionis.

Fabritius (e) &c.

*DIſcreto Viro Confeſſori ſalutem in Domino. Ex parte Viri Latoris præſentium nobis &c. continebat quod ipſe aliàs ſimpliciter vouit Religionem ingredi, cum autem dictus Lator continentèr viuere poſſe diffidat. Ideò prò ſuæ conſcientiæ quiete cupit ſibi præfatum votum ad effectum contrahendi matrimonium in alia pœnitentiæ opera per Sedem Apoſtolicam commutari. Quarè ſupplicauit &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs ſi * eſt ità, dictum Latorem audita * priùs eius Sacramentali Confeſſione à mutatione propoſiti abſoluas &c. Iniuncta † ei pœnitentia ſalutari, ſibiqne votum præfatum ad hoc, vt matrimonium legitimè contrahere, & in eo debitum Coniugale exigere, & reddere*

Digitized by Google

dere licitè valeat † in Sacramentalem Confeſſionem ſemel quolibet menſe, & in alia pænitentiæ opera perpetua per te iniungenda ✠ inter quæ ſint etiam aliqua Religionis, quam ingreſſurus fuiſſet, quæ quotidiè facere teneatur ad eum finem, vt ea adimplens meminiſſe ſemper poſſit obligationis, qua huiuſmodi voto adſtringebatur, prout ſecundùm Deum ipſius animæ ſaluti expedire iudicaueris, diſpenſando commutes in foro conſcientiæ, alio modo &c. Datum &c.

Prima clauſula (*a*.) eſt in his verbis -- *Sibique præfatum votum in Sacramentalem Confeſſionem quolibet menſe* -- Cum itaque Confeſſarius recognouit veritatem cauſæ ad prædictam commutationem adductæ, debet primo (*b*) in locum obligationis voti commutandi imponere Pœnitenti onus Sacramentalis Confeſſionis quolibet menſe faciendæ. *a* Quid imponendum Pœnitenti. *b* Confeſſio Sacramentalis mẽſtrua.

Secunda clauſula (*c*) eſt in his verbis -- *Et in alia pænitentiæ opera perpetua* -- ideſt prętereà debet ei imponere aliqua pœnitentiæ opera, quæ perpetuò durent, quamuis neceſsè non ſit, vt ſint continua, ſeù quotidiana, ſicut debent eſſe illa, de quibus in ſequenti clauſula. Poterit itaque Confeſſarius attenta conditione, & compleſſione Pœnitentis, attenta etiam cauſa commutationis iniungere Pœnitenti ieiunium feriæ ſextę, aut abſtinentiam à carnibus aliqua die per hebdomadam, ſiuè abſtinentiam à lacticinijs Feria ſexta, & Sabbato. *c* Opera Pœnitentiæ perpetua, & quæ.

Item viſitationem Eccleſiæ Ordinis, quem vouerat, ſemel in hebdomada, aut in menſe, ſumptionem Euchariſtiæ in feſtis pręcipuis Ordinis, aut toties, quoties iniunctæ ſibi Confeſſionis menſtruæ obligationem exequetur.

Tertia clauſula eſt (*d*) in his verbis -- *Inter quæ opera ſint aliqua Religionis, quam vouit, ſeù ingreſſurus fuiſſet, quæ quotidiè facere teneatur, vt ea adimplens memor ſit obligationis, qua huiuſmodi voto adſtringebatur* -- Finis ob quem poſita eſt hæc clauſula, notus eſt, itaque ad eius adimpletionem oportet, vt Confeſſarius iniungat aliqua in plurali, ideſt ad minùs duo eorum, quæ in Religione, quam vouit, fieri ſolent, verbi gratia imponere geſtationem cordulæ, & recitationem quotidianam quinque Pater noſter, & Aue Maria ei, qui vouit Ordinem S. Franciſci, vel etiam examen conſcientiæ quotidianum, & recitationem precum dictarum, & ſic proportionabilitèr de alijs Religionibus, nec nimis, ſed diſcretè Confeſſarius grauet Pœnitentem. *d* Quædam quotidiana ex ijs, quæ fiunt in Religione, quàm vouerat.

a Hæc omnia ſupradicta debent eſſe perpetua, & quarè.

b Commutatio eſt perpetua.

Aduertat (*a*) autem Confeſſarius, quod ideò hæc opera his tribus clauſulis expreſſa, debent eſſe perpetua, quia relaxatio voti facta per commutationem eſt perpetua. Ideòque (*b*) monendus eſt Pœnitens, quod ad hoc votum nunquàm ampliùs tenebitur, & ideò ſi ſuperuiuat Vxori poterit aliud matrimonium contrahere, poſito quod ad effectum contrahendi matrimonij ſit ei votum commutatum, firmis ſemper remanentibus operibus ſibi in commutatione iniunctis.

c Datur quibuſdam ad effectum contrahendi matrimonium.

Quarta clauſula (*c*) in his verbis — ***Ad effectum, vt matrimonium legitimè contrahere poſſit*** — Hæc vt ſupradicta clauſula non ponitur in omnibus litteris commutationis. In ijs in quibus ponitur, debet Confeſſarius monere Pœnitentem de facultate contrahendi matrimonij ei conceſſa, & ſublatione impedimenti orti ex voto.

d Alijs ad vitam cœlibem ducendam in ſæculo.

Quinta hæc clauſula eſt (*d*) in his verbis — ***Dummodò vitam * cœlibem ducat*** — quoque clauſula, vbi apponitur eſt obſeruanda, & monendus Pœnitens, quod poteſt quidem remanere in ſęculo, ſed non poteſt ad ſtatum matrimonij tranſire.

His præmiſſis, & peractis poſt abſolutionem ordinariam à Cenſuris, & peccatis ſubiunget Confeſſarius.

e Formula commutationis.

Et authoritate (e) Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata, Ego tibi votum Religionis, quod emiſiſti, in opera pietatis, quæ tibi præſcripſi, diſpenſando, ad effectum licitè contrahendi matrimonium, ſiuè ad effectum remanendi in ſęculo in vita cęlibe, commuto. In nomine Patris, Filij &c.

Formula commutationis voti Religionis prò Clericis Ordine Sacro inſignitis.

f Commutatio voti Religionis pro Clericis in Sacris conſtitutis.

SI Sacerdos (*f*) aliquis, aut Diaconus, vel Subdiaconus petant ſibi commutari votum Religionis ab eis emiſſum, litteræ expediuntur abſque mentione matrimonij, & cęlibatus, vt ſuprà, exceptis duabus clauſulis hìc adnotandis.

g Clauſularum ſpecialium explicatio.

h Sacramentalis Confeſſio eis eſt iniungenda pro ſingulis hebdomadis.

Prima clauſula eſt (*g*) in his verbis — ***In frequentiam Sacramentalis (h) Confeſſionis ſingulis ſcilicèt hebdomadis, ſemel, vel quoties tibi videbitur*** — Debet itaque huiuſmodi Clerico in Sacris imponere Confeſſarius, vt ſingulis hebdomadis ſua peccata confiteatur, vel etiam frequentiùs, ſi ei expedire videatur.

i Et pars pœnitentiarum, quæ ſunt in or

Secunda clauſula (*i*) in his verbis — ***Partem videlicèt earum pœnitentiarum quas Regulares Ordinis, quem vouit, ex præ-***

ſcripto

ſcripto ipſius Ordinis in abſtinentijs, vel ieiunijs, aut interioribus indumentis ſubire ſolent -- Debet itaque Confeſſarius imponere huiuſmodi Clerico in Sacris perpetua opera, quæ ſint pars earum pœnitentiarum, quæ in ordine, quem vouerat exercentur (*a*) v.g. ſi vouiſſet Carmelitarum Ordinem, poſſet imponere abſtinentiam à carnibus Feria quarta, & geſtationem ſcapularij, vel ſi aliam Religionem vouiſſet, iniungere poſſet geſtationem alicuius catenulæ, aut cilicij, aut diſciplinam ſemel, aut bis in hebdomada faciendam procedendo diſcretè cum Pœnitente nè nimis grauetur.

dine quem vouit, & quæ, & qualis.

a Perpetua, ſed non quotidiana.

Notandum autem (*b*) quod ex his pœnitentijs iàm dictis ſufficeret imponere vnam, vt ſi imponatur abſtinentia, non erit præſcribenda indumenti geſtatio, & ſic de alijs. Attamen videtur magis congruum, & menti Maioris Pœnitentiarij conformius, ſi plura ideſt ſaltem duo huiuſmodi pœnitentiarum opera iniungantur.

b Vnà ſufficiet meliùs, & vt ſint plures.

Prẹter (*c*) hæc autem perpetua, & non quotidiana imponat etiam aliqua quotidiana, vt ſupra dictum eſt reſpectu eorum, qui non ſunt in Ordinibus Sacris; quæ etſi relinquantur prudentiæ Confeſſarij determinanda, videtur tamen, quod cum hi Clerici in Sacris iàm onus habeant Horas Canonicas recitandi, deberent eſſe breuiora, & mitiora quotidiè agenda, & recitanda, v. g. Litaniæ B. Mariæ Virginis cum breui examine conſcientiæ, vel commemoratio Sancti Fundatoris, ſeù Inſtitutoris Ordinis

c Alia perpetua, & quotidiana.

C A P. V.

De voti Caſtitatis commutatione.

SOlet Sacra Pœnitentiaria (*d*) commutare votum caſtitatis ad effectum dumtaxat (*e*) contrahendi matrimonium ob infraſcriptas videlicèt cauſas, nempè, vel ob ſtimulos carnis, quando ſcilicèt vouens, ſiuè ſit Vir, ſiuè Mulier ità ijs ſtimulis agitatur, vt continentèr viuere non poſſit, vel etiam ad conſeruandam nobilem familiam, & quoad Mulieres etiam ſi non patiantur ſtimulos, ſed maneant in aliquo periculo amittendi pudicitiam, vtpotè quia pauper, & pulchra, vel orbata parentibus exiſtit, vel ob alias cauſas. Sic igitur expediuntur litteræ Sacrę Pœnitentiariæ.

d Commutatio voti caſtitatis conceditur, & ob quas cauſas.
e Ad effectum tantum contrahendi matrimonium.

Formula commutationis voti Caſtitatis.

Fabritius &c.

*DIſcreto Viro Confeſſori &c. ſalutem in Domino. Ex parte Viri Latoris præſentium nobis &c. continebat, quod ipſe aliàs ſimplicitèr vouit caſtitatem ſeruare. Cum autem dictus Lator continentèr viuere poſſe diffidat. Ideò prò ſuę conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam ſibi votum præfatum ad effectum contrahendi matrimonium in alia Pœnitentię opera commutari, quarè ſupplicauit &c. Nos &c. diſcretioni tuę committimus, quatenùs ſi eſt * ità dictum Latorem, audita priùs * Sacramentali Confeſſione à mutatione propoſiti abſoluas &c. Iniuncta † ei pœnitentia ſalutari, ſibique votum pręfatum ad hoc tantum * vt matrimonium legitimè contrahere, & in eo debitum Coniugale exigere, & reddere licitè poſſit, diſpenſando, commutes † in Sacramentalem Confeſſionem ſemel quolibet menſe, & in alia pœnitentię opera per te iniungenda tamdiù duratura, quamdiù commutationi pręfatæ locus erit. † Inter quæ ſint aliqua pietatis, quæ quotidiè facere teneatur ad eum finem, vt ea adimplens meminiſſe ſempèr poſſit obligationis, qua huiuſmodi voto adſtringebatur, proùt ſecundùm Deum ipſius animæ ſaluti expedire iudicaueris in foro conſcientiæ &c. alio modo &c. Ità quod, ſi Mulieri cui coniungetur, ſuperuixerit, caſtitatem ſeruet, ☞ vtpotè eodem voto, vt priùs obligatus; ☞ etſi extrà matrimonium fornicatus fuerit, aut mortua dicta Muliere, alium matrimonium contraxerit, ſciat ſe contra votum huiuſmodi facere, & debitum Coniugale exigere non poſſe, & ità illum † moneas. Datum &c.*

a Clauſularum ſpecialium explicatio.

In harum (*a*) gratiæ litterarum executione Confeſſarius, agnita veritate cauſæ commutationis, debet ſpecialitèr aduertere ſequentes clauſulas.

b. Diſpenſatio datur tantum ad matrimoniū contrahendum; & tunc incipiet ei ſuffragari, cum contrahet.

Prima clauſula (*b*) eſt in his verbis -- *Sibique votum præfatum ad hoc tantum, vt matrimonium contrahere legitimè poſſit, diſpenſando, commutes* -- Ex qua clauſula datur intelligi, quod commutatio voti fit tantùm ad effectum contrahendi matrimonium, & ideò Confeſſarius debet admonere Pœnitentem de obligatione voti, quæ ſemper eum adſtringit donec matrimonium contrahat, & hortetur Pœnitentem præſentium, ſi ſit in periculo incontinentiæ, vt quamprimùm matrimonium contrahat, nè voti tranſgreſſiones multiplicentur.

Se-

Digitized by Google

Secunda clauſula eſt (*a*) in his verbis -- *Diſpenſando commutes in frequentiam Sacramentalis Confeſsionis ſemèl quolibet menſe* -- Itaque hoc onus menſtruæ Sacramentalis Confeſſionis Confeſſarius Pęnitenti imponat.

a Confeſſio Sacramentalis mẽſtrua iniungenda.

Tertia clauſula eſt [*b*] in his verbis -- *Et in alia pœnitentię opera per te iniungenda tamdiù duratura* [*c*] *quamdiù commutationi predictę locus erit* -- Debet ergò præter Sacramentalem Confeſſionem menſtruam Confeſſarius imponere Pęnitenti, alia pęnitentiæ opera, vt v.g. abſtinentiam ab ouis, & lacticinijs Feria ſexta, aut Sabbato, aut ieiunium, aut ſemel in hebdomada diſciplinam, aut aliquod officium, ſcilicet, vel paruum Beatæ Mariæ Virginis, vel Septem Pſalmos Pęnitentiales, aut Nocturnum Officij Mortuorum, aut recitationem partis, vel totius Roſarij Beatę Mariæ Virginis in hebdomada. Hęc autem opera cum debeant eſſe plura, ſufficiet, vt ſint duo dumtaxàt, nè grauetur pęnitens.

b Et alia opera pœnitentiæ in commutationẽ voti, & quæ.

c Eorum obligatio non à die cõmutationis, ſed à die quo contrahetur, & conſumabitur matrimonium incipiet.

Quarta clauſula eſt [*d*] in his verbis -- *Inter quæ ſint etiam aliqua pietatis opera, quæ quotidiè facere teneatur* -- Igitur pręter opera expreſſa in clauſula pręcedenti, quæ non ſunt quotidiana, debet Confeſſarius aliqua pietatis opera quotidiè facienda imponere. Hæc autem decet, vt ſint faciliora, & vtiliora, v. g. recitatio, aut lectio quotidiana breuis, vel breue conſcientiæ examen, oratio mentalis ſaltem per quartam partem horæ, vel aliquod opus charitatis in Proximum iuxtà poſſibilitatem eius. Hæc autem imponens Confeſſarius, debet monere Pęnitentem de fine, ob quem Sacra Pęnitentiaria iubet, nempè, ut ea adimplens memor ſit ſemper obligationis, qua huiuſmodi voto adſtringebatur.

d Opera quotidiana etiam iniungenda, & qualia.

Aduertendum [*e*] autem, & valdè notandum id, quod in tertia clauſula ſuperiùs expreſſa dicitur -- *nempè prædicta opera, quæ pro commutatione voti imponenda ſunt tamdiù duratura eſſe, quamdiù commutationi prædictæ locus erit* -- Cum igitur, vt dictum eſt in prima clauſula, non incipiat eſſe locus commutationi, niſi à die, quo Orator contrahit, & conſumat matrimonium, ſequitur etiam, quod ad nullum horum operum antè à teneatur, & [*f*] dato loco commutationis per mortem Coniugis, obligatio menſtruæ Confeſſionis, & aliorum operum ceſſabit, & votum ſeruabitur, vt priùs, de quibus monendus eſt Pęnitens.

e Harum omnium obligatio præcipua à die matrimonij, & eo, per mortem alterius partis ſoluto, deſinit.

f De his monendus Pœnitens.

Sexta, & ſeptima [*g*] clauſula ſunt in his verbis -- *Ità, quod, ſi Vxori cui coniungetur, ſuperuixerit, caſtitatem ſeruet, vt-*

g Remãnet, vt priùs, defuncta comparte, nec poteſt aliud matrimonium licitè fieri.

Digitized by Google

vt potè eodem voto, vt priùs obligatus. Et ſi vnquam extrà matrimonium fornicatus fuerit, aut matrimonium abſque noua diſpenſatione contraxerit, intelligat ſe contrà votum huiuſmodi facere, & debitum Coniugale exigere non poſſe, & ità illum moneas. [a]

a Monendus Pęnitens.

Iubetur itaque Confeſſarius monere Pęnitentem iuxtà has duas vltimas clauſulas, quod nempè, diſpenſando commutatur ei votum caſtitatis ad effectum contrahendi ſemel matrimonium, [b] & quod propterea, ſi contingat ipſum ſuperuiuere Vxori, reuiuiſcit obligatio voti, & tenetur caſtitatem ſeruare, vt priùs, quod inſuper, excepto libero vſu primi dicti matrimonij, per omnem [c] alium actum carnis peccaminoſum faciet contrà votum, & tenebitur in confeſſione hanc voti circumſtantiam aperire. Quod denique non [d] poterit mortua prima Vxore aliam ducere abſque noua diſpenſatione, aut, ſi eam ducat faciet contrà votum, & non poterit debitum coniugale petere.

b Voti obligatio remanet præterquam ad matrimonium, & liberum eius vſum.

c Per omnem alium vſum carnis violatur votum.

d Ducens aliam Vxorem, vel Maritum ſine noua diſpenſatione peccat, & debitum petere non poteſt.

His pręmiſſis, & peractis poſt ſolitam abſolutionem dicat Confeſſarius.

Et authoritate Apoſtolica [e] *mihi ſpecialitèr delegata tibi votum caſtitatis, quod emiſiſti, ad effectum, vt matrimonium contrahere, & debitum Coniugale reddere, & exigere licitè poſſis, & valeas, in opera tibi præſcripta, diſpenſando commuto. In nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

e Formula commutationis.

Paſſio &c.

CAP. VI.

De commutatione voti ſimplicis Caſtitatis, & Religionis ſimul.

f Commutatio voti ſimplicis caſtitatis, & Religionis ſimul.

COntingit [f] nonnunquam, quod aliquis duplici voto Caſtitatis, & Religionis adſtrictus ſit, vel quod ſimul, & ſemel vtrumque emittat, nempè caſtitatem ſeruandi, & Religionem ingrediendi; ſi ergo talis vel ob incontinentiam, vel ob quamcumque aliam cauſam ex ſupradictis petat commutationem voti ſimplicis Caſtitatis, & Religionis, expediuntur literæ eodem ferè modo, & forma.

g Quæ notanda circa hanc commutationem.

h Confeſſarius moneat Pœnitentem circa opera perpetua.

i Dicta opera perpetua iniun-

Notandum [g] tamen eſt, quod, quando iſta duo vota ſimul commutantur, debet Confeſſarius Pœnitentem [h] monere, quod pœnitentiæ opera ſunt perpetua; Vndè, ſi detur locus commutationi per mortem Coniugis, remanent [i] pręfata opera adimplenda à Pęnitente, non reſpectu voti caſti-

ta-

Digitized by Google

tatis, quod tùm reuiuiuiſcit, ſed reſpectu voti Religionis, à quo per commutationem liber remanſit.

Super omnia autem Confeſſarius moneat Pęnitentem de ijs, quæ capite præcedenti in clauſulis ſexta, & ſeptima notata ſunt.

Sta in commutatione, remanent poſt mortem Coniugis.

Formula commutationis.

Forma autem commutationis poſt ſolitam abſolutionem erit

Item authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata, tibi vota Religionis, & Caſtitatis, quæ emiſiſti ad effectum, vt matrimonium legitimè contrahere, & in eo debitum Coniugale reddere, & exigere licitè poſſis, & valeas, in opera pietatis, quæ tibi præſcripſi, diſpenſando commuto. In nomine Patris &c.

APPENDIX.

NOtandum [a] quod aliquando Pœnitenti commutatur votum Religionis, firmo remanente voto Caſtitatis, quando vtrumque emiſit, & tùnc obſeruandum omninò eſt, quod dictum eſt in ſimplici commutatione voti Religionis in capite quarto huius Partis in commutatione ſimplicis voti Religionis pro Laicis; tùnc enim in formula loco *dummodò vitam cęlibem ducat,* diceetur, *remanente voto caſtitatis.*

a Commutatur aliquando votum Religionis remanente voti caſtitatis vinculo.

CAP. VII.

De commutatione votorum Peregrinationis, Sedi Apoſtolicę reſeruatorum.

VOta [b] triùm Peregrinationnm, videlicet ad Ieruſalem, ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ad S. Iacobum de Compoſtella, Sedi Apoſtolicæ reſeruata, commutari ſolent ex aliqua rationabili cauſa, nempè infirmitatis, paupertatis, ſenectutis, aut ex alia rationabili cauſa in alia opera arbitrio prudentis Confeſſarij, vt v. g. in faciliorem peregrinationem, eleemoſynam, pęnitentiam, aut in alia pietatis opera, proùt ſecundùm Deum, conſideratis ætate, ſexu, conditione vouentis Confeſſarius expedire iùdicauerit.

b Commutatio votorum Peregrinationum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, ob quas cauſas, & quid pro commutatione imponendum.

Quibus pręmiſſis, poſt ſolitam abſolutionem à cenſuris, & peccatis dicet.

For-

Digitized by Google

Formula commutationis.

Item authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata, tibi votum Peregrinationis, quod emiſiſti in peregrinationem, eleemoſynam, ſeù alia pietatis opera, quę tibi pręſcripſi, diſpenſando, commuto. In nomine Patris, Filij &c.

PARS SECVNDA

De Diſpenſationibus Matrimonialibus.

AGitur in hac ſecunda parte de diſpenſationibus, quę conceduntur à Sacra Pęnitentiària ſuper occultis impedimentis dirimentibus, ſiuè ad effectum contrahendi matrimonium, ſiuè ad effectum remanendi in matrimonio iam contracto. Quapropter, antequam ad ſingulares clauſulas, quæ in literis, quæ expediuntur in huiuſmodi materia deueniatur, plura ſunt notanda.

CAP. I.

Notantur aliqua communia omnibus diſpenſationibus matrimonialibus.

a Impedimenta debent eſſe occulta.

NOtandum [*a*] primò, quod impedimenta, ſuper quibus Sac. Pęnitentiaria diſpenſat, debent eſſe occulta; Nam ſuper publicis Dataria Apoſtolica diſpenſat; Vndè quęcumque diſpenſationes, quæ à Sacra Pęnitentiaria emanant, ſemper hanc clauſulam annexam habent -- *Dummodò impedimentum * occultum ſit, ſeù occultum remaneat* -- Quapropter literarum huiuſmodi executor Confeſſarius debet diligentèr à Pęnitente inquirere, an occultum ſit impedimentum.

b Diſpenſandi cauſæ rationabiles, & quænam.

c Confeſſarius debet inquirere diligentèr, an cauſæ, adductæ pro diſpenſatione, ſint veræ.

Notandum [*b*] ſecundò, quod cauſæ propter quas Sacra Pęnitentiaria diſpenſat ſunt plures, omnesque veræ, & rationabiles, & ſufficientes, quales v.g. eſſet periculum ſcandalorum, reuelationis impedimenti, perſeuerantiæ in peccato propter aliquam occaſionem difficilitèr remouibilem, proſtitutionis Mulieris, vel diffamationis eiuſdem, vel etiam periculum inimicitiarum, aut alterius damni ſpiritualis. Quapropter debet Confeſſarius [*c*] in diſpenſationum literis dili-

gen-

gentèr inquirere, per examen ſcilicet ipſius Pęnitentis; An eę cauſæ, quas ad obtinendam diſpenſationem expoſuit, & propter quas principalitèr mota eſt Sacra Pęnitentiaria ad concedendam gratiam, veræ ſint.

Notet autem Confeſſarius, hanc diligentiam eſſe maximè habendam, dum agitur de contrahendo; Nam dum agitur de contracto videtur magis clarum adeſſe periculum ſcandalorum, & damnorum, ſi matrimonium ob occultum impedimentum diſſoluatur. Et hæc quidem diligentia, & inquiſitio veritatis cauſæ habenda à Confeſſario, ei pręſcribitur per illam clauſulam -- *ſi ità eſt* * -- quæ ſuprà in Introductione ante primam partem inter clauſulas generales explicata fuit.

Notandum [a] tertiò, quod cum huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio dari tantùm poſſint in Sacramentali Confeſſione, nec alias ſuffragentur, cumque occultum impedimentum reſpiciant, conceduntur ſemper pro foro conſcientiæ tantùm; Itaùt, ſi contingeret aliquando etiam poſt contractum in vim diſpenſationis matrimonium, vt [b] impedimentum ex occulto fieret publicum, poſſet Ordinarius loci, vel Parochus, quando certiorati de veritate obtentæ diſpenſationis nollent Coniugibus credere, & permittere ob ſcandalum cohabitationum, poſſent [inquam] eos ſeparare à Thoro, quia tùnc non ſuffragaretur eis allegatio diſpenſationis, ſed adhùc deberent donec per Datariam diſpenſationem impetrarent, mandato ſiuè Ordinarij, ſiuè Parochi ſe ſeparando, parere.

a Diſpenſationes huiuſmodi ſuffragantur tantùm in foro conſcientiæ.

b Quid agendum, ſi impedimentum fieret publicum ex occulto, & iubentur Coniuges ſeparari.

Veruntamen [c] quidem eſt, quod in foro conſcientiæ, ſeu in foro animæ iſti eſſent veri Coniuges, quia verè fuerunt legitimè diſpenſati in vim literarum Sac. Pęnitentiariæ, quoad forum conſcientiæ, & ſic, ſi tempore ſeparationis, remoto ſcandalo, debitum coniugale ſibi ad inuicem redderent, nullum peccatum committerent, quia per ſecretam diſpenſationem Sac. Pęnitentiariæ verè eſſet ſublatum impedimentum tùnc occultum.

c Eſſent adhùc veri Coniuges in foro conſcientiæ, nec peccarent, ſi debitum mutuo ſibi redderent ſecretè.

Notet ergo hoc prudens Confeſſarius, & ſic Pęnitentes moneat, & aduertant [d] Parochi, & Ordinarij locorum, quod, quando matrimonium iam contractum eſt, & per aliquem, vel per aliquos denuncietur impedimentum, quod occultum remanſit, non ſint faciles ad illud publicandum per publicam ſeparationem, ſed ſilentio impoſito denuncianti, ſeù denunciantibus, & facta ſecreta ſeparatione, ſi Coniuges ſint in-

d Ordinarij, & Parochi quid agere debent, dùm eis talia impedimenta referuntur.

mala fide, ſcribant Eminentiſſimo D. Maiori Pęnitentiario modo, quo in fine operis notatur, vt mittat facultatem diſpenſandi ſuper impedimento occulto adhùc remanente, quamuis ſecretè denunciato, quia Eminentiſſimus Maior Pęnitentiarius mittet facultatem, etiam ſine expenſis in Dataria faciendis, quas pauperes ſępiùs nequeunt perſoluere, & permanent in periculo ęternæ damnationis, & de opportuno remedio gratis prouidebit, abſque eo quod fiat ſeparatio publica cum ſcandalo, & Animarum miſerabilium detrimento.

Notandum quartò, vt [a] iam ſupra dictum eſt, quod omnes hæ diſpenſationes conceduntur, vel ad effectum contrahendi matrimonij, vel ad effectum remanendi in matrimonio iam contracto. Ex quo cum in harum diſpenſationum literis executioni demandandis, variè ſit procedendum. Ideò.

a Diſpenſationes hæ conceduntur vel ad effectum contrahendi, vel ad effectum remanendi in matrimonio contracto.

Notandum quintò, [b] quod cum diſpenſationis literę concedantur ad effectum contrahendi matrimonium, hæc clauſula eis apponitur -- *Aliudque * non obſtet, quod prąmiſſis non obſtantibus, matrimonium cum dicta &c., & vterque inter ſe publicè, ſeruata forma * Concilij Tridentini contrahere &c.*, per quam clauſulam innuitur debere Confeſſarium, verificata cauſa petitæ diſpenſationis, inquirere à Pęnitente, an aliud adſit impedimentum canonicum, quod prohibeat, vel dirimat matrimonium, & ſi adſit, tùnc Confeſſarius abſtineat ab executione diſpenſationis, donec obtineatur altera diſpenſatio ſuper alio impedimento; Si verò non adſit, tùnc poterit diſpenſare, & moneat Pęnitentem, ſeù Pęnitentes, [c] quod effectus huius diſpenſationis eſt, vt poſſint tuta conſcientia matrimonium in facie Eccleſiæ contrahere, & in eo licitè remanere.

b Clauſulæ generalis diſpenſationum de contrahendo explicatio.

c Diſpenſationis effectus eſt, vt non obſtante impedimento occulto, poſſit fieri matrimonium in facie Eccleſiæ.

Notandum ſextò, [d] quod cum diſpenſationis literæ concedantur ad effectum remanendi in matrimonio contracto; Si vterque Coniux eſt conſcius impedimenti, & pro vtroque literæ concedantur apponitur hæc clauſula -- *Cum eiſdem Latoribus, de * nullitate Prioris [e] conſenſus certioratis, vt inter ſe de nouo ſecretè ad euitanda ſcandala, pręmiſſis non obſtantibus, contrahere valeant.* -- (f) Quæ clauſula in caſu, quo vterque eſt conſcius impedimenti, paruam habet difficultatem pro executione; nàm moniti per Confeſſarium priorem conſenſum datum coram Parocho, & Teſtibus fuiſſe nullum, & requiri nouum conſenſum, poterunt ſtatim ſecretè inter ſe, ſubla-

d Clauſulæ generalis diſpenſationum de contracto explicatio.

e Certiorandi ſunt Coniuges de nullitate matrimonij.

f Diſpenſitur, vt denuò ſecretè contrahant.

ſublato impedimento per diſpenſationem, matrimonium (*a*) abſque Parocho, & Teſtibus contrahere exprimendo dictum conſenſum ſiuè verbo, ſiuè nutu, ſiuè copula maritali affectu inter ſe habenda.

a Modus contrahendi de nouo ſecretè inſinuatur.

Sed meliùs, (*b*) & ſecuriùs eſſet ſi matrimonium de nouo contraheretur coram ipſo Confeſſario, vti contrahitur coram Parocho, ſed abſque Teſtibus, & ſecretè (nè Pęnitentes ſe prodeant) pronunciante Confeſſario ſolita verba poſt receptum nouum conſenſum -- *Et vos coniungo in matrimonium in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti* -- Vel ſaltem Confeſſarius moneat Pęnitentes, nè conſentiant in copulam, niſi priùs renouent pręfatum conſenſum, quia abſque renouatione conſenſus non daretur matrimonium, & ſic fornicarentur.

b Alter modus eſt ſecurior.

Notandum ſeptimò, (*c*) quod ſi vnus tantùm Coniux ſit conſcius impedimenti, & alter ſit inſcius, tùnc apponitur ſupradicta clauſula ſub his verbis -- *Vt dicta Muliere de nullitate prioris conſenſus certiorata, ſed ità cautè, vt Latoris delictum nuſquam detegatur* -- Quo caſu executio pręfatę clauſulę ſiuè Pęnitens ſit Vir, ſiuè Mulier magnam habet difficultatem; (*d*) Nàm cùm matrimonium iam contractum ſit nullum, & requiratur nouus conſenſus pręſtandus etiam à Coniuge inſcio certiorando de nullitate prioris pręſtiti conſenſus, valdè timendum eſt, nè pars inſcia impedimenti, cùm certior fiat de huiuſmodi nullitate, recedere velit à matrimonio, & gaudere ſua libertate, recuſando nouum præſtare conſenſum. Ideò, vt prudens Confeſſarius cum magna cautela procedat, & prudentèr ſe abſque Pœnitentis conſcij periculo ſe gerat in inſtruendo (*e*) Pœnitentem, inſinuando modum huiuſmodi renouationis conſenſus, proponuntur plures modi à Doctoribus aſſignati.

c Pars inſcia impedimenti eſt certioranda de nullitate prioris cõſenſus cautè tamen, & prudentèr.

d Difficilis eſt, & periculoſa hæc certioratio.

e Afferuntur plures modi certiorandi partem inſciam.

Primus eſt, (*f*) quod conſcius impedimenti generatim indicet ignoranti illam nullitatem prioris conſenſus, & exigat nouum, dicendo v. g. ſuſpicor te non eſſe Vxorem meam aliqua de cauſa. Ideò rogo te, vt pro quiete meæ conſcientiæ, denuò nòs pro Coniugibus habeamus. Ità *Nauarrus tom. 1. cap. 22. tit. de impedim. criminis, num. 47.*, adducens *Caietan. tom. opuſc. 2. tract. 12. de matrim. quæſt. 2.*, *& in Summa verb. matrimonium, pag. 9.*

f Primus modus affertur.

Secundus modus (*g*) eſt, quod conſcius impedimenti dicat inſciæ; An talitèr eum amet, vt ſi libera eſſet, etiam adhùc

g Secundus modus.

Digitized by Google

eum in Maritum acciperet. Quod ſi illa reſpondeat, ità eſſe; Tùnc, ſi illa actualem præſtet conſenſum, & conſcius etiam idem affirmando, ſuum renouet, iam verè factum erit matrimonium. Ità *Sanchez lib.2. de matrim. diſp.36.n.5.*

a Tertius modus.

Tertius (a) modus eſt, quod conſcius impedimenti dicat ſe à principio inualidè conſenſum præſtitiſſe, & propterea ex conſilio Confeſſarij oportere, vt pro ſecuritate conſcientię ambo inuicem conſenſum renouent. Quapropter ipſe quidem iterùm libentiſſimè conſenſit accipere eam in Vxorem, & optat, vt ipſa etiam conſentiat de nouo habere eum in Maritum, & tùnc, ſi ea quoque ſuum conſenſum renouet erit factum matrimonium. Ità *Sanchez lib.2. de matrim. diſp.36.n.7.*

b Quartus modus.

Quartus modus (b) eſt, quod cum in tribus ſuperioribus iam adductis ſit maximum periculum, nè in inſcio (maximè dum Vir erit) oriatur aliqua ſuſpicio, & indè curioſitas ſciendi cauſam nullitatis prioris conſenſus, cui, ſi non ſatisfaciat Vxor, indè ei oriantur grauia damna; ideò in tali caſu ſufficit, vt Coniux impedimenti conſcius obtenta diſpenſatione, abſque eo quod inſciæ parti aperiat prioris conſenſus nullitatem cautè curet vtriuſque conſenſum renouari, v. g. diſſimulantèr petendo ab altero, vt pro ſua conſolatione ipſum habeat in Coniugem, & ipſe ſimilitèr dicente: *Ego quoque volo te in Coniugem*. Ità *Caietan. Sotus*, & alij citati à *Sanchez lib.2 de matrim. diſput.36. n.2.*

c Quartus modus improbatur

Verùm aduertat (c) Confeſſarius per hunc vltimum modum non ſatisfieri clauſulæ prædictæ certiorationis, cum ſit contrà tenorem literarum Sacræ Pœnitentiariæ, quæ iubent partem inſciam priùs de nullitate primi conſenſus certiorari; (d) Aduertat inſuper, quod prima, & ſecunda opinio ſuas etiam patiuntur difficultates, cùm præſertim ſic non fiat plena, & vera, ac ſufficiens certioratio nullitatis prioris conſenſus.

d Primus, & ſecundus modus etiam reijcitur.

e Tertius modus magis approbatur.

Dicendum itaque tertiam (e) opinionem eſſe cęteris pręferendam, vt benè monet, & probat Marcus Paulus in hac ſecunda parte; Quià verò hæc etiam in praxi valdè periculoſa eſſe poteſt, pręſertim ſi Mulier pœnitens ſit conſcia, & Vir ſit inſcius impedimenti; Ideò monetur Confeſſarius executor, implorato Diuino lumine, & examinatis Pœnitentium genijs, moribus, affectibus, & conditionibus, tales in praxi, & in indiuiduo adhibeat modos, quos (f) viderit magis expedire, hoc ſemper ſaluo, vt renouationem conſenſus ab vtroque

f Confeſſarius Pœnitenti huiuſmodi renouationem conſenſus debet iniungere.

Coniu-

Digitized by Google

Coniuge faciendam, Pœnitenti iniungere, & preſcribere non omittat faciendam inquam præfatam renouationem, vt dictum eſt ſecretè inter ipſos, abſque vllo Parochi, & Teſtium, vel etiam ipſius Confeſſarij interuentu, cùm iam circa requiſitas ſolemnitates ab Eccleſia præſcriptas ſatisfactum ſit in priori matrimonio, nullitèr, ratione occulti impedimenti contracto.

CAPVT II.

De diſpenſatione ſuper impedimento occulto affinitatis proueniente ex copula illicita ad contrahendum, ſeù de contrahendo.

SVpponendum primò, (a) quod hæc affinitas ex copula illicita contrahitur cum aliqua coniuncta, ſeù conſanguinea in primo, vel ſecundo gradu eius, quam quis vult accipere in Vxorem, vel è contrà ſi ex parte Mulieris cum conſanguineo in primo, vel ſecundo gradu eius, quem vult habere in Maritum.

a Affinitas ex copula illicita, in quibus caſibus, & cum quibus contrahatur.

Supponendum ſecundò (b) hanc affinitatem aliquando eſſe ſolam, aliquando verò coniunctam cum inceſtu, vt v. g. cum quis non ſolùm conſanguineam Mulieris, ſed etiam & ipſam Mulierem carnalitèr cognouit, & tùnc maius, & grauius eſt delictum ipſius.

b Affinitas huiuſmodi alia, & ſola alia inceſtuoſa.

Supponendum tertiò, (c) quod hoc impedimentum affinitatis, quamuis ex copula illicita habita cum proximioribus, vt v.g. cum Matre, aut Sorore Mulieris difficiliùs diſpenſetur, tamen cùm diſpenſetur, literæ ſubſtantialitèr ſunt eædem accidentalitèr differunt ab iis, quæ ob copulam habitam cum conſanguinea in ſecundo gradu conceduntur.

c Literæ diſpenſationis ſuper primo, & ſecundo gradu affinitatis, non differunt ſubſtantialitèr, ſed ſolùm accidentalitèr.

Formula literarum, quæ expediuntur ſuper huiuſmodi impedimento.

Fabritius &c.

D*Iſcreto Viro Confeſſori &c. ſalutem in Domino.* **Ex parte** *Viri Latoris præſentium nobis &c. continebat, quod ipſe de matrimonio contrahendo tractauit cum Muliere, quam, & cuius Matrem carnalitèr cognouit, cum autem &c. dicta carnalis cognitio cum præfata Mulieris Matre habita ſit occulta, & niſi Lator cum dicta Muliere matrimonium contrahat periculum immineat ſcan-*

*ſcandalorum; Ideò ad dicta ſcandala euitanda, & pro ſua conſtientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui, ſecumque diſpenſari, quarè &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs, ſi eſt * ità, dictum Latorem, audita priùs * eius Sacramentali Confeſſione, * ac ſublata occaſione ampliùs peccandi cum dicta Mulieris Matre, ab inceſtu, & exceſſibùs huiuſmodi abſolnas &c. Iniuncta ei pro tam enormis libidinis exceſſu ✠ graui pœnitentia ſalutari, & alijs, quæ ✠ de Iure fuerint iniungenda. Demùm dummodò impedimentum ex præmiſſis proueniens occultum * ſit, & aliud * non obſtet, cum eodem Latore, quod præmiſſis non obſtantibus matrimonium cum dicta Muliere, & vterque inter ſe publicè, ſeruata forma * Concilij Tridentini contrahere, & in eo poſtmodùm remanere licitè valeat misericorditèr diſpenſes, prolem ſuſcipiendam exindè legitimam pronunciando in foro conſcientiæ &c. alio modo &c. Ità quod huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio in foro iudiciario nullatenùs ſuffragentur. Nullis ſuper his Teſtibus adhibitis, aut literis datis, ſeù proceſsibus confectis, ſed præſentibus laceratis, quas ✠ ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ lacerare tenearis, neque eas Latori reſtituas, quod ſi reſtitueris nihil ei præſentes literæ ſuffragentur. Datum &c.*

a Clauſularum ſpecialiũ huius formulæ explicatio.

In executione (*a*) gratiæ huiuſmodi literarum erunt à Confeſſario obſeruandę ſequentes clauſulæ.

j. *b* Clauſula eſt narratorum veritas.

Prima -- *Quatenùs* (*b*) *ſi eſt * ità* -- ideſt, an vera ſint narrata, ſcilicèt, an impedimentum ſit occultum, an immineat periculum ſcandalorum, vel an vera ſit cauſa, pro qua Sacra Pœnitentiaria mouetur ad concedendam gratiam.

ij. *c* Abſolutio, & diſpenſatio concedendæ in Sacramentali Confeſſione.

Secunda -- (*c*) *Audita * priùs eius Sacramentali Confeſsione* -- per quod inſinuatur Confeſſario abſolutionem, & diſpenſationem non eſſe dandam, niſi præuia Sacramentali Confeſſione.

iij. *d* Amotio occaſionis proximæ peccandi.

Tertia -- (*d*) *Sublata occaſione peccandi cum dicta Mulieris Matre* -- per quam clauſulam inſinuatur Confeſſario non debere abſoluere, nec diſpenſare, niſi priùs Pœnitens occaſionem peccandi auferat, præſertim voluntariam; nam quoad neceſſariam, quam non eſt in poteſtate Pœnitentis auferre, debet Confeſſarius præſcribere modos, quos pręſcribunt DD. in ſimilibut occaſionibus neceſſarijs. Vndè, quod dictum eſt in Introductione *cap.* 3.

iv. *e* Iniungenda grauis pœnitentia, ſed prudentialis.

Quarta -- *Iniuncta ei* (*e*) *pro tam enormi † libidinis exceſſu graui pœnitentia ſalutari* -- Quæ quamuis debeat arbitrari diſcretione ipſius Confeſſarij, conſideratis perſonis, & ſtatu per-

perſonarum, poſſet eſſe tamen ieiunium per ſex menſes ſemel qualibet hebdomada, recitatio tertiæ partis Roſarij per tres menſes tribus diebus qualibet hebdomada, vel aliquod aliud pietatis opus arbitrio ipſius Confeſſarij imponendum, conſiderata, vt præfertur, qualitate, ſtatu, ſexu, & ætate Pœnitentis, aduertendo ſemper, quod pœnitentia ſit ità prudentèr impoſita, & moderata, vt nuſquam Pœnitentis delictum detegi poſſit.

Quinta - (a) *Et alijs ✠ iniunctis, quæ de Iure fuerint iniungenda* -- Quæ clauſula reſpicit etiam alias materias circa alia peccata pœnitentis, v.g. Si Pœnitens fuiſſet confeſſus furtum, eſſet ei iniungenda de Iure reſtitutio ablati, & ità dicitur intelligi hæc clauſula, vt etiam ſuprà dictum eſt, nè mens Executoris confundatur.

v. a Iniungendæ ſunt aliæ pœnitentiæ iuxta naturam aliorũ peccatorum in Confeſſione declaratorum.

Sexta -- *Demùm (b) dummodò impedimentum ex præmiſsis proueniens * ſit occultum* -- Per quam clauſulam ſignificatur, quod debet Confeſſarius examinare, an verè impedimentum dici poſſit occultum; nam eſt conditio, ſine qua Sacra Pœnitentiaria non concederet gratiam.

vj. b Examinandũ, an impedimentum ſit occultũ.

Septima -- *Aliudque * (c) non obſtet* -- ſcilicet impedimentum; nam, ſi aliquod aliud impedimentum præter narratum obſtaret, iterùm recurrendum eſſet ad Sac. Pœnitentiariam, ſi eſſet publicum, quia tùnc huiuſmodi gratia eſſet nulla; nam hæc paritèr eſt conditio, ſine qua Sacra Pœnitentiaria gratiam non concederet.

vij. c Examinandũ, an præter impedimentum expreſſum non ſit aliud, quod obſtet diſpenſationi.

Octaua -- *Cum eodem Latore, (d) quod præmiſsis non obſtantibus* -- ideſt, quod non obſtante impedimento pręfato, & omnibus alijs narratis Confeſſarius ad exequutionem gratiæ deuenire poſſit.

viij. d In virtute literarum Confeſſor non obſtante impedimento, & alijs narratis poteſt concedere gratiam diſpenſationis.

Nona -- *Matrimonium (e) cum dicta Muliere, & vterque inter ſe publicè * ſeruata forma Concilij Tridentini contrahere* -- ideſt præuijs, ſeù omiſſis de licentia Ordinarij denunciationibus, coram Parocho, & Teſtibus matrimonium contrahere.

ix. e Quomodo conceſſa diſpenſatione partes debent matrimonium contrahere.

Decima -- *Et (f) in eo remanere licitè valeant* -- ideſt matrimonium deindè conſummare, & in poſterum debitum coniugale exigere, & reddere.

x. f Quid licitum ſit partibus celebrato matrimonio.

Vndecima -- *Prolemque (g) ſuſcipiendam exindè legitimam nunciando* -- nam ex ipſo matrimonio, per diſpenſationem, & ſublationem impedimenti ſic legitimè contracto naſcitur de Iure legitima proles.

xj. g Legitimatur proles per diſpenſationem.

Duo-

xij. *a* Gratia illa diſpēſationis debet concedi per Confeſſorem in Sacramentali Confeſſione, & non aliter.

Duodecima -- *In foro (a) conſcientiæ, & in ipſo actu* * *Sacramentalis Confeſſionis tantùm, & non alitèr neque vllo alio modo* -- per quod inſinuatur non poſſe huiuſmodi gratiam exequi per Confeſſarium, niſi ipſo actu Confeſſionis Sacramentalis.

xiij. *b* Illa abſolutio, & diſpenſatio non ſuffragātur in foro fori, ſi contingit impedimentum de occulto fieri publicum.

Tertiadecima -- *Ita quod (b) huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio in foro iudiciali nullatenus ſuffragentur* -- ideſt, ſi detur caſus, quòd impedimentum ex occulto fiat publicum, & in iudicium deducatur, gratia huiuſmodi diſpenſationis in foro fori non ſuffragetur, & tùnc ad Datariam eſſet recurrendum, quamuis, vt dictum eſt in Introductione huius ſecundæ Partis Pœnitens eſſet in conſcientia benè diſpenſatus, itaùt, ſi abſque ſcandalo haberet copulam cum ſua Coniuge, nullum committeret peccatum, nam verè, & legitimè fuiſſet cum eo diſpenſatum in foro conſcientiæ per legitimam poteſtatem tempore, quo poterat diſpenſari, ideſt occulto exiſtente impedimento.

xiv. *c* Diſpenſatio huiuſmodi debet dari abſque iudicij ſtrepitu.

Quartadecima -- *Nullis (c) ſuper his Teſtibus adhibitis, aut literis datis, ſeù proceſsibus confectis* -- ideſt, vt detur huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio abſque iudicij ſtrepitu, & in Sacramentali Confeſſione.

xv. *d* Lacerari debent literæ tempore commodo.

Quintadecima -- *Sed præſentibus (d) laceratis* ✠ *quas ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ lacerare tenearis, itaùt illarum nullum exemplum extet* -- Quæ clauſula moralitèr eſt intelligenda; non enim ſtatim poſt executionem gratiæ tenetur Confeſſarius prædictas literas lacerare; Sed quando moralitèr poterit, abſque eo quod delictum Pœnitentis prodat.

xvi. *e* Executio literarum ſuffragatur in foro conſcientiæ tantum quamuis ſecùs in foro fori.

Sextadecima -- *Neque eas* ✠ *Latori reſtituas, (e) quod ſi reſtitueris, nihil ei præſentes literæ ſuffragentur* -- ideſt non ſuffragentur in foro iudiciario; nam ſequuta legitima executione gratiæ abſolutionis, & diſpenſationis in foro conſcientiæ, ſemper validæ remanent in eodem foro conſcientiæ, quamuis in foro fori ſuffragari non poſſint, vt dictum eſt.

His conſideratis, & ponderatis, poterit Confeſſarius deuenire ad executionem gratiæ præuia abſolutione à cenſuris, & à peccatis in forma ſolita; Qua data, forma diſpenſationis erit ſequens

f Forma diſpenſationis dandæ poſt Sacramentalem abſolutionem de contrahendo.

Et inſuper (f) authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata diſpenſo tecum ſuper impedimento primi, ſeù ſecundi, ſeù primi, & ſecundi, ſeù ſecundi ex copula illicita à te habita cum ſorore Mulieris, cum qua contrahere intendis, proueniente, vt præ-

Digitized by Google

præfato impedimento non obſtante matrimonium cum dicta Muliere publicè, ſeruata forma Concilij Tridentini contrahere, conſummare, ac in eo remanere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Inſupèr (a) eadem authoritate Apoſtolica prolem, quam ex matrimonio ſuſceperis legitimam fore nuncio, & declaro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

a Forma legitimationis prolis.

APPENDIX

Ad ſupradictum Caput, & Formam.

ADuertendum (*b*) eſt in ſuperiori forma diſpenſationis dici tantummodò ex copula à te habita cum ſorore; ſed ea verba poterunt adaptari etiam, quando copula fuit habita v.g. cum Matre, vel Amita, vel matertera, vel conſobrina, vel conſanguinea in primo, vel primo, & ſecundo, vel in ſecundo gradu tantùm, ad quos gradus extenditur impedimentum ex copula illicita proueniens.

b In quibus gradibus,& ratione quorum contrahatur affinitas ex copula illicita.

Item (*c*) aduertendum, quod quando in materia de contrahendo matrimonio literæ Sac. Pœnitentiariæ conceduntur vni parti, poſſunt etiam ſuffragari alteri parti, ſi fortè fuiſſet conſcia impedimenti, vel poſt diſpenſationem datam vni parti, delictum ad notitiam alterius perueniret,tùnc impedimentum ſublatum quoad vnum, eſſet etiam ſublatum quoad vtrumque, & ſic non eſſet recurrendum iterum ad Sac. Pœnitentiariam, & ſufficeret,quod pars,cum qua fuit diſpenſatum gratiam diſpenſationis alteri parti notificaret.

c Gratia diſpenſationis ad contrahendum conceſſa vni cenſetur conceſſa alteri parti ſiuè ſit conſcia impedimenti ante diſpenſationem, ſiuè poſt dumtaxit.

Item (*d*) aduertendum,quod ſi in materia de contrahendo matrimonio literæ expediantur pro vtraque parte, ſi vtraque ſit æqualitèr rea, ideſt ſi poſt ortum impedimentum ex copula illicita etiam inter ipſas partes copula carnalis ſequatur, cum ſit inceſtus, tunc vtrique eſſet imponenda grauis pœnitencia ſalutaris.

d Cum copula carnalis habita ante diſpenſationem poſt ortum impedimentum ſit inceſtuoſa,vtrique parti grauis eſt imponenda pœnitentia.

Item aduertendum,quod literæ Sac. Pœnitentiarię iuxtà formam ſuperiùs expreſſam expediuntur eodem modo,mutatis mutandis, & forma diſpenſationis eſſet adaptanda paritèr mutatis mutandis, ſi ex parte Mulieris, quæ ſe carnalitèr cognoſci paſſa fuiſſet, ſiuè à Patre, ſiuè à Fratre, ſiuè ab Auunculo, ſiuè à Patruo, ſiuè à Conſobrino Viri, expedirentur; Formula literarum huius diſpenſationis ſubſequens erit.

Digitized by Google

CAP. III.

De Formula literarum Sacræ Pænitentiariæ diſpenſationis ſuper impedimento primi gradus ex copula illicita proueniente ad remanendum, ſeù de contracto.

Fabritius &c.

DIſcreto Viro Confeſſori Magiſtro in Theologia, vel Decretorum Doctori ex approbatis ab Ordinario per Latorem præſentium eligendo ſalutem in Domino. Ex parte Viri Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs matrimonium publicè in facie Eccleſię contraxit, & ſucceſſiuè conſummauit cum Muliere, cuius Matrem anteà carnalitèr cognouerat. Cum autem ſicùt eadem petitio ſubiungebat, dictus Lator ob impedimentum ex præmiſſis proueniens, quod occultum eſt in dicto matrimonio remanere nequeat abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, ad euitanda ſcandala, quæ ſi diuortium fieret inter ſe, & dictam Mulierem, exorirentur, ac pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit à præmiſſis, de quibus plurimum dolet, abſolui, ſecumque deſuper diſpenſari. Quarè ſupplicauit humilitèr, vt ſibi ſuper his de opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur, qui Pænitentiariæ Domini PP. curam gerimus huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica ſpecialitèr Nobis conceſſa diſcretioni tuæ committimus, quatenùs ſi * eſt ita, dictum Latorem, audita priùs * eius Sacramentali Confeſſione, * ac ſublata occaſione ampliùs peccandi cum dictæ Mulieris Matre, à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas propter præmiſſa quomodolibet incurſis, inceſtu, & exceſsibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta † ei pro tam enormis libidinis exceſſu graui pœnitentia ſalutari, ✠ ac Confeſſione Sacramentali ſemel quolibet menſe per tempus arbitrio tuo ſtatuendum, & alijs iniunctis, † quæ de Iure fuerint iniungenda. Demùm dummodò impedimentum præfatum * occultum ſit, & ✠ ſeparatio inter Latorem, & dictam Mulierem fieri non poſsit abſque ſcandalo, aliudque * non obſtet, cum eodem Latore, vt dicta Muliere de nullitate prioris conſenſus certiorata, ſed ità cautè, vt Latoris delictum nuſquam detegatur, matrimonium cum eadem Muliere, & vterque inter ſe de nouo, ſecretè ad euitanda ſcandala, præmiſſis non obſtantibus contrahere, & in eo poſtmodum remanere licitè

*valeat miſericorditèr diſpenſes. Prolem ſuſceptam, ſi qua ſit, & ſuſcipiendam exindè legitimam decernendo in foro conſcientiæ, & in ipſo actu * Sacramentalis Confeſsionis tantùm, & non alitèr, nec vllo alio modo. Itâ quod huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio in foro iudiciario nullateuùs ſuffragentur nullis ſuper his Teſtibus adhibitis, ſeù literis datis, ſeù proceſsibus confectis, ſed præſentibus ✠ laceratis, quas ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ lacerare tenearis; itaùt nullum illarum exemplum extet, neque eas Latori reſtituas; Quod ſi reſtitueris nihil eis præſentes literæ ſuffragentur. Datum &c.*

In (*a*) executione gratiæ harum literarum omnia erunt notanda, & conſideranda, quæ in introductione huius ſecundæ partis, & in explicatione clauſularum Cap. ſecundi antecedentis formulæ cum illius appendice notata, & conſiderata ſunt, itaque à Confeſſario, præter dicta ſequentes clauſulæ remaneant conſiderandæ.

a Notanda pro clauſularum huius Formulæ intelligentia.

i.

b Clauſula ab ſoluitur inceſtuoſus ab excommunicatione.

Prima (*b*) *A quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis*, quas propter præmiſſa quomodolibet incurſis, ideſt ab excommunicationis ſententia, quam incurrunt inceſtuoſi, qui in gradibus prohibitis matrimonium contrahunt iuxtà *Clem. vnica de conſanguin. & affinit.* Cęteri termini ponuntur non tantùm pro clariori intelligentia, ſed etiam pro facultate abſoluendi à quibuſuis alijs cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ex quocunque iure, ſiuè communi, ſiuè ſpeciali, & ex quocunque modo prouenientibus contra inceſtuoſos &c.

ij.

c Expediens eſt Confeſſionem menſtruã iniungere per ſex menſes.

Secunda (*c*) *Ac Sacramentali Confeſſione quolibet menſe arbitrio tuo ſtatuendum*, per quam clauſulam aduertat Confeſſarius, non ſufficere, quod iſta obligatio tantùm per vnum menſem Pœnitenti imponatur; nam ſaltem tempus duorum menſium eſſet arbitrandum, & ſatis benè eſſet ſi ad ſex menſes arbitraretur.

iij, & iv.

d Non multum laborare debet Confeſſarius in inquirenda veritate harum clauſularum, quia ex ſe notæ ſunt.

Tertia (*d*) *Et ſeparatio inter dictum Virum, & Mulierem fieri non poſsit abſquè ſcandalo.*

Quarta -- *Et ex cohabitatione de incontinentia timendum ſit* in his duabus clauſulis non debet nimis elaborare Confeſſarius; nàm euidens eſt ſeparationem poſt matrimonium publicè contractum ſcandaloſam fore, & cohabitationem viri cum muliere periculoſam.

v.

e Modus certiorandi partem ingnaram impe

Quinta (*e*) *Cum dicto Viro, vt dicta Muliere de nullitate prioris conſenſus certiorata, ſed itâ cautè, vt Latoris delictum nuſquam detegatur.* Circa quam clauſulam, cum agatur de certio-

dimenti videatur in introductione huius ſecundæ Partis.

tioratione nullitatis conſenſus facienda parti non conſciæ impedimenti, ea omnia erunt conſideranda, quæ in introductione huius ſecundæ partis primi Cap. §. *Notandum vſquè ad finem*, dicta ſunt, & in explicatione iſtius clauſulæ. Inſuper pro maiori facilitate Pœnitentis, quando præſertim eſſet mulier, additur ſequens modus renouandi conſenſus, quem inſinuat *Sanchez de Matrim. lib. 2. diſp. 39. concl. vltima.*

a Quando adeſt grauis neceſſitas poteſt matrimonium denuò conſiſtere habita copula affectu maritali à parte conſcia impedimenti.

Quando (*a*) in certioratione nullitatis impedimenti facienda parti non conſcię adeſſet probabilis ſcandali, infamiæ, aut grauium moleſtiarum timor, nec vllo modo extorqueri poſſet conſenſus aliquis ex ſupradictis abſque periculo, quod pars ignorans impedimentum detrectet, & ſuſpicetur de matrimonij nullitate, & indè oriantur diſſenſiones, & alia inconuenientia perniciosa, tunc etiam abſque verbis poterit denuò matrimonium illud conſiſtere, habita copula affectum maritali ex parte partis conſciæ impedimenti; nàm ex parte alterius, cum putet eſſe matrimonium, conſtat eo affectu haberi, & hoc etiamſi alter coniux ignoret priùs matrimonium fuiſſe inualidum; eadem enim difficultas currit, ſiuè verbis, ſiuè facto ipſo, nempè hac copula contrahatur denuò matrimonium, cum vtrobique procedat conſenſus ex errore, mens enim Sacræ Pœnitentiariæ non poteſt eſſe alia quàm, vt quocunque modo poſſibili, & prudenti conſenſus renouetur, præſertim quando diſſenſiones, ſcandala &c. oriri poſſent, & per illa verba ſatis innuitur *ſed ità cautè &c.* Quæ opinio iniuncto dicto periculo, & neceſſitate, ſua probabilitate non caret (*b*) maximè cum in dubijs præferenda ſit ſententia animabus fauens, & hac de cauſa confertur Baptiſmus in extremitate digitis, quando partus periclitans illam extrahit, & in mortis articulo abſolutio impendi poteſt iuxtà multos oſtendenti ſigna contritionis abſente Sacerdote; Quæ opiniones ratione periculi magni ſuſtinentur, cum aliàs parùm probabiles ſint. *Sanchez ibidem num. 8. & Diana par. 4. tit. 4. R. 49. verſ. quid ego ſentiam.* Sic ait: *Prima opinio tanquàm probabilior eſt ſequenda; Sed quando timetur ſcandalum, aut graue damnum, coniux neque ex aliquibus verbis generalibus poteſt à marito conſenſum extorquere tunc ſufficit copula procedens ex affectu maritali, & in hoc caſu puto ſinè vllo ſcrupulo ſequi poſſe ſecundam opinionem, vt etiam docent DD. ſecundæ ſententiæ.* Ità ille cum DD. ibi allegatis. Vndè (*c*) in his caſibus cenſetur Sacra Pœnitentiaria, & Sancta Sedes relaxare, & meliori, quo po-

b In dubijs præferenda eſt opinio animabus fauens.

c In caſibus neceſſitatis Sacræ Pœnitentiariæ, & Sedes cenſetur relaxare de ſuo ſtylo, & prouidere de remedijs Latoribus.

poteſt modo prouidere de remedio, quod elici poteſt ex verbis ipſiuſmet diſpenſationis, dum dicit: *Cum ipſis Latoribus diſpenſes, mulieri de nullitate prioris conſenſus certiorata, ſed ità cautè, vt ſi illa adhuc ignara ſit Latoris delictum numquàm detegatur*. Hoc (*a*) namque non ponitur, vt conditio neceſſaria, ſed ad inſtructionem Confeſſarij, vt habet idem *Sanchez lib.8. diſput.24. num.61.* Sæpè enim hæ diſpenſationes ſuo valore fruſtrarentur, ſi eſſet conditio neceſſaria, quia ſæpè contingit non poſſe nullitatem detegi abſque periculo detegendi delictum, maximè ſi impedimentum ſit ex parte fœminæ, vt multotiès contigiſſe ipſa experientia demonſtrat.

a Clauſula de certioratione partis inſciæ nõ ponitur, vt conditio ſine qua non, ſed vt inſtructio Confeſſarij.

vi.

Sexta (*b*) *Matrimonium inter ſe de nouo ſecretè ad euitanda ſcandala, præmiſſis non obſtantibus contrahere*, ideſt præuia renouatione conſenſus aliquo modo faciliori ex ſupradictis, matrimonium abſque Parocho, abſque Teſtibus contrahere; quod pars conſcia impedimenti poſt abſolutionem, & diſpenſationem ex ſe facere poterit loco, & tempore, & modo opportuniori inſinuato à Confeſſario (*c*) monendus eſt tamen Pœnitens à Confeſſario, nè priùs conſentiat in copulam, quam contrahat matrimonium renouato conſenſu; quia tunc quamuis abſolutio, & diſpenſatio non redderetur nulla, fornicaretur tamen, quia ante matrimonium in copulam conſentiret.

b Poſt abſolutionem, & diſpenſationem quomodò à parte conſcia contrahendum eſt matrimonium.

c Pars conſcia debet primo renouare conſenſum, & matrimonium contrahere antequã habeat copulam.

His conſideratis, Confeſſarius poſt abſolutionem ſolitam, & conſuetam à cenſuris, & à peccatis proferat formam diſpenſationis.

Et (*d*) *inſupèr authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata diſpenſo tecum ſupèr impedimento primi affinitatis gradus ex copula illicita, quam cum ſorore &c. tuę putatæ coniugis anteà habuiſti, vt illo non obſtante, renouato conſenſu cum præfata coniuge, matrimonium cum illa contrahere, conſumare, & in eo remanere licitè valeas, & poſſis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

d Formula diſpenſationis de contracto danda poſt Confeſſionem Sacramentalem.

Et (*e*) *paritèr eadem authoritate Apoſtolica prolem, ſi quam ſuſcepiſti, & ſuſceperis legitimam fore decerno, & declaro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

e Forma legitimationis prolis.

APPENDIX.

PRæterea (*f*) quæ dicta ſunt in Appendice Cap. antecedentis poſt explicationem formulæ gradus affinitatis ex copula illicita de contrahendo, eſt notandum, quod in iſtis lite-

f Quomodò ſe gerere debeat Confeſſarius quando vtraque pars eſt conſcia impedimenti.

literis de contracto, ſi ambo coniuges æquè ſciuerint impedimentum, antequàm contraheretur; pro vtroque reſcribit Maior Pœnitentiarius, & vterque erit in Sacramentali Confeſſione abſoluendus, & diſpenſandus, vtrique grauis pœnitentia iniungenda, vterque de nullitate prioris conſenſus æquè certiorandus à Confeſſario, prudentèr tamen, & diſcretè ſe gerendo, ne oriantur ſcandala.

CAP. IV.

De formula abſolutionis, & diſpenſationis litterarum, quæ expediuntur prò ijs, qui impetrata diſpenſatione supèr impedimento publico, tacuerunt impedimentum occultum.

a Notabilia circà litteras ſubreptitiè, vel obreptitiè obtētas à Dataria ſiuè ad contrahendum, ſiuè ad remanendum.

ALiquando (*a*) in litteris expeditis à Dataria ſuper impedimento dirimente publico tacetur impedimentum occultum, ſicque litteræ Datariæ redduntur nullæ per ſubreptionem, ſiuè per obreptionem, quæ ſubreptio, ſeù obreptio occulta eſt, & ſic fit recurſus ad Sacram Pœnitentiariam, & quamuis plures ſint formulæ, ſicut plura ſunt impedimenta occulta, & diuerſæ ſunt ſubreptiones, & obreptiones, hìc tamen vna ponitur formula, quando nondùm eſt contractum matrimonium, & in ſequenti capite alia formula quando matrimonium iàm eſt contractum, ponetur.

Formula litterarum Sac. Pœnitentiariæ prò diſpenſatione ſupèr inceſtu, non expreſſo in litteris obtentis à Dataria.

Fabritius &c.

DIſcreto Viro Confeſſori Magiſtro in Theologia, vel Decretorum Doctori per Latores præſentium ad infraſcripta ſpecialitèr eligendo ſalutem in Domino. Prò parte Viri, & Mulieris Latorum præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſi aliàs, volentes inter ſe matrimonialitèr copulari diſpenſationem ſupèr impedimento tertij conſanguinitatis, ſeù affinitatis gradus, quo inuicem ſunt coniuncti, ſeù ſe attinent, à Sede Apoſtolica obtinuerunt, tacita in dictis litteris copula carnali inter eos ſequuta. Cum autèm, ſicut eadem petitio ſubiungebat, dicta carnalis cognitio ſit occulta, & niſi matrimonium vigore huiuſmodi diſpenſationis

nis

Digitized by Google

*nis inter Latores contrahatur ſcandala eſſent exoritura, ad hæc vitanda, ac prò ſuę conſcientiæ quiete cupiunt Latores à præmiſſis, de quibus plurimum dolent per Sedem Apoſtolicam abſolui, ſecumque deſuper diſpenſari. Quarè ſupplicarunt humilitèr, vt ſibi dc opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur, qui Pœnitentiariæ Domini PP. curam gerimus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica Nobis ſpecialitèr conceſſa diſcretioni tuæ committimus, quatenùs, ſi * eſt ità, dictos Latores, audita priùs eorum * Sacramentali Confeſſione, ab inceſtu, & exceſſibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta eis prò modo culpæ pœnitentia ſalutari, ✠ quodque faciant eleemoſynam arbitrio tuo in pauperum ſubuentionem diſtribuendam, & alijs iniunctis, quæ de iure fuerint † iniungenda. Demùm, dummodò impedimentum ex inceſtuoſa cognitione præfata * occultum ſit, & niſi matrimonium inter Latores contrahatur * periculum immineat ſcandalorum, aliudque * non obſtet, cum eiſdem Latoribus, poſtquam ſuper præfato impedimento tertij gradus aliàs legitimè diſpenſatum fuerit, matrimonium inter ſe publicè, ſeruata * forma Concilij Tridentini, & litterarum * diſpenſationis contrahere, & in eo poſtmodùm remanere licitè valeant miſericorditèr diſpenſes; Prolem ſuſcipiendam exindè legitimam pronunciando in foro conſcientiæ.* Cum alijs clauſulis in antecedentibus formulis poſitis.

In executione (*a*) gratiæ huiuſmodi litterarum præter ea, quæ notata ſunt in pręcedentibus formulis circa clauſulas, ſequentia erunt notanda.

a Notanda circa hanc Formulam.

Primò (*b*) * quod executio iſtius gratiæ, & aliarum ſimilium non ſit danda à Confeſſario, niſi poſtquàm fuerint executioni demandatę litteræ diſpenſationis Datariæ ſuper publico impedimento. Quod ſi Pœnitentès præſentarent litteras Sac. Pœnitentiariæ ante executionem litterarum Datariæ, poſſet Confeſſarius illas aperire, & executionem illarum ſuſpendere, donec ſequatur executio. Quæ executio litterarum Datariæ tunc erit ſatis ſequuta, quando Ordinarius, ſeù eius Vicarius Generalis licentiam ad effectum matrimonium contrahendi conceſſerit.

b Executio litterarum diſpenſationis Datarię debet præcedere executionem litterarum diſpenſationis Sacræ Pœnitentiariæ.

Secundò (*c*) notandum, quod eleemoſyna facienda in pœnitentiam imponenda à Confeſſario Pœnitentibus, erit diſcretè taxanda, & ſi ſint pauperes, & miſerabiles, adhuc tamen eis eſt iniungenda, & ſufficeret, ſi vnius obuli tantùm iniungeretur.

c Eleemoſina eſt iniungenda, & quanta pauperibus.

Ter-

a Oratorum Confeſſio debet ſeparatim audiri, & ipſi ſeparatim ſunt abſoluendi, & diſpenſandi.

Tertiò (a) notandum, quod confeſſio iſtorum Oratorum debet audiri ſeparatim, ſicut ſeparatim abſoluendi, & diſpenſandi ſunt, & ſicut forma abſolutionis ſeparatim datur, ſic, & diſpenſatio; quamuis ipſa diſpenſatio immediatè poſt vtriuſque Latorum confeſſionem, & abſolutionem dari poſſet, ſi ſecretè poſſet fieri abſque admiratione, & ſcandalo, proferendo formam diſpenſationis pro vtroque in plurali.

His notatis, poſt abſolutionem à cenſuris, & à peccatis in forma ſolita, & conſueta, Confeſſarius proferat formam diſpenſationis, ſcilicèt

Forma abſolutionis, & diſpẽſationis.

Inſupèr authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum, ſuper impedimento ex inceſtuoſa copula, quam cum tua conſanguinea, ſeù affine habuiſti, proueniente, vt præfato impedimento non obſtante, matrimonium cum illa ad formam litterarum diſpenſationis, quam à Sede Apoſtolica obtinuiſti, contrahere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Notandum, quod quandocunque aliquis diſpenſatus, vel diſpenſata, antequàm pars inſcia renouaſſet conſenſum, à parte inſcia impedimenti ad debitum ſoluendum vrgeretur, quod ſi reddat, non ideò annullat iàm diſpenſationem obtentam, quia per diſpenſationem ſublatum fuit impedimentum.

CAP. V.

De formula abſolutionis, & diſpenſationis litterarum Sac. Pœnitentiariæ, quæ conceduntur Pœnitentibus, qui vigore diſpenſationis à Dataria ſubreptitiè, vel obreptitiè obtentæ ſupèr publico impedimento, matrimonium inualidè contraxerunt.

IN ſuperiori Cap. dictum eſt de formula, quando agitur de matrimonio contrahendo, nunc, quando iàm eſt contractum, & ſequens erit formula.

Formula diſpenſationis de contracto ſupèr impedimento reticito in Dataria.

Fabritius &c.

DIſcreto Viro Confeſſori &c. Prò parte viri, & mulieris latorum præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſi aliàs vigore litterarum diſpenſationis ſupèr impedimento ter-

tij

Digitized by Google

*ĳ conſanguinitatis, ſeù affinitatis gradus, quo ſunt coniuncti, ſeù ſe attinent, à Sede Apoſtolica obtenta, tacita tamèn in dictis litteris carnali copula inter eos priùs ſequuta, matrimonium inter ſe publicè in facie Eccleſiæ contraxerunt, & ſucceſſiuè conſummarunt. Cum autèm, ſicut etiam petitio ſubiungebat, diſpenſatio ob carnalem copulam huiuſmodi in litteris non expreſſam, quæ occulta eſt, fuerit inualida, & propterea latores in dicto matrimonio remanere nequeant abſquè noua Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione; Ideò ad euitanda ſcandala, quæ, ſi diuortio fieret intèr eos, veriſimilitèr exorirentur, ac prò ſuæ conſcientię quiete, cupiunt à præmiſſis, de quibus plurimùm dolent, abſolui, ſecumque deſupèr diſpenſari. Quarè ſupplicarunt &c. Nos igitur &c. Diſcretioni tuę committimus, quatenùs, ſi eſt * ità dictos latores audita priùs eorum * Sacramentali Confeſſione, à quibuſuis ſententĳs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas propter prēmiſſa quomodolibet incurrerunt, inceſtu, & exceſſibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta eis prò modo culpę pœnitentia ſalutari † quodque faciant eleemoſynam arbitrio tuo in pauperum alimenta diſtribuendo, & alĳs, quæ de iure fuerint iniungenda. Demùm, dummodò impedimentum, ex inceſtuoſa cognitione præfata proueniens, occultum * ſit, & aliud * non obſtet, cum eiſdem latoribus, quod; prēmiſſis non obſtantibus, matrimonium intèr ſe; de nouo ſecretè ad euitanda ſcandala contrahere, & in eo poſtmodùm remanere licitè valeant, miſericorditèr diſpenſet; prolem ſuſceptam, ſi qua ſit, & ſuſcipiendam, exindè legitimam decernendo in foro conſcientiæ in ipſo actu * Sacramentalis Confeſſionis tantùm, & non alitèr &c.*

In (*a*) iſta formula præter ea, quæ notata ſunt in antecedentibus capitibus circa clauſulas, ſequentia notanda erunt. — *a* Notanda circa hanc Formulam.

Primò (*b*) notandum, quod iſti latores cenſuras Eccleſiaſticas in Clementina prima de conſanguinitate, & affinitate incurrerunt, & propterea à cenſuris abſoluuntur; quod non exprimitur in antecedenti formula ex eo, quod non contraxerint. — *b* Inceſtuoſi incurrent excommunicationem.

Secundò (*c*) notandum, quod etiam iſti latores ſunt obligandi ad eleemoſynam, iuxtà quod dictum eſt in antecedenti formula in §. 2. notandum. — *c* Cum diſpenſantur ſunt obligandi ad eleemoſynam.

Tertiò (*d*) notandum, quod iſti latores debent moneri à Confeſſario, vt renouent conſenſum; in qua renouatione non erit difficultas, ſicut, quando vna pars eſt conſcia, & al- — *d* Ab ipſis eſt renouandus conſenſus, & matrimonium de no-

tera ignara, vt dictum eſt in capitulo tertio huius ſecundę partis circa finem; Nàm ambo iſti latores ſunt rei, & ſic potuerunt de facili induci ad præſtandum denuò conſenſum, vt iterùm ſecretè inter ſe, nullis teſtibus, nec Parocho præſentibus, ſublato tamen priùs per diſpenſationem impedimento. Poſſunt tamen coram proprio Confeſſario, quando fieri commodè abſque periculo, quod detegatur eorum delictum, huiuſmodi conſenſum præſtare.

vo celebrandum eorùm Confeſſario, ſi fieri poſſit commodè.

a Debent abſtinere à copula donec per renouationem conſenſus matrimonium de nouo contraxerint.

Quartò (a) monendi ſunt Pœnitentes à Confeſſario, vt à copula carnali abſtineant, niſi priùs huiuſmodi matrimonium per mutuum conſenſum contrahant, ne fornicationi ſubiaceant, matrimonio ſic per nouum conſenſum non contracto.

His notatis, erit formula diſpenſationis poſt datam abſolutionem ſolitam, & conſuetam à cenſuris, & à peccatis, vt ſequitur

b Formà diſpenſationis de contracto poſt abſolutionem Sacramentalem danda.

Inſupèr (b) authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata diſpenſo tecum ſupèr impedimento ex inceſtuoſa cognitione in litteris diſpenſationis, cuius vigore contraxiſti, non expreſſa proueniente; denuò matrimonium cum illa contrahere, renouato conſenſu, & conſummare, ac in eo remanere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Paritèr eadem cuthoritate Apoſtolica prolem, ſi qua ſuſceperis, & ſuſcepturus ſis legitìmam eſſe, & fore decerno, & declaro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Saancti. Amen.

CAP. VI.

De Formula diſpenſationis prò ijs, qui factis proclamationibus in Eccleſia fieri ſolitis, & nullo detecto, ſeù denunciato impedimento, exiſtentes tamèn conſanguinei, vel affines in aliquo gradu prohibito publicè in facie Eccleſia matrimonium contraxerunt, & conſummarunt.

HVius diſpenſationis litterarum formula ſic extenditur.

Formula Diſpenſationis prò conſanguineis, vel affinibus, qui ignorantes gradum prohibitum matrimonium contraxerunt publicationibus in Eccleſia factis.

Fabritius &c.

DIſcreto Viro Confeſſario &c. Prò parte viri, & mulieris latorum præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod

ipſi

*ipſi aliàs factis proclamationibus in Eccleſia fieri ſolitis, & nullo detecto, ſeù denunciato impedimento, quominùs poſſent inter ſe matrimonium contrahere, illud publicè in facie Eccleſiæ contraxerunt, & ſucceſſiuè conſummarunt, deindè ſecretè reſciuerunt, ſe tertio conſanguinitatis, ſeù affinitatis gradu eſſe coniunctos, ſeù ſe attinere, & forſan in carnali copula perſeuerarunt. Cum autèm, ſicut eadem petitio ſubiungebat, dicti latores ob impedimentum ex præfato tertio gradu huiuſmodi proueniens, quod occultum remanet, in dicto matrimonio abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione remanere nequeant; Ideò ad euitanda ſcandala, quæ ſi diuortium fieret inter eos, veriſimilitèr exorirentur, ac prò ſuę conſcientiæ quiete cupiunt latores à præmiſſis, de quibus plurimùm dolent, abſolui, ſecumque deſupèr diſpenſari. Quarè ſupplicarunt &c. Nos igitnr &c. Diſcretioni tuæ committimus, quatenùs * ſi ità eſt, dictos latores, audita * priùs eorum Sacramentali Confeſſione à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas proptèr præmiſſa quomodolibet incurrerunt, inceſtu, & exceſſibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta prò modo culpę pœnitentia ſalutari, & alijs, quæ de iure † fuerint iniungenda. Demùm, dummodò impedimentum ex præfato tertio gradu huiuſmodi proueniens * occultum ſit, & * ſeparatio inter eos fieri non poſſit abſque ſcandalo, aliudque * non obſtet, cum eiſdem latoribus, quod præmiſſis non obſtantibus, matrimonium inter ſe, de nouo ſecretè ad euitanda ſcandala contrahere, & in eo poſtmodùm remanere licitè valeant, miſericorditèr diſpenſes prolem ſuſceptam, ſi qua ſit, & ſuſcipiendam exindè legitimam decernendo in foro conſcientiæ &c. ità quod &c. nullis &c. vt in præcedentibus formulis.*

In executione (*a*) gratiæ huiuſmodi litterarum omnia notata, & conſiderata in formulis præcedentibus prælertim Cap. ſecundi, & tertij, notanda, & conſideranda erunt, & hìc tantummodò repetendum, quod dictum fuit in primo Cap. iſtius partis littera G. ſcilicèt, quod prudens (*b*) Confeſſarius, Parochi, & Ordinarij locorum aduertant, quod, quando matrimonium iàm contractum eſt, & per aliquem, ſeù per aliquos denunciatur impedimentum, quod occultum remanſit, non ſint faciles ad illud publicandum per publicam ſeparationem, ſed ſilentio impoſito denuncianti, ſeù denunciantibus, & facta ſecretè ſeparatione, ſi ſint in mala fide, ſi verò in bona fide relinquant illos in huiuſmodi bona fide, & interim ſcribant Eminentiſſimo Domino Maiori Pœnitentia-

a Forma legitimationis prolis.

b Quid Confeſſarius, Parochi, & locorum Ordinarij agere debent in iſtis caſibus.

rio Romam modo, quo in fine operis notatur ad effectum; vt mittat facultatem diſpenſandi ſuper impedimento occulto adhuc remanente, quamuis ſecretè denunciato, quia Eminentiſſimus Maior Pœnitentiarius mittet facultatem, & de opportuno remedio gratis prouidebit, abſque eo, quod publica ſeparatio cum ſcandalo, & animarum miſerabilium detrimento fiat.

His præmiſſis forma diſpenſationis poſt datam abſolutionem à cenſuris, & à peccatis in forma ſolita, erit.

a Forma diſpenſationis huius Formulæ.

Inſupèr (a) authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata diſpenſo tecum ſuper impedimento tertij gradus affinitatis, vt illo non obſtanse cum tua putata coniuge, prçuia renouatione prioris conſenſus, matrimonium ſecretè inter te, & ipſam contrahere, & conſumare, ac debitum coniugale exigere, & reddere licitè valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Et paritèr eadem authoritate Apoſtolica prolem ſuſceptam, ſi qua ſit, & ſuſcipiendam legitimam eſſe, & fore decerno, & declaro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

APPENDIX.

b Vtraque pars eſt abſoluenda, & diſpenſanda, quando vtraque pars eſt conſcia impedimenti.

PRimò (b) notandum eſt tam in iſta forma diſpenſationis huius formulæ, quàm in omnibus alijs formulis præcedentium capitum, quod ſicuti vtriuſque partis præmittenda eſt Confeſſio Sacramentalis, & vtrique parti ſeparatim danda eſt diſpenſatio. Vndè vbi dicitur, matrimonium cum tua putata Coniuge reſpectu Viri, erit dicendum reſpectu Mulieris cum tuo putato Coniuge, & paritèr quando vna tantùm pars eſt conſcia impedimenti, forma, quamuis præſcripta pro parte Viri, debet adaptari Mulieri, quando ipſa ſolummodò eſt conſcia impedimenti.

c Hæc Formula datur in exemplum pro alijs Formulis.

Secundò (c) notandum eſt, quod ſupradicta formula ponitur pro exemplo aliarum formularum litterarum, quæ expediuntur à Sac. Pœnitentiaria in materijs ſimilium diſpenſationum, vt eſſet diſpenſatio, quæ datur ijs, qui matrimonium cum impedimento occulto cognationis ſpiritualis, non detecto in denunciationibus.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VII.

De Formula literarum, quæ expediuntur pro ijs, qui matrimonium contrahere deſiderant, vel iam contraxerunt cum impedimento criminis occulto.

CVm plura ſint criminis impedimenta, ex quo plures extendendæ eſſent formulæ; attamen, vt breuitati conſulamus, duæ tantùm extendentur.

Formula pro ijs, qui præcedente adulterio, & fide data, matrimonium contrahere deſiderant.

Fabritius &c.

*DIſcreto Viro Confeſſori. Pro parte Viri, & Mulieris latorum præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſi aliàs viuente adhuc alia latoris coniuge ſe carnalitèr cognouerunt, ſibique fidem inuicem dederunt de matrimonio inter ſe contrahendo, ſi latoris Vxor præmoreretur, qua modò præmortua, neutro tamen latorum in eius morte machinante, matrimonium inter ſe contrahere deſiderant. Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, impedimentum ex præmiſſis proueniens occultum ſit, & niſi matrimonium inter latores contrahatur, periculum immineat ſcandalorum, vel perſeuerantiæ in peccato. Ideò ad hæc vitanda, ac pro ſuæ conſcientiæ quiete cupiunt à præmiſſis, de quibus plurimum dolent per Sedem Apoſtolicam abſolui, ſecumque deſuper diſpenſari. Quarè ſupplicarunt &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs * ſi eſt ita, dictos latores à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas propter præmiſſa quomodolibet incurrerunt, adulterio, fide data, & exceſſibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & alijs, quę de ✝ iure fuerint iniungenda. Demum dummodò impedimentum præfatum * ſit occultum, & niſi matrimonium inter latores contrahatur periculum * immineat ſcandalorum, vel perſeuerantiæ in peccato, cum eiſdem latoribus, quod præmiſſis non obſtantibus, matrimonium inter ſe publica, ſeruata forma * Conc. Trid. contrahere, & in eo poſtmodum remanere licitè valeant miſericorditèr diſpenſes, prolem ſuſceptam (non tamen ex adulterio conceptam) & ſuſcipiendam exindè legitimam nunciando in foro conſcientiæ &c., ita quod &c. nullis &c., vt in præcedentibus formulis.*

In

In explicatione iſtius formulæ paritèr erunt notandæ clauſulæ, vt in formula Cap. ſecundi, & tertij huius Partis, & nihil aliud notandum, & obſeruandum præter clauſulam -- *periculum ſcandalorum, vel perſeuerantia in peccato*; Per (*a*) quam clauſulam inſinuatur Confeſſario Sacram Pœnitentiariam diſpenſare non copulatiuè, & propter periculum ſcandalorum, & perſeuerantiæ in peccato, ſed diſiunctiuè, itaùt ſufficiat vna ex iſtis cauſis.

a Periculum ſcandalorum, vel perſeuerantia in peccato ſunt cauſæ diſiunctiuæ ſufficientes ad diſpenſationem concedendam.

Forma huius diſpenſationis poſt abſolutionem à cenſuris, & peccatis in forma conſueta, erit ſequens

b Forma diſpenſationis huius Formulæ.

Inſuper (b) authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata diſpenſo tecum ſuper impedimento criminis ex adulterio, & fide data prouenіente, vt illo non obſtante cum Muliere correa matrimonium publicè, ſeruata forma Conc. Trid. contrahere, & conſummare, debitumque coniugale exigere, & reddere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Forma legitimationis prolis.

Paritèr eadem (c) authoritate Apoſtolica prolem ſuſceptam, non tamen in adulterio conceptam, & ſuſcipiendam, legitimam fore nuncio, & declaro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Formula literarum diſpenſationis pro ijs, qui cum occulto impedimento criminis contraxerunt.

Fabritius &c.

*Diſcreto Viro Confeſſori pro parte Viri, & Mulieris latorum præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſi aliàs viuente alia latoris Vxore, ſe carnalitèr cognouerunt, fidemque ſibi inuicem dederunt de matrimonio inter ſe contrahendo ſi dicta Vxor præmoreretur, qua deindè præmortua neutro tamen latorum in eius morte machinante, matrimonium inter ſe publicè in facie Eccleſiæ contraxerunt, & ſucceſſiuè conſummarunt. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, dicti latores ob impedimentum ex præmiſſis proueniens, quod occultum eſt in dicto matrimonio remanere nequeant abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, ad euitanda ſcandala, quæ, ſi diuortium fieret inter ſe veroſimilitèr exorirentur, ac pro ſuæ conſcientiæ quiete cupiunt à præmiſſis, de quibus plurimum dolent, abſolui, ſecumque deſuper diſpenſari. Quare &c. ſupplicarunt &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenus * ſi eſt ita, dictos latores audita * prius eorum Sacramentali*

Con-

*Confeſſione, à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas propter premiſſa quomodolibet incurrerunt, adulterio, fide data, & exceſſibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta eis pro modo culpæ graui pœnitentia ſalutari, & alia, quæ de † iure fuerint iniungenda. Demum dummodò impedimentum præfatum * occultum ſit, * & ſeparatio inter Latores fieri non poſſit abſque ſcandalo, cum eiſdem latoribus de nullitate prioris conſenſus certioratis, quod, præmiſſis non obſtantibus, matrimonium inter ſe de nouo ſecretè ad euitanda ſcandala contrahere, & in eo poſtmodum remanere licitè valeant, miſericorditèr diſpenſes, prolem ſuſceptam, ſi qua ſit (non tamen in adulterio conceptam) & ſuſcipiendam exindè legitimam decernendo in foro conſcientiæ. ità quod &c. nullis &c. vt in antecedentibus formulis.*

In iſta formula paritèr erunt notandæ, & conſiderandæ clauſulæ, quæ fuerunt notatæ, & conſideratæ in Cap. ſecundo, & tertio huius ſecundæ Partis.

Forma huius diſpenſationis erit ſequens, poſt abſolutionem, à cenſuris, & à peccatis.

Et (a) inſuper authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata diſpenſo tecum ſuper impedimento criminis, ex adulterio, & fide data proueniente, vt illo non obſtante matrimonium cum tua putata coniuge contrahere, conſummare, ac debitum coniugale exigere, & reddere valeas, & poſſis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

a Forma diſpenſationis danda poſt abſolutionem.

Paritèr eadem authoritate Apoſtolica prolem, ſi quam ſuſceperis (non tamen ex adulterio conceptam) & quam ſuſcepturus es legitimam eſſe, & fore decerno, & declaro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

APPENDIX.

NOn extenduntur (a) aliæ formulæ, & formę circa impedimentum criminis; Nam aliæ formulę differunt tantummodò in pœnitentijs iniungendis à Confeſſarijs, conſiderata grauitate criminis; Quæ pœnitentiæ quomodo moderandæ ſint, ſatis dicitur in Introductione in principio huius libri, præſertim Cap. tertij, & formulæ facilè poterunt adaptari materiæ prudentia Confeſſarij.

b Aliæ Formulæ circà impedimenta criminis non differunt, niſi in pœnitentijs iniungendis.

CAP.

CAP. VIII.

Pro eo, qui contracto, & conſummato matrimonio, conſanguineam Vxoris ſiue in primo, ſiue in primo, & ſecundo, ſiue in ſecundo gradu tantùm carnalitèr cognouit.

QVamuis ſuper impedimento occulto affinitatis ſuperuenientis, ad effectum petendi debitum coniugale, poſſint Ordinarij locorum, & omnes priuilegium ad id habentes, diſpenſare; ponitur tamen ſequens formula,qua vtitur Sacra Pœnitentiaria ad diſpenſandum cum ijs, qui ad illam ſolent recurrere, vt & Confeſſarij, quibus literæ committuntur, ſciant quid agere poſſint in executione gratiæ, & inſuper Ordinarij locorum, & priuilegium habentes, ſe conformando Sacræ Pœnitentiariæ, huiuſmodi diſpenſationes prudentèr concedant.

Formula literarum diſpenſationis affinitatis ſuperuenientis matrimonio.

Fabritius &c.

*DIſcreto Viro Confeſſori &c. Pro parte Viri latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat,quod ipſe veſana libidine ductus, ſororem ſuæ propriæ Vxoris carnalitèr cognouit; propter quod debitum coniugale petendi Ius amiſit. Cum autem,ſicut eadem petitio ſubiungebat, dictus Lator de tam enormis libidinis exceſſu, qui occultus eſt, plurimum doleat, & debitum coniugale exigere licitè poſſe deſideret; Ideò pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui, ſecumque deſupèr diſpenſari. Quare &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus,quatenùs * ſi eſt ita dictum Latorem, audita priùs eius* Sacramentali Confeſsione * poſtquam omnem recidiuæ conuerſationis occaſionem abſtulerit, ab inceſtu, exceſſibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei pro tam enormis libidinis exceſſu graui pœnitentia ſalutari, ✠ ac Confeſſione Sacramentali ſemel quolibet menſe per tempus arbitrio tuo ſtatuendum, & alijs, quæ de Iure fuerint iniungenda, ipſumque Latorem in dicto matrimonio remanere, & debitum coniugale reddere poſſe, & debere declares; & tamen, ſi de Latoris incontinentia probabilitèr timendum ſit, dummodò impedimentum ſuperuenientis affinitatis huiuſmodi * occultum remaneat, cum eodem Latore, vt præmiſsis non obſtantibus, idem debi-*

tum

tum coniugale etiam exigere licitè valeat, miſericorditèr diſpenſes in foro conſcientiæ. Ita quod &c. nullis &c.

In executione gratiæ huiuſmodi literarum notanda, & conſideranda ſunt omnia ea, quæ notata, & conſiderata ſunt in præcedentibus Cap. & Formulis huius ſecundæ Partis, præſertim circa occultum, quia, ſi publicum, eſſet recurrendum ad Datariam.

Circa grauem pœnitentiam ſalutarem iniungendam.

Circa Sacramentalem Confeſſionem imponendam ſemel in menſe à Confeſſario.

Circa ablationem occaſionis recidiuæ conuerſationis iam ſatis dictum eſt in Cap. ſecundo, & tertio huius ſecundæ Partis in explicatione Clauſularum.

Forma diſpenſationis literarum ſupradictarum poſt abſolutionem à cenſuris, & à peccatis erit ſequens

Et (a) inſupèr authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum, vt non obſtante affinitate, quam contraxiſt cum tua Vxore ex illicita copula à te habita cum eius Sorore, debitum coniugale à tua Vxore etiam exigere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

a Formà diſpenſationis danda poſt abſolutionem.

Et paritèr eadem authoritate Apoſtolica declaro te, non obſtante præfata affinitate ſuperueniente, in matrimonio cum tua Vxore remanere, illique debitum coniugale reddere poſſe, & debere. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

PARS TERTIA

De Formulis abſolutionum, diſpenſationum, rehabilitationum, & fructuum condonatione.

CVM finis iſtius Manuductionis, ſeù Compendij ſit tantùm tradere modum faciliorem executionis gratiarum, ſeù Breuium, quæ à Sacra Pœnitentiaria emanarunt. Ideò breuitèr principaliores formulæ prædictarum gratiarum extenduntur, & declarantur.

Digitized by Google

CAP. I.

Vbi notantur aliqua his materijs communia, &

a Sacra Pœnitentiaria abſoluere, & abſolui mandare, tam in publicis, quàm in occultis.
b Occultos Confeſſarijs ſimplicibus, & publicos committit Ordinarijs.

PRimo (a) quod, quando agitur de abſolutione tantum à cenſura aliqua, & culpa Sedis Apoſtolicæ, & Ordinarijs locorum reſeruata, ſolet Sacra Pœnitentiaria, cum ad id facultatem habeat, abſoluere Pœnitentes, ſeù mandare abſolui tam per Confeſſarios ſimplices, quàm per Ordinarios locorum non ſolùm in occultis, ſed etiam in publicis. (b) Cum hac tamen differentia, quod, quando caſus ſunt publici, & deducti, ſeù deducendi, de facili ad forum ipſius Ordinarij, tunc committit facultatem ipſis Ordinarijs, dirigendo illis Breuia.

c Diſpenſat, rehabilitat, & condonat in occultis tantum.
d Tunc committit Confeſſarijs.
e Aliquando etiam Ordinarijs.

Notandum ſecundò (c) quod, quando agitur de abſolutione, & diſpenſatione, aut de abſolutione, & rehabilitatione, & condonatione, tunc Sacra Pœnitentiaria non ſolet ratione defectus facultatis abſoluere, & diſpenſare, rehabilitare, & condonare, niſi caſus ſint occulti, & Breuia, quæ (d) ſuper his materijs expediuntur, vt plurimùm Confeſſarijs committuntur, & (e) quandoque etiam Ordinarijs locorum, vt Confeſſarijs pro foro conſcientiæ, & in ipſo actu Sacramentalis Confeſſionis, & non aliter, & cum clauſula -- *dummodò delictum ſit occultum*.

f Caſus publici, in quibus ad Sac. Pœnitentiariam recurritur.
g Iniectio manuum violenta in Clericum, & duellum.

Notandum tertiò, quod caſus (f) publici, in quibus, vt plurimùm recurritur ad Sacram Pœnitentiariam ſunt duo. Primus (g) eſt, quando quis publicè manus violentas ſiue percutiendo, ſiue occidendo in Clericum, ſeù Sacerdotem, ſeù Religioſum iniecit. Secundus eſt quando quis pugnauit, vel aſſiſtens quomodolibet complex fuit in publico duello. In his itaque, & ſimilibus caſibus (exceptis caſibus publicis Immunitatis Eccleſiæ, in quibus eſt recurrendum ad Sacram Congregationem Immunitatis, & in aliis, quæ ad Sanctum Officium pertinent) ſemper Breuia Sacræ Pœnitentiariæ diriguntur Ordinario loci, in cuius Diœceſi commiſſum eſt delictum.

h Circa abſentem pœnitentē quomodò ſe gerat Sac. Pœnitentiaria.
i Quomodò circa præſentem

Notandum quartò (h) quod in iſtis caſibus publicis literæ Sacræ Pœnitentiariæ duobus modis diriguntur. Primus modus eſt, quando Pœnitens eſt abſens, & ad Curiam accedere nequit. Tunc enim committitur facultas abſoluendi ipſi Ordinario. Secundus (i) modus eſt, quando Pœnitens accedit

Digitized by Google

dit ad Vrbem; Tunc enim Maior Pœnitentiarius committit facultatem alicui ex Pœnitentiarijs minoribus trium Baſilicarum S. Ioannis in Laterano, S. Petri, & S. Mariæ Maioris; A quo (*a*) dum eſt abſolutus poſtea (ſi per ſe, & non miſſus ab Ordinario venit) mittitur, ſi verò miſſus ab Ordinario venit, remittitur abſolutus ad ipſum Ordinarium.

a Quid ſit mitti, aut remitti.

Notandum quintò, quod (*b*) quando quis pro graui, ſeù ęnormi percuſſione Clerici, vel mutilatione, vel occiſione nequit ex rationabilibus cauſis ad Sedem Apoſtolicam perſonalitèr accedere, ſi caſus eſt occultus, tunc Confeſſario ſimplici literæ diriguntur.

b Accedere non valenti ad Vrbē percuſſori Clerici quid concedatur in occultis.

Notandum ſextò, quod (*c*) etiam ſi caſus ſit publicus, ſi Reus neque ad Sedem Apoſtolicam, neque ad Ordinarium tutum acceſſum habeat, & reperiatur in loco, vbi non habeatur pro publicè excommunicato, tunc prouidetur animæ ſaluti Pœnitentis abſque pręiudicio Ordinarij, & partis, & Breuia diriguntur Confeſſarijs.

c Quid, & in publicis.

Vndè iuxtà (*d*) prænotata hìç primo agetur de modo executioni demandandi literas Sac. Pœnitentiariæ, quando facultas abſoluendi Pœnitentes abſentes ipſi Ordinario committitur. Secundò agetur de modo, quo mittitur, & remittitur Pœnitens abſolutus, & quid cum eo, tunc agere debeat Ordinarius. Tertiò tractabitur de literis, quæ ipſis Confeſſarijs in caſibus *num.* 5. & 6. poſitis diriguntur. Quartò de diſpenſationibus in occultis. Quintò de rehabilitationibus. Sextò de fructuum condonationibus ſimilitèr occultis.

d Diuiſio capitum huius tertiæ Partis.

CAP. II.

De abſolutione ab iniectione publica manuum violentarum, ſiuè percutiendo, ſiuè vulnerando, ſiuè mutilando, ſiuè occidendo Clericum, aut Sacerdotem, aut Religioſum pro non valente accedere ad Vrbem.

Formula literarum, quę à Sac. Pęnitentiaria expediuntur pro eo, qui publicè manus violentas in Clericos iniecit.

Venerabili in Chriſto Patri Epiſcopo Sutrino, ſiuè eius Vicario in Spiritualibus Generali.

Digitized by Google

Fabritius miſeratione Diuina Tituli SS. Ioannis, & Pauli S.R.E. Cardinalis Paulutius ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.

*PRo parte Antonij de Amatis Diœceſis Sutrinæ Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs in publica platea præfatæ Ciuitatis manus violentas in Clericum Franciſcum de Curtijs, illum præſertim lethalitèr in Capite vulnerando, iniecit. Proptèr quod Lator excommunicationem incurrit, & incurriſſe à vobis forſan per publicos Cedulones declaratus fuit. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, dictus Lator de præmiſſis plurimum doleat; ad Vrbem verò pro abſolutione deſuper obtinenda perſonalitèr accedere nequeat ob timorem Curiæ; Ideò pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui. Quarè ſupplicauit humilitèr, vt ſibi ſuper his de opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur, qui Pœnitentiariæ Domini Papæ curam gerimus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati authoritate Apoſtolica ſpecialitèr Nobis conceſſa circumſpectioni veſtræ committimus, quatenùs * ſi eſt ita, dictum Latorem, poſtquam præfato Clerico, ſi nondum ſatisfecit, * ſatisfecerit, vel per eum non ſteterit, quominus arbitrio veſtro ſatisfaciat competentèr, ab excommunicationis ſententia, quam proptèr præmiſſa quomodolibèt incurrit, ſiuè per Vos, ſiuè per Confeſſorem à Vobis ad id ſpecialitèr deputandum, abſoluatis hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei pro modo culpæ ✠ pœnitentia ſalutari, quodque ad Vrbem ✠ quamprimùm poterit perſonalitèr accedat, & alijs, quæ de iure ✠ fuerint iniungenda. Ita tamen, vt ſi Lator ſententiæ, ſiuè Ordinationi ✠ veſtræ ſuper præmiſſis forsàn latæ ſeù ferendæ, parere, & ad Vrbem, vt ✠ præfertur, venire contempſerit, in dictam excommunicationem relabatur eo ipſo: Datum &c.*

Generales Clauſulæ obſeruandæ ab Ordinario in literis datis ad eum pro non valente accedere ad Vrbem.

IN executione gratiæ huiuſmodi literarum erunt ab Ordinario locorum obſeruandæ ſequentes Clauſulæ.

Primò (*a*) debet aduertere, & examinare veritatem, ac ſufficientiam impedimenti, quod Pœnitens habet non accedendi ad Vrbem.

a Veritàs impedimenti non accedendi.

Se-

Secundò debet aduertere (*a*) hanc clauſulam, quę eſt in his verbis -- *Poſtquam præfato Clerico * ſi nondum ſatisfecit, ſatisfecerit, vel per eum non ſteterit, quo minùs arbitrio veſtro ſatisfaciat competentèr* -- iſtam enim clauſulam debet equidem Ordinarius, quantum poterit adimplere. At ſi impoſſibilis ſit Pœnitenti eius executio, vel in totum, vel in partem, non debet propter eà ipſi abſolutionem, aut omninò negare, aut diutiùs, quam par eſt, differre iuxtà dicta in Introductione ante primam Partem *cap. 3. in fine liter. HH.*

a Quibus ſatiſfactio.

Quare debet ad ſubiunctam clauſulam attendere, vbi dicitur (*b*) *vel per eum non ſteterit quominus arbitrio veſtro ſatisfaciat competentèr* -- vbi notandum, quod arbitrium Epiſcopi in aſſignanda ſatisfactione facienda à Reo, debet eſſe prudens, diſcretum, & eius poſſibilitati accomodatum, & ſi ſatisfacere non poterit, debet eſſe (*c*) contentus præſtito iuramento ſatiſfaciendi, cum poterit, declarando ipſi, quod ſi poſtea per ipſum ſtet, nè parti lęſæ ſatisfaciat, & Ordinarij ſententiæ non pareat, declarabit ipſum iterùm incidiſſe in eandem excommunicationem ob non impletum præſtitum iuramentum, & promiſſum. Interim etiam (*d*) poteſt Ordinarius, ſi velit, non permittere ipſum haberi pro abſoluto in ipſo loco delicti propter ſcandalum, quod indè oriri poſſet, nondùm ſatisfacta parte. Itaque vtatur miſericordia Ordinarius in Reum non contumacem, ſed cum tali moderatione, vt eius Animam à vinculo excommunicationis ſoluens, non det occaſionem ſcandali, & relaxatæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſuſpicionem. Et ſic poteſt, ſi expedire iudicet monere Pœnitentem, quod datur ei abſolutio pro foro conſcientiæ tantùm, itaùt in loco, vbi habetur pro publicè excommunicato, non habeat ſe pro abſoluto, at ſe gerat, ac ſi eſſet excommunicatus.

b Si non potuit, aut non poteſt ſatisfacere, quid agendum.

c Debet exigere per iuramentum, quod ſatisfaciet ſub pęna reincidentiæ

d Quid poteſt facere Ordinarius donec pœnitens ſatisfaciat.

At verò (*e*) ſi huiuſmodi abſolutio detur per ſubdelegatam facultatem à Confeſſario in Sacramentali Confeſſione, tunc (*f*) Confeſſarius poterit fidem facere de data abſolutione, & illam mittere ad ipſum Ordinarium, qui poterit eam reponere in actis publicis Cancellariæ Epiſcopalis, & illius vigore per decretum affixum in locis publicis Pœnitentem declarare abſolutum in foro fori, etiam cedulones affixos remouendo æquè, ac ſi ab ipſo Ordinario, aut à perſona Eccleſiaſtica ab ipſo ſpecialitèr deputata fuiſſet publicè abſolutus.

e Abſolutio danda à Confeſſario ſubdelegato, danda eſt in Sacramentali Confeſſione

f Fides facienda ab ipſo Confeſſario de abſolutione data.

For-

Digitized by Google

Fabritius miſeratione Diuina Tituli SS. Ioannis, & Pauli S.R.E. Cardinalis Paulutius ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.

*PRo parte Antonij de Amatis Diœceſis Sutrinæ Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs in publica platea præfatæ Ciuitatis manus violentas in Clericum Franciſcum de Curtijs, illum præſertim lethalitèr in Capite vulnerando, iniecit. Proptèr quod Lator excommunicationem incurrit, & incurriſſe à vobis forſan per publicos Cedulones declaratus fuit. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, dictus Lator de præmiſſis plurimum doleat; ad Vrbem verò pro abſolutione deſuper obtinenda perſonalitèr accedere nequeat ob timorem Curiæ; Ideò pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui. Quarè ſupplicauit humilitèr, vt ſibi ſuper his de opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur, qui Pœnitentiariæ Domini Papæ curam gerimus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati authoritate Apoſtolica ſpecialitèr Nobis conceſſa circumſpectioni veſtræ committimus, quatenùs * ſi eſt ita, dictum Latorem, poſtquam præfato Clerico, ſi nondum ſatisfecit, * ſatisfecerit, vel per eum non ſteterit, quominus arbitrio veſtro ſatisfaciat competentèr, ab excommunicationis ſententia, quam proptèr præmiſſa quomodolibèt incurrit, ſiuè per Vos, ſiuè per Confeſſorem à Vobis ad id ſpecialitèr deputandum, abſoluatis hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei pro modo culpæ + pœnitentia ſalutari, quodque ad Vrbem ✠ quamprimùm poterit perſonalitèr accedat, & alijs, quæ de iure + fuerint iniungenda. Ita tamen, vt ſi Lator ſententiæ, ſiuè Ordinationi ✠ veſtræ ſuper præmiſſis forsàn latæ ſeù ferendæ, parere, & ad Vrbem, vt ✠ præfertur, venire contempſerit, in dictam excommunicationem relabatur eo ipſo: Datum &c.*

Generales Clauſulæ obſeruandæ ab Ordinario in literis datis ad eum pro non valente accedere ad Vrbem.

IN executione gratiæ huiuſmodi literarum erunt ab Ordinario locorum obſeruandæ ſequentes Clauſulæ.

(a) Veritàs impedimenti non accedendi.

Primò (a) debet aduertere, & examinare veritatem, ac ſufficientiam impedimenti, quod Pœnitens habet non accedendi ad Vrbem.

Se-

Secundò debet aduertere (*a*) hanc clauſulam, quę eſt in his verbis -- *Poſtquam præfato Clerico * ſi nondum ſatisfecit, ſatisfecerit, vel per eum non ſteterit, quo minùs arbitrio veſtro ſatisfaciat competentèr* -- iſtam enim clauſulam debet equidem Ordinarius, quantum poterit adimplere. At ſi impoſſibilis ſit Pœnitenti eius executio, vel in totum, vel in partem, non debet propterea ipſi abſolutionem, aut omninò negare, aut diutiùs, quam par eſt, differre iuxtà dicta in Introductione ante primam Partem *cap. 3. in fine liter. HH.*

a Quibus ſatisfactio.

Quare debet ad ſubiunctam clauſulam attendere, vbi dicitur (*b*) *vel per eum non ſteterit quominus arbitrio veſtro ſatisfaciat competentèr* -- vbi notandum, quod arbitrium Epiſcopi in aſſignanda ſatisfactione facienda à Reo, debet eſſe prudens, diſcretum, & eius poſſibilitati accomodatum, & ſi ſatisfacere non poterit, debet eſſe (*c*) contentus præſtito iuramento ſatiſfaciendi, cum poterit, declarando ipſi, quod ſi poſtea per ipſum ſtet, nè parti lęſæ ſatisfaciat, & Ordinarij ſententiæ non pareat, declarabit ipſum iterùm incidiſſe in eandem excommunicationem ob non impletum præſtitum iuramentum, & promiſſum. Interim etiam (*d*) poteſt Ordinarius, ſi velit, non permittere ipſum haberi pro abſoluto in ipſo loco delicti propter ſcandalum, quod indè oriri poſſet, nondùm ſatisfacta parte. Itaque vtatur miſericordia Ordinarius in Reum non contumacem, ſed cum tali moderatione, vt eius Animam à vinculo excommunicationis ſoluens, non det occaſionem ſcandali, & relaxatæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſuſpicionem. Et ſic poteſt, ſi expedire iudicet monere Pœnitentem, quod datur ei abſolutio pro foro conſcientiæ tantùm, itaùt in loco, vbi habetur pro publicè excommunicato, non habeat ſe pro abſoluto, at ſe gerat, ac ſi eſſet excommunicatus.

b Si non potuit, aut non poteſt ſatisfacere, quid agendum.

c Debet exigere per iuramentum, quod ſatisfaciet ſub pęna reincidentiæ

d Quid poteſt facere Ordinarius donec pœnitens ſatisfaciat.

At verò (*e*) ſi huiuſmodi abſolutio detur per ſubdelegatam facultatem à Confeſſario in Sacramentali Confeſſione, tunc (*f*) Confeſſarius poterit fidem facere de data abſolutione, & illam mittere ad ipſum Ordinarium, qui poterit eam reponere in actis publicis Cancellariæ Epiſcopalis, & illius vigore per decretum affixum in locis publicis Pœnitentem declarare abſolutum in foro fori, etiam cedulones affixos remouendo æquè, ac ſi ab ipſo Ordinario, aut à perſona Eccleſiaſtica ab ipſo ſpecialitèr deputata fuiſſet publicè abſolutus.

e Abſolutio danda à Confeſſario ſubdelegato, danda eſt in Sacramentali Confeſſione

f Fides facienda ab ipſo Confeſſario de abſolutione data.

For-

Digitized by Google

a Forma, ſeù exemplum fidei dandæ.

Forma (*a*) autem fidei in dictis caſibus ab huiuſmodi Confeſſarijs facienda poſſet eſſe ſequens: *Ego NN. Confeſſarius deputatus ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo N. vigore literarum Sacrę Pænitentiarię fidem facio, qualitèr audiui Confeſſionem Sacramentalem NN. illique abſolutionem Sacramentalem impertitus ſum in forma Eccleſię conſueta non ſolùm à peccatis, verùm etiam ab excommunicatione, quam ipſe N. incurrit ob talem cauſam. In quorum fidem hoc ſcriptum dedi, in loco N. die -- menſis -- anni &c. Ego NN. Confeſſarius Deputatus.*

b Poteſt Confeſſarius alienæ Diœceſis delegari.

Et (*b*) notandum, vt dictum eſt ſupra, quod huiuſmodi delegatio poteſt dari Confeſſario alienæ Diœceſis, qui debet eſſe de approbatis ab Ordinario illius loci, in quo exiſtit.

c Pœnitentia iniungenda.

Tertiò (*c*) debet aduertere hanc clauſulam: *Iniuncta ei* ✠ *pro modo culpæ pęnitentia ſalutari*, vt ſcilicet eum ad nullam particularem pœnitentiam iniungendam aſtringatur, talem iniungat, quæ magis eidem Ordinario conueniens videbitur, vt ieiunia, preces, eleemoſynas ſecundùm qualitatem perſonæ, & grauitatem delicti.

d Reus inobediens mandatis, ſeù ſententiæ Ordinarij in eandem excommunicationem relabitur.

e Qualia debēt eſſe mandata Ordinarij, & qualis pœnitentis obedientia.

Quartò (*d*) debet aduertere ſequentem clauſulam, quæ eſt in his verbis -- *Ita tamen, vt ſi Lator ſententiæ, ſiuè ordinationi veſtrę ſuper pręmiſſis forſan latę, ſeù ferendæ parere* ✠ *contempſerit in dictam excommunicationem relabatur eo ipſo* -- (*e*) Circa cuius clauſulæ executionem notandum eſt non intelligi, quod proptereà Sacra Pœnitentiaria velit obligare Pœnitentes ad parendum Ordinario in ipſis, quæ vel impoſſibile vel valdè difficile eſt præſtare; nam v. g. ſi Ordinarius Reum in contumacia exiſtentem damnaſſet ad Tryremes, vel eundem, etſi valdè pauperem condemnaſſet ad ſolutionem grauiſſimæ ſummæ, in his caſibus non intelligitur habere locum prędicta clauſula; ita quod, ſi prędictis ſententijs non pareret in eamdem excommunicationem ſtatim relaberetur. Quia cum prima ſententia ad Tryremes ſit de pœna valdè graui; altera verò de re impoſſibili reſpectu ad ſtatum pauperem Pœnitentis, eſſet obligare Pęnitentes vltra vires naturę. Vndè dicendum eſt ſenſum prędictæ clauſulæ eſſe, quod Pœnitens teneatur ſub pœna relabendi in eandem excommunicationem parere ſententiæ, & ordinationi Ordinarij in ijs, quæ rationabilitèr pręſtare poteſt, (*f*) proùt reuerà fuit deciſum à Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium in quadam Maceratenſi contra Epiſcopum Maceratenſem, qui prætendebat,

f Quid ſuper id fuit deciſum.

quod

quod ſi Pœnitens, qui in contumacia fuit ab ipſo damnatus ad Tryremes, infra certum tempus ſe non prçſentaſſet; in eandem excommunicationem relaberetur. Quod, vt indiſcretum fuit à Sacra Congregatione reprobatum, & declaratus eſt Pœnitens non relapſus. Ex quibus patet, quod ſi tam irrationabilia exigunt à Pœnitentibus, hi tamen in foro conſcientiæ non reincidunt in excommunicationem, quandoquidem nemo dicitur contemnere parere, quando prçſtare rationabilitèr non poteſt, quod irrationabilitèr prçcipitur.

Et hæ quidem ſunt clauſulæ communes omnibus literis, quæ expediuntur pro violenta mânuum in Clericum, Sacerdotem, aut Religioſum iniectione, iam ſequuntur aliæ particulares.

Quintò debet (*a*) aduertere circa Clericidam, quod vltra iam notata in prçcedentibus clauſulis, iniungenda eſt pœnitentia recitandi Officium Mortuorum per quinquennium in tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ, qui, ſi neſciat legere, poteſt hæc obligatio in alias preces commutari.

a Clauſulæ particulares pro Clericida.

Sextò debet (*b*) aduertere circa Presbytericidam; quod iſti, prçter ſatisfactionem præſtandam hçredibus occiſi, imponenda eſt alia ſatisfactio prçſtanda Eccleſiæ, in qua Sacerdos occiſus intitulatus erat, vel pro ea Ordinario loci, quæ ſatisfactio, quando Pœnitens eſt diues debet eſſe pecuniaria, eroganda in vtilitatem ipſius Eccleſiæ, quando verò eſt pauper erit aliquando ſeruitium præſtandum ab ipſo Pœnitente ipſi Eccleſiæ arbitrio ipſius Ordinarij, ſeruiendo quando tutè poterit, dictæ Eccleſiæ in aliquo officio ſeruili, & humili, vt v. g. pulſando Campanas, verrendo Eccleſiam. Idem dic, ſi occiderit Prçlatum, vel etiam Clericum beneficiatum alicuius Eccleſiæ.

b Pro Presbytericida.

Septimò debet (*c*) aduertere, quod Presbytericidis, & eis, qui mutilant Presbyteros imponitur priuatio Feudorum, & Iuriſpatronatuum, ſi quæ obtineat ab Eccleſia, ſeù in Eccleſia, in qua dictus Sacerdos intitulatus erat. Quæ pœna deducitur ex *cap. ad aures, & cap. In quibuſdam de pœnis*. Idem dic, ſi occiderint, ſeù mutilauerint Prælatum, vel etiam Clericum Beneficiatum alicuius Eccleſiæ.

c Pœnæ à iure contra Presbytericidas, aut &c.

Octauò debet (*d*) aduertere, quando Presbytericidis, & eorum liberis datur inhabilitas ad Beneficia Eccleſiaſtica in futurum obtinenda, niſi cum illis fuerit ſuper hoc miſericorditèr diſpenſatum, & quidem quoad homicidas, ergò multò ma-

d Liberi non verò nepotes Presbytericidæ ſunt inhabiles ad Beneficia in futurum obtinenda.

magis quoad Clericidas, & Presbytericidas non eſt difficultas, quod, cum remaneant Irregulares, non ſint etiam conſequentèr inhabiles, tam ad Ordines, quàm ad Beneficia. Quo verò ad liberos dictorum Presbytericidarum, iſti propter delictum Patris remanent inhabiles ad Beneficia in futurum obtinenda ex *cap. in quibuſdam de pœnis*. Vbi nota, quod non priuantur Beneficijs iàm obtentis, ſed Beneficijs in futurum obtinendis, & inſuper, cum ſimus in pœnalibus, ſi attendantur verba, quibus vtitur Sacra Pœnitentiaria nomine liberorum non veniunt Nepotes (etſi Marcus Paulus attendens ad verba dicti *cap. in quibuſdam* putet eos vſque ad quartam generationem comprehendi) *ex l. liberorum ff. de verbor. ſignific.*

a Pœnitentia publica Presbytericidis, & quæ.

Nonò debet (*a*) aduertere, quod Presbytericidis publicis imponitur quædam pœnitentia publica, quæ temporibus noſtris, quibus refriguit feruor charitatis eſt ſatis difficilis in praxi; Nàm iniungitur eis, quod per quinque Eccleſias illius loci, vbi tantum facinus perpetrarunt, nudi, diſcalceati, femoralibus, dumtaxàt retentis, virgam in manibus, & corrigiam, ſeù funem circa collum deferendo incedant, & ante fores, ſeù ianuas Eccleſiarum prędictarum à Presbyteris earundem Pſalmum Miſerere canentibus ſe verberari faciant, dùm eo conuenit ad diuina maior Populi frequentia. Quapropter cum Ordinarij prudentèr (*b*) videbunt non poſſe, & aliquando etiam ex rationabili canſa non debere Pœnitentes huic pœnitentiæ, quæ perpetuam infamiæ notam ipſis, & eorum familijs infert, ſe ſubmittere, poterunt eis ſuadere, vt commutationem dictę Pœnitentiæ à Sacra Pœnitentiaria obtineant, vel etiam ipſimet Ordinarij poterunt eas eis charitatiuè procurare. Sciendum autem, quod hæc pœnitentia non imponitur, ſi dicti Presbytericidæ ſint Clerici in Sacris conſtituti.

b Illius pœnitentiæ commutatio peti poteſt in Sacra Pœnitentiaria.

c Presbytericidæ tenentur quamprimum poſſunt ad Vrbem accedere, & quid agitur à Sac. Pœnitentiaria quandò accedunt.

Decimò debet (*c*) aduertere, quod iſtis Presbytericidis, quando non habent impedimentum proprium accedendi ad Vrbem imponitur eis inter alia, quod, quamprimùm poterint ad Vrbem perſonalitèr accedere teneantur, cui obligationi, ſi ſatisfacere contempſerint, in dictam excommunicationem relabantur. Itaque cum ad Vrbem accedunt à Regente Sacrę Pœnitentiariæ benignè recipiuntur, & mittuntur ad aliquem Pœnitentiarium trium Baſilicarum, cui confitentur, & abſoluuntur, & fit eis in ſcriptis atteſtatio, quod paruerint mandatis Sacrę Pœnitentiariæ, vt de hoc Ordina-

rijs

rijs conſtet, ex quo ✠ patet, quod Pœnitentes non debent terreri exiſtimando, quod in Vrbe ſit eis imponenda aliqua publica pœna.

Notandum autem (*a*) hic obiter, quod ſi huiuſmodi Presbytericidæ petant ob aliquam rationabilem cauſam ſibi commutari hanc obligationem accedendi ad Vrbem, ſic & pariter pœnitentiam illam publicam, de qua iàm ſuprà num. 9. & obtineant ſuper hoc gratiam, ſeù litteras Sacræ Pœnitentiariæ, poterit Ordinarius, cui facultas committitur, commutare obligationem acceſſus ad Vrbem, ſi Pœnitens ſit diues, in eleemoſynas pro rata expenſarum, quas feciſſet, ſi ad Vrbem acceſſiſſet. Si verò ſit pauper in aliam faciliorem peregrinationem, aliqua ieiunia, & preces. Item pariter pœnitentiam illam publicam, de qua ſupra dicto num. 9. commutare poſſet in ieiunia, preces, eleemoſynas, & peregrinationes, habita ratione conditionis, ætatis, & facultatis Pœnitentis.

a Quomodò ſit commutatio pœnitentiæ publicæ ab Ordinatio quando Presbytericida non poteſt accedere ad Vrbem.

C A P. III.

De Formula litterarum Sacræ Pœnitentiariæ pro eo, qui ad Vrbem prò abſolutione ab excommunicatione incurſa ob manus violentas iniectas in Clericum acceſſit, & abſolutus ad Ordinarium mittitur.

CVm aliquis Clericum, vel Sacerdotem, vel Religioſum publicè percuſſit, ſeù mutilauit, ſeù occidit, & proptereà excommunicationem incurrit, & forsàn adhuc ab Ordinario loci per publicos Cedulones declaratus fuit incurriſſe, ſi talis ad Vrbem pro abſolutione obtinenda perſonaliter acceſſit, eamque ab vno ex Pœnitentiarijs minoribus trium Baſilicarum in vigorem commiſſionis Maioris Pœnitentiarij obtinuit, prædictus Pœnitens ſic abſolutus ſolet mitti, ſeù remitti cum litteris Sac. Pœnitentiariæ ad ſuum Ordinarium, quarum litterarum formula ſequens erit.

Formula ſuper huiuſmodi caſu:

Venerabili in Chriſto Patri Epiſcopo Tyburtino &c.

Fabritius &c.

S*Alutem, & ſinceram in Domino charitatem. Prò parte Franciſci de Turcis Tyburtinæ Diœceſis Latoris præſentium, No-*

 bis

bis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs grauitèr vulnerauit Sacerdotem Antonium Maladinum, propter quod Lator à Vobis excommunicatus declaratus fuit per publicos Cedulones. Cum autèm dictus Lator de præmiſſis plurium doleat, & ad Vrbem prò abſolutione deſupèr obtinenda perſonalitèr acceſſerit; Ideò prò ſuæ conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam ad Vos abſolutus mitti. Quarè ſupplicauit &c. Nos &c. authoritate Apoſtolica ſpecialitèr Nobis conceſſa dictum Latorem ab excommunicationis ſententia, quam propter præmiſſa quomodolibet incurrit abſolutum hac vice in forma Eccleſiæ conſueta mittimus. Ità tamen, vt ſententiæ, ſiuè ordinationi veſtræ ſuper præmiſſis latę, ſeù ferendæ in ijs, in quibus adhuc parendum ſupereſt parere, ac prædicto Sacerdoti, ſi nondum ſatisfecerit, & ſatisfacere, quantum per ſe ſteterit, omninò debeat. Quod ſi ſatisfacere, ac reſpectiuè parere contempſerit in dictam excommunicationem relabatur eo ipſo. Datum &c.

Clauſulæ huius formulæ ſpeciales.

In executione gratiæ huiuſmodi litterarum plura ſunt notanda, & aduertenda ab Ordinarijs.

a Pœnitens abſolutus miſſus iterum ab Ordinario non debet abſolui.

Primò aduertere (*a*) debet Ordinarius hanc Clauſulam — *Præfatum Latorem ad Vos in forma Eccleſiæ conſueta ab excommunicationis ſententia, quam propter præmiſſa incurrit abſolutum mittimus* — Per quæ verba innuitur ſatis, Ordinarium non debere iterum abſoluere Pœnitentem, cum fuerit verè abſolutus ab ipſo Maiori Pęnitentiario, Vicegerente ipſius Papæ, nàm abſolutus ſemel à Maiori non debet abſolui à minori, & ſic malè faciunt Ordinarij non recipiendo illum abſolutum.

Secundò aduertere debet hanc Clauſulam, quæ eſt in his verbis — *Ità tamen, vt ſententiæ, & ſiuè ordinationi veſtræ ſuper præmiſſis forſan latę, ſeù ferendæ, & in ijs, in quibus adhuc parendum ſupereſt, parere, ac præfato Clerico, ſeù Sacerdoti, ſi nondùm ſatisfecit, quantum per ſe * ſteterit, ſatisfacere omninò debeat* — ſupra quam clauſulam aduertenda ſunt ea omnia, quæ capite præcedenti in ſecundo, & ſexto notandum ſuper eam diximus, & ea cum diſcretione, ibi requiſita obſeruanda. Hìc tamen vlteriùs (*b*) aduertendum eſt, quod cum Pœnitens publicè peccauerit, ità publicè aliquam pœnitentiam peragere tenetur. Vndè habito reſpectu qualitatis perſonæ poſſet Ordinarius imponere ei aliquam publicam pœnitentiam faciendam, vel in Eccleſia, vel in ipſa Cancellaria Epiſcopali, ſiuè publicè veniam petendo ab ipſo Ordinario, ſeù à Clerico percuſſo, prout ſecundùm Deum ipſe Ordinarius expedire

b Pœnitens miſſus cum publicè peccauerit ab Ordinario poterit pœnitentia publica puniri, & qualis.

iudi-

iudicauerit; Quod exprimitur his verbis -- *Demùm Latoris culpa diligentèr conſiderata, ininngatis ei pœnitentiam ſalutarem,* (*a*) quamuis poſſet Ordinarius remittere hanc publicam pœnitentiam, cum ſatis Pœnitentem publicè pęnituerit per publicum acceſſum ad Vrbem.

a Poteſt tamen ei remitti hæc pœnitentia publica ab Ordinario,

Notandum in ſupradicto, quod, ſi talis Pœnitens ſit Clericida pro illis verbis -- *ac præfato Clerico ſi nondùm ſatisfecit* -- dicitur -- *Hęredibus præfati Clerici,* & quando eſt Presbytericida pariter dicitur -- *Hęredibus præfati Sacerdotis*, & additur-- *ac Eccleſiæ, in qua dictus* Sacerdos *forſan intitulatus erat, vel pro illa Ordinario loci, ſi nondùm ſatisfecit, quantùm per ſe ſteterit ſatisfaciat competenter* -- Quæ verba ſatis patent ex dictis in Capite præcedenti num. quinto, & ſexto.

Tertiò aduertere debet adiuncta verba ſupradictę Clauſulæ -- *Quod ſi Lator ſatisfacere, aut reſpectiuè parere contempſerit,in dictam excommunicationem eo ipſo relabatur* -- Quæ verba ſunt intelligenda iuxtà dicta in Capite præcedenti num. quarto, vbi fusè explicata ſunt, & ita debent pariter obſeruari.

APPENDIX.

ORdinarij ſcire debent poſſe, & teneri remouere Cedulones affixos poſtquàm abſolutionem vigore litterarum Breuis Pœnitentibus impertiti fuerint, vel à Sacra Pœnitentiaria ipſi Pœnitentes fuerint abſoluti per eorum acceſſum ad Vrbem, & ad ipſos Ordinarios, ſiuè miſſi, ſiuè remiſſi fuerint, nec ipſi Ordinarij aliter facere poſſunt, niſi contra iuſtitiam, quod ſi Pœnitentes aliquid præſtare teneantur iuribus Cancellariæ, tunc poterunt cogi ad præſtandum etiam per carcerationem, abſque eo quod cogant illos, ſiuè per nouam declarationem in excommunicationem, quæ non eſt impoſita à iure pro iuribus Cancellariæ, ſeù per non remotionem Cedulonum.

CAP. IV.

De litteris Sac. Pœnitentiariæ directis Confeſſarijs ad abſoluendum à violenta manuum iniectione in Clericum, & in caſibus occultis.

QVando Sacra Pœnitentiaria in caſibus occultis, ſeù non deductis ad forum Ordinarij, nec de facili deducendis, committit Confeſſarijs, vt prædictos Clericorum, Sacerdotum, aut Religioſorum percuſſores, mutilatores, aut

occiſores abſoluant; formula litterarum, quæ pro eiſdem caſibus expediuntur ſequens erit.

Formula ſuper huiuſcemodi caſu.

Fabritius &c.

Diſcreto Viro Confeſſori &c.

*PRo parte Viri Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs manus violentas in quendam Clericum iniecit, propter quod Lator excommunicationem incurrit. Cum autèm, ſicut eadem petitio ſubiungebat dictus Lator de præmiſſis, quæ occulta ſunt, ſeù ad forum Ordinarij minimè deducta fuerunt plurimum doleat; Ideò prò ſuę conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui. Quarè &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs * ſi eſt ità, dictum Latorem, audita priùs eius * Sacramentali Confeſſione, * poſtquàm prædicto Clerico, ſi nondùm ſatisfecit, ſatisfecerit, vel per eum non ſteterit, quominùs arbitrio tuo ſatisfaciat competentèr, cautè tamen, ne ſe prodat, ab excommunicationis ſententia, quam propter præmiſſa quomodolibet incurrit, abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta † ei prò modo culpæ pœnitentia ſalutari, & alijs, quæ de iure fuerint † iniungenda, in foro conſcientiæ, & in * ipſo actu Confeſſionis Sacramentalis tantùm, & non alitèr, neque vllo alio modo. Ità quod ſi præmiſſa ad forum Ordinarij deuenire contigerit; & Lator ſententiæ, ſeù ordinationi ** præfati Ordinarij parere * contempſerit, in dictam excommunicationem relabatur eo ipſo. Datum &c.*

Clauſulæ ſpeciales huius formulæ.

In executione huiuſmodi litterarum plura ſunt à Confeſſario notanda, & aduertenda.

Primò obſeruanda, & aduertenda ſunt eadem in foro ſecreto, ſcilicèt in Sacramentali Confeſſione, quæ ſupra in huius partis Capite 2. notata ſunt ſeruanda ab ipſis Ordinarijs in foro fori habita ſolùm differentia publici, & occulti.

a Confeſſor debet examinare an delictum ſit occultum, ſeù non deductum ad forum contentioſum.

Secundò (*a*) aduertenda eſt hæc Clauſula -- *Cum autèm Lator de præmiſſis, quæ occulta ſunt, ſeù quæ ad forum Ordinarij minimè deuenerunt, plurimum doleat* -- Quæ quidem Clauſula verificanda eſt, alitèr commiſſio, & gratia eſſet nulla; quia non intendit Sacra Pœnitentiaria præiudicare Ordinarijs locorum in caſibus publicis, ſeù ad forum ipſorum deductis; quia, vt dictum eſt ipſis Ordinarijs committuntur caſus publici.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò notandum eſt hæc Clauſula -- *Poſtquàm* præfatò Clerico, ſeù Sacerdoti, ſeù illorum hæredibus, ſi nondùm ſatisfecit, ſatisfecerit, vel per Latorem non ſteterit, quominùs arbitrio Confeſſarij ſatisfaciat competentèr, cautè tamen ne ſe prodat* -- (*a*) Circa quam Clauſulam debent Confeſſarij magna cum cauthela, prudentia, & diſcretione procedere, ne Pœnitentis delictum detegatur. Vndè debent conſiderare damnum illatum parti læſæ, & procurare, vt Pœnitens illud ſecretè reſarciat.

a Diſcretus debet eſſe Confeſſarius, nè delictum pœnitentis manifeſtet.

Quod, ſi (*b*) tunc Pœnitens ob cauſas rationabiles non poſſit ſatisfacere, debet Confeſſarius tunc ſaltèm ab ipſo Pœnitente exigere iuramentum de ſatisfaciendo, cum primum potuerit, & eum mox abſoluere, proteſtando ipſi, quod in dictam excommunicationem reincidet, ſi ſatisfacere contemnat.

b Si Pœnitens non poteſt tàm citò ſatisfacere ab eo eſt exigendum iuramentum.

Quartò notanda eſt hæc Clauſula -- *Ità quod, ſi præmiſſa ad forum* ꝧ *Ordinarij deuenire contigerit, & lator ſententiæ, ſeù ordinationi* ꝧ *Ordinarij parere contempſerit in dictam excommunicationem eo ipſo relabatur* -- Quæ Clauſula (*c*) eſt intelligenda ſecundùm dicta in Capite ſecundo, notab. quarto. Et propterea debebit Confeſſarius eam explicare Pœnitenti, & monere de eius obligatione. Inſuper (*d*) poterit Confeſſarius atteſtari ſe authoritate Apoſtolica Sacræ Pœnitentiariæ abſoluiſſe in forma Eccleſiæ conſueta Pœnitentem cum obligatione tamen parendi ſententiæ, ſeù ordinationi ipſius Ordinarij, ſub pœna, quod ſi parere contempſerit, eo ipſo in eandem excommunicationem intelligatur relapſus pro euentu, quod aliquando delictum fiat publicum, vel factum fuerit deindè poſt abſolutiones publicum.

c Abſoluetur Pœnitens ad reincidentiam, & quomodò.

d Confeſſarius atteſtabitur in ſcriptis ſe eum hoc modo abſoluiſſe.

Quintò (*e*) notandum eſt, quod ſi Pœnitens eſt Presbytericida, debet Confeſſarius ab eo exigere iuramentum, quod ſi delictum ſit publicum, vel detegatur, faciet illam publicam pœnitentiam per quinque loci Eccleſias, de qua dictum eſt ſupra Capite ſecundo notab. nono.

e Pœnitens Presbytericida abſoluetur cum onere faciendi publicam pœnitentiam ſi delictum detegatur.

Sextò notandum eſt, quod ſi Pœnitens Presbyterum mutilauit, aut occidit, vel Clericum Beneficiatum in aliqua Eccleſia, Confeſſarius (*f*) monebit ipſum, quod huiuſmodi abſolutio nullo modo ei prodeſt, quin ſit ſubiectus pœnis illis Canonicis, de quibus dictum eſt Cap. ſecundo, notab. octauo, & nono.

f De quibus monebit pœnitentem Confeſſarius.

Cæterum conſulat Confeſſarius omnia, quæ dicta ſunt in tribus iſtis Capitibus, diligenterque lectis Sac. Pœnitentiariæ litteris, quæ ipſi tranſmittentur, procuret fideliter, & diſcretè eas executioni demandare.

CAP.

Digitized by Google

CAP. V.

De litteris Sac. Pœnitentiariæ directis Confeſſario ad abſoluendum Clerici Percuſſorem, qui neque ad Ordinarium ſuum, neque ad Vrbem perſonalitèr accedere poteſt.

SI quis Clericum, aut Sacerdotem, aut Religioſum percuſſit, mutilauit, aut occidit, ac propterea ab Ordinario loci declaratus fuit publicè excommunicatus; is, ſi neque ad Vrbem accedere, neque ſuum Epiſcopum tuto adire poteſt, & petat à Sacra Pęnitentiaria facultatem committi ad ipſum abſoluendum alicui Confeſſario per eum eligendo, & Sacra Pęnitentiaria eius poſtulationi annuat, formula litterarum erit ſequens.

Formulo ſuper huiuſmodi caſu.

Fabritius &c.

Diſcreto Viro Confeſſario &c.

Formula ſuper huiuſmodi caſu.

*PRo parte Viri Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs Clericum grauitèr vulnerauit, propter quod excommunicationem incurrit. Cum autèm, ſicut eadem petitio ſubiungebat, dictus Lator de premiſſis plurimum doleat, & tutum acceſſum prò abſolutione deſupèr obtinenda, nec ad Vrbem, nec ad Ordinarium habeat; Ideò ne in huiuſmodi excommunicatione ſordeſcere cogatur, cupit prò ſuę conſcientiæ quiete per Sedem Apoſtolicam abſolui. Quarè &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenas, ſi eſt * ità, dictum Latorem, audita priùs eius * Sacramentali Confeſſione, * poſtquàm prędicto Clerico, ſi nondùm ſatisfecerit, vel per eum non ſteterit, quominùs arbitrio tuo ſatisfaciat, ab excommunicationis ſententia, quam propter pręmiſſa quomodolibet incurrit, & exceſſibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei prò modo culpæ † pœnitentia ſolutari, & alijs, quæ de iure ✠ fuerint iniungenda, in foro conſcientiæ, & in ipſo actu * Sacramentalis Confeſſionis tantùm, & non alitèr, ità quod Lator in loco, vbi habetur prò publicè excommunicato, non habeat ☙ ſe prò abſoluto, nullis ſuper his Teſtibus adhibitis, aut ✠ litteris datis, aut proceſſibus*

con-

confectis, ſed præſentibus laceratis, ✠ *quas ſub pœna excommunicationis latę ſententia lacerare tenearis. Datum &c.*

In executione gratiæ huiuſmodi litterarum plura notanda, obſeruanda, & aduertenda erunt à Confeſſario.

Clauſulæ ſpeciales huius formulæ notandæ.

Primò (*a*) debet aduertere veritatem cauſæ non accedendi.

a Veritas cauſæ non accedendi eſt examinanda.

Secundò debet aduertere, & diſcretè obſeruare (*b*) ea, quæ Capite ſecundo, & quarto huius partis notata ſunt, reſpiciendo ad grauitatem, & diuerſitatem delicti, & ad illa omnia, quæ circa ſatisfactionem, pęnitentiam, & obedientiam Ordinarij ſententiæ præſtandam notata ſunt.

b Satisfactio, pœnitentia, & obedientia ſententiæ Ordinarij iniungenda.

Tertiò debet ei (*c*) iniungere, vt quamprimùm † poterit ad Vrbem accedat ſub pęna relabendi in dictam excommunicationem eo ipſo.

c Iniungendus acceſſus ad Vrbem quamprimum ſub pœna reincidentiæ.

Quartò (*d*) debet eum monere, vt ſi delictum in loco, in quo Pęnitens commoratur, ſit notum, non habeat ſe publicè pro abſoluto, ſed ſe in publico gerat, vt antea pro excommunicato.

d De quo debet moneri pœnitens ſi in loco, vbi moratur delictum eſt notũ.

Quintò denique (*e*) ipſum monere debet hanc abſolutionem ei tantùm in foro conſcientiæ ſuffragari, nullis ſuper his adhibitis Teſtibus, (*f*) & litteris Sacræ Pęnitentiariæ laniatis ✠ ſub pęna excommunicationis ipſi Confeſſario incurrendæ, ſi eas non laniet, ſeù diſcerpat, & frangat.

e Aliud monitum.

f Confeſſor tenetur ſub excommunicatione laniare litteras quamprimũ.

Mox ei impertiri abſolutionem in Sacramentali Confeſſione, primum à cenſuris in communi, & ſpecialitèr ab excommunicatione incurſa ob huiuſmodi delictum, & poſtea à peccatis, vt dictum eſt alibi, & forma huiuſmodi abſolutionis erit ſequens.

Dominus noſter (g) Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego authoritate ipſius, & authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata abſoluo te in primis ab excommunicationis ſententia, quam incurriſti ob manus violentas iniectas in Clericum, & ab omni alio vinculo excommunicationis, & interdicti in quantum poſſum, & tu indiges, quæ forma abſolutionis poterit impendi in omnibus alijs caſibus ſimilibus.

g Forma abſolutionis ab excommunicatione ob occultam iniectionem manuum in Clericum incurſa,

Notandum quod licèt in literis abſolutionis à percuſſione Clerici, ponatur, *mittimus, vel remittimus abſolutum,* per hoc non intendit Sacra Pęnitentiaria pręiudicare authoritati Epiſcopi, procedendi in foro externo, prout de iure, ſed abſolutum tantùm in foro conſcientiæ: quod per illam clauſulam

ita

Digitized by Google

ita tamen &c., vt ſententiæ ſiuè latæ, ſiuè ferendæ parere omninò debeat; imò aliquam pœnitentiam iudicio ipſius Ordinarij determinandam facere debeat, vt Fideles ſciant Oratorem fuiſſe abſolutum, & communioni Fidelium, & Sacramentorum participationi fuiſſe reſtitutum.

CAP. VI.

De Formulis abſolutionum à cenſuris, & ſimul diſpenſationum ſuper irregularitate.

a Sac. Pœnitentiaria abſoluit in caſibus publicis, ſed non diſpenſat, niſi in occultis.

PRimò notandum, (*a*) quod quamuis, vt dictum eſt alibi Sacra Pœnitentiaria abſoluat à cenſuris in caſibus publicis, non diſpenſat tamen ſuper irregularitate cum ſęcularibus, niſi in caſibus occultis. Quapropterè, dum agitur de abſolutione, & de diſpenſatione ſimul ſemper abſoluit, & diſpenſat cum clauſula — *dummodò præmiſſa ſint occulta*.

Secundò notandum, quod cum ipſis Epiſcopis ex *Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6.* Liceat abſoluere ſuos ſubditos in omnibus caſibus occultis, & diſpenſare in omnibus ſuſpenſionibus, & irregulatitatibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario ex delicto occulto prouenientibus; Ideò, quamuis extendi deberent plures formulæ abſolutionum ſimul, & diſpenſationum, à quibus ipſi Ordinarij poſſunt abſoluere, & diſpenſare, ſatius videtur hìc agere tantùm de formula abſolutionis, & diſpenſationis ſuper (*b*) irregularitate ex homicidio voluntario occulto proueniente; Cum hæc ſit ſola, quæ propriè ex omnibus ex delicto prouenientibus ad Sac. Pœnitentiariæ Tribunal ſpectant, infra verò inter alias, quæ ex defectu oriuntur, de diſpenſatione illius, quæ oritur ex defectu occulto natalium tractabitur.

b Irregularitas ex homicidio voluntario eſt reſeruata Sac. Pœnitentiariæ.

Tertiò (*c*) notandum, quod pro triplici effectu à tribus perſonarum generibus hæc diſpenſatio peti poteſt, nempè vel ab eo, qui adhuc nullo ordine eſt inſignitus ad effectum, vt promoueatur ad ipſos, vel à Clerico, qui iàm eſt aliquo Ordine initiatus ad effectum, vt ad vlteriores promoueatur, vel vt eos, quos iam habet exercere poſſit, vel denique à Sacerdote, vt in ſuis ordinibus miniſtrare poſſit.

c Pro triplici effectu petitur diſpenſatio ab irregularitate.

Quartò (*d*) notandum, quod ad quemcumque horum effectuum petatur diſpenſatio, magna, & valdè grauis cauſa requiritur, vt concedatur, & præſertim ad primum, & ſecundum dictorum effectuum. Quapropterè aduertant Confeſſarij, vt ſi quando contingat ad eos accedere aliquem homicidij

d Grauis cauſa requiritur ad huiuſmodi diſpenſationem obtinendam.

Digitized by Google

cidij reum laicum, aut Clericum, moneant illos, nè ſub ſpe obtinendæ huiuſmodi diſpenſationis propalent animum, quem habent ſe faciendi promoueri ad Ordines, nè poſtquam ſic ſe iactauerint, cogantur cum ſua magna confuſione à ſuo deſiderio fraudati remanere, cùm valdè difficultèr, vt dictum eſt, & nonniſi ex cauſa vrgentiſſima huiuſmodi diſpenſatio concedatur.

Quintò notandum, quod cùm quis ab irregularitate ad quemcumque dictorum effectuum diſpenſatur, non ideò cenſetur (a) diſpenſatus ad Beneficia obtinenda; ſed aget noua, & vlteriori rehabilitatione, ac diſpenſatione, quę adhuc valdè difficultèr conceditur. Hoc igitur aduertant Confeſſarij, vt videbitur infra in vna ex clauſulis apponendis, & ſuos Pœnitentes de hoc moneant.

a Diſpenſatus ad Ordines non cenſetur diſpenſatus ad Beneficia, ſed eget noua diſpenſatione.

His poſitis, ſit formula.

Pro eo, qui homicidium voluntarium poſtquam commiſit, habens cauſas graues, propter quas non poſſit ſe abſtinere à ſtatu Clericali ſuſcipiendo, petit diſpenſari ſuper irregularitate contracta.

Fabritius &c.

Diſcreto Viro Confeſſori &c.

P*Ro parte Viri ſecularis ſtudioſi Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs timens ſibi mortem à quodam Viro illum præueniendo interfecit. Cum autem dictus Lator reperiatur de præſenti in quodam Seminario, vbi adeſt obligatio Ordines etiam Sacros, & Presbyteratus ſuſcipiendi, quos ipſe lator ſuſcipere poſſe deſiderat, nè ſe detegat Reum alicuius commiſſi delicti; Ideò pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui, ſecumque deſuper diſpenſari. Quarè &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs, ſi eſt * ita, dictum Latorem, audita priùs eius * Sacramentali Confeſſione, à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas proptèr præmiſſa quomodolibet incurrit, homicidio, & exceſſibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei pro modo culpæ ✠ graui, & diuturna pænitentia ſalutari, ✠ quodque hæredibus occiſi in eo, in quo tenetur ſatisfaciat, cautè tamen, nè ſe prodat, nec non ad quęcumque Beneficia Eccleſiaſtica in ✠ futurum obtinenda perpetuò remaneat inhabilis, & alijs, quæ de iure fuerint ✠ iniungenda. Demum, dummodò*

*præmiſſa * occulta ſint, & * Lator abſque ſcandalo, & periculo ſe detegendi reum delicti commiſſi, à promotione ad Ordines abſtinere nequeat cum eodem Latore ſuffragantibus ſibi dignis, pœnitentię fructibus, & meritis, alioque ei canonico * non obſtante, ſuper irregularitate per eum ex præmiſſis quomodolibet contracta, quodque illa, & alijs præmiſſis non obſtantibus, Clericali charactere inſigniri, & ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, ſi ad id aliàs idoneus reperiatur, promoueri, & poſtquam promotus fuerit in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare licitè valeat, miſericorditèr diſpenſes in foro conſcientiæ &c. alio modo &c., ita quod &c. ſuffragentur &c. Datum &c.*

Clauſulæ ſpeciales notandæ.

In executione gratiæ huiuſmodi literarum Confeſſarius debet ſequentes clauſulas aduertere,

a Veritas cauſæ finalis examinanda.

Primò aduertere debet clauſulam -- *ſi * ita eſt*, (*a*) conſiderando videlicèt, an cauſa finalis, propter quam gratia conceditur, verificetur.

b Grauitas, & diuturnitas pœnitentiæ, quæ

Secundò (*b*) aduertere debet hanc clauſulam -- *iniuncta ✠ ei graui, & diuturna ſalutari pœnitentia*, quæ pœnitentia poterit circa grauitatem, & diuturnitatem à diſcreto Confeſſario determinari, attentis qualitate, & ſtatu perſonæ diſpenſandę. Videtur autem, quod huiuſmodi Homicidis quoad grauitatem pœnitentiæ imponi poſſet ieiunium bis in hebdomada, recitatio Pſalmorum Pœnitentialium genibus flexis ſemel in hebdomada, & alia ſimilia. Circa verò diuturnitatem duratura hæc eſſent ſaltem per annum eius poſſibilitati commenſurata ✠

c Satisfaciendũ hæredibus occiſi, cautè tamen, & quomodò.

Tertiò (*c*) aduertere debet hanc clauſulam -- *Necnon hæredibus ✠ occiſi in eo, in quo de iure tenetur ſatisfaciat, cautè tamen, nè ſe prodat*; Quæ quidem clauſula importat ſatisfactionem hęredibus pręſtandam iuxtà modum iacturæ, quam præfati hæredes paſſi ſunt ex morte occiſi, v.g. ſi occiſus erat Pater-familias, & ſua induſtria filios, & vxorem ſuſtentabat, tenetur Pęnitens (ſi quidem poteſt) omnia neceſſaria dictis filijs, & vxori pręſtare, facta computatione vitæ occiſi iuxta ętatem, in qua fuit occiſus. Hęc autem ſatisfactio debet cautè pręſtari, nè Reus ſe prodat, ſeù nè ſuum delictum manifeſtet. Quapropter modus pręſtandi hanc ſatisfactionem relinquitur prudentiæ Confeſſarij determinandus, vt v. g. fiat per ipſum Confeſſarium, ſiuè per aliam perſonam Eccleſiaſticam, Religioſam, aut etiam Laicum, cui fidendum ſit, vt ſatisfactio ſecurè perueniat in manus hęredum. Si verò pęni-

tens

tens ſit adeò pauper, vt iſtam ſatisfactionem prȩſtare nequeat, tùnc poterit promittere ſe ſatisfacturum, quando ad meliorem fortunam peruenict, quia ad impoſſibile nemo tenetur.

Quartò debet aduertere hanc clauſulam -- *Et alijs, ✠ quæ de iure fuerint iniungenda*; Cuius clauſulæ explicatio, & ſenſus habetur in Introductione ante primam Partem *Cap. 3. notab. 2.* Videatur Ibi, & obſeruetur.

Notandum (*a*) autem hìc, quod ſi pȩnitens iam ſatisfactionem hȩredibus debitam prȩſtaſſet, & ſatis pro occiſo oraſſet, & orari feciſſet, aut idem peccatum homicidij aliàs legitimè, & validè alteri confeſſus pœnitentiam ab eo grauem, & diuturnam accepiſſet, deberet harum literarum Executor circa iam dictas ſecundam, & tertiam clauſulas diſcretiùs cum illo agere.

a Pœnitens mitius eſt tractandus ſi ſatisfecit, & aliàs confeſſus grauem, & diuturnam pœnitentiã habuit.

Quintò (*b*) debet aduertere hanc clauſulam -- *Quod remaneat ✠ inhabilis ad Beneficia Eccleſiaſtica in futurum obtinenda*: Per quam clauſulam Sacra Pœnitentiària intendit potiùs declarare inhabilitatem Pȩnitentis, quam illum inhabilem reddere. Dicitur autem *in futurum obtinenda*, vt intelligatur, quod ſi Pȩnitens iam ante homicidium perpetratum obtinuerit aliquod Beneficium, eo non priuatur, nam quamuis talis delinquens poſſit priuari Beneficio, quod antea obtinebat, non tamen illo priuatur, niſi poſt ſententiam. Aduertat itaque Confeſſarius, & moneat Pœnitentem, quod ſi à die irregularitatis contractæ obtineat deinceps aliquod Beneficium, collatio præfati Beneficij nulla eſt de iure, & ſic fructus reſtituere, & Beneficium dimittere tenetur.

b Homicida eſt inhabilis ad Beneficia in futurum obtinenda, & vt talis declaratur à Sac. Pœnitentiaria.

Sextò debet aduertere hanc clauſulam -- *Demùm dummodò * præmiſſa occulta ſint*: Per quæ verba innuitur delictum (*c*) ita debere eſſe, & remanere occultum, ſicut debent eſſe, & remanere impedimenta matrimonij, de quibus actum eſt in ſecunda Parte huius Compendij, vbi propterea videnda ſunt notata in principio dictæ ſecundæ Partis *notab. 1. & 6. cap. 1.*

c Delictum debet eſſe occultũ, vt diſpenſetur.

Septimò (*d*) debet aduertere hanc clauſulam (quando videlicet dantur hæ literæ Clerico, vt ad vlteriores Ordines promoueri poſſit) quæ eſt in his verbis -- *Et Lator abſque ſcandalo, vel periculo ſe * detegendi Reum delicti commiſſi à promotione ad Ordines abſtinere nequeat*; Pro qua clauſula adimplenda debet Confeſſarius ſtrictè, & diligentèr examinare Latorem, vndè euenire poſſit ſcandalum, vel periculum ſe detegendi

d Examinandũ eſt, an oriretur ſcandalum, vel periculum ſe detegendi ſi non diſpenſaretur.

Reum, vt hæc clauſula verificetur, nam tam iſta, quàm præcedens, quod nempè delictum ſit occultum, important conditionem, ſine qua non conceditur gratia. Quæ quidem duæ clauſulæ, & omnes aliæ, quæ ſpecialitèr adduci ſolent pro cauſa finali diſpenſationis obtinendæ in hac clauſula: *ſi ita eſt* ſupra primo loco poſita includuntur, & ſic debet diligentèr Executor hanc aduertere, vt dictum eſt alibi in Introductione ante primam Partem *cap.2.* ad clauſulam: *ſi ita eſt*.

a Pœnitens debent ſuffragari merita alitèr nō eſt diſpenſandus

Octauò (*a*) debet aduertere hanc clauſulam: *Cum eodem Latore ſuffragantibus ſibi + dignis tῷ pœnitentiæ fructibus, & meritis*; Per quæ verba datur intelligi, quod Confeſſarius debet benè examinare ſpiritum contritum Pœnitentis,& merita illius; Nam ſi Lator ſit adhuc malè inclinatus, malæ indolis, & conditionis, itaût ex illius promotione ad Ordines non poſſit probabilitèr ſperari, nec Eccleſiæ vtilitas, nec ſalutis eius ſpiritualis progreſſus, tunc potiùs ei ſuadere debet, vt amplectatur alium ſtatum, in quo ſecuriùs ſalutem ſuam operetur; Nam alitèr tam Confeſſarius, quàm Pęnitens ęternam gehennam ſibi parant.

b Si Pœnitens alio irretitur impedimento canonico non diſpenſatur, ſed à S. Pęnitentiaria debet obtinere ſuper eo diſpenſationem.

Nonò [*b*] debet aduertere hanc clauſulam -- *Alioque * ei canonico non obſtante, ideſt impedimento*, per quæ verba inſtruitur Confeſſarius, quod Sacra Pœnitentiaria non intendit cum Latore diſpenſare, ſi ille fortaſsè haberet aliud impedimentum canonicum, per quod inhabilis eſſet ad Ordines ſuſcipiendos. Vndè dato caſu, quod haberet aliud impedimentum, deberet expreſsè, & in ſpecie illud explicare, & diſpenſationem illius petere, & obtinere.

c Diſpenſatus ad Ordines ſuſcipiendos non diſpenſatur ab examine Ordinarij ſubeundo.

Decimò (*c*) debet aduertere hanc clauſulam -- *Quatenùs ad id aliàs idoneus reperiatur*; Per quam clauſulam non intelligit Sacra Pęnitentiaria, quod Confeſſarius debet examinare pęnitentem Latorem ſuper doctrina, & capacitate; nam hoc ad ipſum non pertinet; ſed intelligit, quod, dum diſpenſat pęnitentem ſuper irregularitate, non eximit eum ab onere examinis, quod ſubiturus eſt apud ſuum Ordinarium, vt ad Ordines promoueatur. Vndè idem importat hæc clauſula, ac ſi diceretur, ut Ordines ſuſcipere poſſit aliàs ſeruatis ſeruandis ad præſcriptum Sac. Conc. Trident., & Sacrorum Canonum.

d Forma Sacramentalis abſolutionis.

His pręmiſſis, & peractis ad abſolutionem, & diſpenſationem deueniat, dicens

Miſereatur (d) tui &c. Indulgentiam &c. Dominus noſter Ieſus.

Digitized by Google

Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego authoritate ipſius, & authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata abſoluo te in primis à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quibus propterea, quæ confeſſus es quomodolibet innodatus exiſtis, & paritèr eadem authoritate abſoluo te à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Et (a) paritèr eadem authoritate Apoſtolica tecum diſpenſo ſuper irregularitate, quam ex homicidio contraxiſti, vt illa non obſtante Clericali charactere inſigniri, ac Ordines etiam Sacros, & Presbyteratus ſuſcipere, & poſtquam ſuſceperis, in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

a Forma diſpenſationis impertiendæ.

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti &c.

Eadem literarum formula ſupradicta ſeruatur à Sacra Pœnitentiaria, quando diſpenſat cum Clericis ſiuè in Minoribus Ordinibus, ſiuè in Sacris exiſtentibus, & etiam cum Sacerdotibus; nam pauca mutantur verba, & clauſulæ ſunt omninò eædem, & forma diſpenſationis paritèr ferè eadem, & ſic in hac materia non extenduntur aliæ formulæ; Sed tantummodò forma diſpenſationis, quæ danda eſſet Sacerdoti irregulari ex homicidio, quæ adaptari poſſet, quando eſſet irregularis ex quocunque alio delicto, v.g. ex violatione cenſurarum, ex mutilatione &c., quæ forma erit poſt abſolutionem à cenſuris, & à peccatis.

Deindè (b) eadem authoritate Apoſtilica, mihi ſpecialitèr delegata, tecum diſpenſo ſuper irregularitate, quam ex homicidio contraxiſti, vt illa non obſtante, in Sacris Ordinibus etiam in Altaris miniſterio miniſtrare licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

b Alia forma diſpenſationis pro Sacerdote.

CAP. VII.

De literis diſpenſationis ab Irregularitate proueniente ex defectu occulto natalium.

CVm quis patitur quemcumque defectum natalium, dummodò occultus ſit, Sacra Pœnitentiaria diſpenſare poteſt, vt v.g. cum quis natus eſt in figura matrimonij, ſed verè ex adulterio eſt procreatus, & deſiderat fieri Clericus, & ad omnes Sacros Ordines, & ad ipſum Sacerdotium promoueri, Sacra Penitentiaria ſolet ab irregularitate, orta ex tali natalium

Digitized by Google

lium defectu diſpenſare,dummodò prędictus defectus ſit * occultus, & dummodò aliqua rationabilis cauſa aſſignetur, vt v.g. quod prædictus illegitimus ad præcauendum damnum, quod alijs fratribus ſuis legitimis oriretur, ſi ipſe ęqualitèr cum ipſis in partem hæreditatis paternæ veniret, ſeù denique alia quæcunque cauſa pia, iuſta, & rationabilis,neque enim requiritur tam grauis, & tam vrgens difficultas ad diſpenſandum in iſta irregularitate, ſicut in ea, quæ oritur ex homicidio. Cùm ergo Sacra Pęnitentiaria diſpenſabit in dicto defectu natalium, Confeſſarius, ad quem Breue dirigetur debet ſequentes clauſulas aduertere.

Clauſulæ ſpeciales notandæ.

Primò (a) examinare, an dictus defectus natalium ſit * occultus,itaùt pro legitimo habeatur; Si enim non ſit occultus, non pertinet ad Sacram Pœnitentiariam hæc diſpenſatio.

a Examinandus an ille defectus ſit occultus.

b Veritas cauſæ finalis perquirenda.

c Pœnitens eſt diſpenſandus in Confeſſione Sacramentali.

Secundò (b) examinare, an cauſa adducta pro obtinenda gratia ſit vera, nempè, *ſi * ita eſt*, vt exponitur.

Tertiò [c] debet aduertece, quod in formula harum literarum non ponitur abſolutio, ſeù non dicitur Confeſſario, vt Latorem abſoluat,cùm agatur tantùm de diſpenſatione,& non de abſolutione ab aliqua culpa, quæ in hoc natalium defectu ex parte Latoris nulla eſt. Attamen notandum eſt,quod cùm debeat hæc diſpenſatio fieri à Confeſſario in actu * Sacramentalis Confeſſionis, debet Confeſſarius ipſum Latorem priùs abſoluere à peccatis, quæ confitebitur, & deindè cum ipſo diſpenſare. Vndè, ſi fieret extra Sacramentalem Confeſſionem diſpenſatio, nihil Latori ſuffragaretur, vt dictum eſt in Introductione ante primam Partem Cap. 2. ad tertiam clauſulam.

Quartò debet aduertere hanc clauſulam -- *Et + Latori digna ✠ virtutum merita ſuffragentur: aliudque * canonicum non obſtet: Si ad id idoneus aliàs reperiatur*; Quorum verborum ſenſus, & praxis habetur in Capitulo præcedenti. Vndè nihil eſt addendum.

His pręmiſſis, & peractis poſt formam abſolutionis à cenſuris in communi, & à peccatis dicat Confeſſarius pro forma diſpenſationis

d Formà diſpenſationis à defectu natalium.

Inſuper (d) authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata tecum diſpenſo ſuper defectu natalium, & irregularitate, indè pronenient, vt præfato defectu, & irregularitate non obſtante Clericali charactere inſigniri, & ad omnes etiam Sacros,

&

& Presbyteratus Ordines promoueri, & promotus in eis miniſtrare licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

CAP. VIII.

De literis rehabilitationum.

PRimò (*a*) notandum, quod diſpenſatio ab inhabilitate, ſeù rehabilitatio aliquando datur cum abſolutione à delicto, ex quo prouenit talis inhabilitas, aliquando datur ſine abſolutione, eo quod abſolutio à delicto, & à cenſuris fuit aliàs habita, aut à Sacra Pœnitentiaria, aut ab alio legitimam facultatem habente; nam, vt dictum eſt ſupra de irregularitate non ſemper (*b*) Sacra Pœnitentiaria diſpenſat cùm abſoluit, nec ſemper rehabilitat cùm diſpenſat, vt v. g. poteſt quis abſolui a peccato aliquo, & à cenſura ei annexa, & non diſpenſari ab irregularitate ex hoc delicto proueniente, & poteſt etiam diſpenſari ab irregularitate, & non rehabilitari ad Beneficia in futurum obtinenda. (*c*) Aliquando autem continget, vt quis per eaſdem literas abſoluatur, diſpenſetur, & rehabilitetur, quod quidem vltimum rarius eſt, & non fit niſi ex grauiſſima cauſa. In hoc itaque Cap. duæ formulæ explicabuntur, vna abſolutionis, & rehabilitationis ſimul, altera verò rehabilitationis ſolùm.

a Diſpenſatio ab inhabilitate aliquando datur cum abſolutione, aliquando non.

b Sac. Pœnitentiaria non ſemper diſpenſat cũ abſoluit, nec ſemper rehabilitat cùm diſpenſat.

c Aliquando verò abſoluit, diſpenſat, & rehabilitat.

Secundò notandum, quod cùm in literis Sacræ Pœnitentiariæ, quę ſunt tantùm pro diſpenſatione, aut rehabilitatione, non committitur (*d*) abſolutio, non ſequitur tamen, vt dictum eſt in formula pręcedenti de diſpenſatione à defectu natalium, quod non debeat dari abſolutio à Confeſſario; Cùm enim quarumcunque literarum, debeat fieri executio in actu * Sacramentalis Confeſſionis, ſequitur, quod Confeſſarius debet priùs audire Latorem in Confeſſione, & ipſum priùs abſoluere à confeſſis, & poſtea in caſu per literas expreſſo cum ipſo diſpenſare, aut ipſum rehabilitare.

d Quamuis in literis diſpenſationis non committatur abſolutio, diſpenſatio nihilominùs danda eſt in Sacramentali Confeſſione.

Tertiò (*e*) notandum, quod inhabilitas quoad Clericos, ſeù Sacerdotes Sæculares, vt plurimum datur quoad Beneficia Eccleſiaſtica in futurum obtinenda; quæ inhabilitas etſi ex multiplici delicto oriatur, hic tamen pro breuitate ſolùm ea, quæ ob ſimoniam in Beneficio contrahitur, erit apponenda. Quoad Regulares verò datur inhabilitas ad offi-

e Quibus priuet inhabilitas Clericorum, & Sacerdotum Sæcularium, & quibus Regularium.

cia,

cia, & dignitates, & quoad priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ.

His poſitis, ſit.

Formula abſolutionis, diſpenſationis, & rehabilitationis pro Sacerdote, qui aſſecutione cuiuſdam Beneficij ſimoniam commiſit, & propterea cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, (inter quas eſt inhabilitas ad Beneficia in futurum obtinenda) incurrit, & ex violatione cenſurarum irregularitatem contraxit. Mox verò cùm dictum Beneficium dimiſerit, petit diſpenſationem ad exercitium ſuorum Ordinum, & rehabilitari ad Beneficia.

Formula literarum abſolutionis, diſpenſationis, & rehabilitationis pro Sacerdote ſymoniaco.

Fabritius &c.

*DIſcreto Viro Confeſſori &c. Pro parte Sacerdotis Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs quoddam Beneficium Eccleſiaſticum ſimoniacè obtinuit, & deindè in ſuis ordinibus ſe exercuit, fructuſque ex præfato Beneficio recepit. Cùm autem dictus Lator de præmiſſis, quæ occulta ſunt, plurium doleat, præfatumque Beneficium dimiſerit, ſuoſque ordines deinceps exercere, ac Beneficia Eccleſiaſtica recipere licitè poſſe deſideret; Ideò pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui, ſecumque deſuper diſpenſari. Quarè &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs ſi eſt * ita, dictum Latorem, audita * prius eius Sacramentali Confeſſione, dummodò cum effectu præfatum Beneficium ſimoniacè obtentum dimiſerit, * & non alitèr, à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas proptèr præmiſſa quomodolibet incurrit, ſimoniæ labe, & exceſſibus huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei pro modo ✠ culpæ pœnitentia ſalutari, quodque culpabiles in præfata ſimoniæ labe, quantum poteſt ☙ moneat ad impetrandam à Sede Apoſtolica abſolutionem, nec non fructus à ſe ☙ ex præfato Beneficio perceptos, proùt de iure reſtituat, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda. Demum dummodo præmiſſa * occulta ſint, cum eodem Latore, ſuffragantibus ✠ ſibi dignis pœnitentiæ fructibus, & meritis, alioque ei canonico * non obſtante, ſuper irregularitate per eum ex præmiſſis quomodolibet contracta, quodque illa, & alijs præmiſſis non obſtantibus, in ſuis ordinibus miniſtrare, ac Beneficia Eccleſiaſtica, non ☙ tamen illud, ſuper*

quo

Digitized by Google

quo fuit commiſſa ſimonia, quatenùs ei aliàs canonicè conferantur, recipere, & retinere licitè valeat, miſericorditèr diſpenſes in foro conſcientiæ &c. alio modo &c. ſuffragentur &c. Datum &c.

In executione gratiæ huiuſmodi literarum Confeſſarius debet aduertere ſequentes clauſulas.

Clauſulæ ſpeciales notandæ.

Primò (*a*) debet aduertere -- *an expoſita * occulta ſint*; Eſt enim hæc conditio, ſine qua non diſpenſaret Sacra Pœnitentiaria.

a An narrata ſint occulta.

Secundò (*b*) *an ita * ſit*.

b Veritas cauſæ finalis.

Tertiò (*c*) aduertere debet hanc clauſulam: *Et Lator præfatum Beneficium ſimoniacè obtentum cum * effectu dimiſerit*; quæ clauſula, cùm apponatur ibi pro motiuo, ob quod datur hæc gratia, debet omninò verificari, neque enim Sacra Pœnitentiaria gratiam rehabilitationis concederet, niſi Lator expoſuiſſet, ſe iam dimiſiſſe dictum Beneficium, præſertim, quando ſimonia fuit realis, & ſcientèr contracta; Ideoque debet Confeſſarius eum examinare, an verè, & cum effectu dimiſerit, nec alitèr ei rehabilitationem impertiatur, aut literas vllo modo exequatur.

c Examinare an beneficium pænitens cum effectu dimiſerit.

Quartò debet ei imponere pro modo culpæ ſimoniæ, & exercitij Ordinum in cenſuris, per quod irregularitatem ex violatione cenſurarum contraxit, ✠ pœnitentiam, (*d*) quæ erit aſpera, vt recognoſcat iniuriam factam Deo, & rebus ſacris, & inſuper iniungere ei, quod in hac clauſula additur -- *Quodque (e) culpabiles in præmiſſis moneat, & inducat ad impetrandam à Sede Apoſtolica abſolutionem*: ideſt complices, & eiuſdem delicti ſimoniæ comparticipes.

d Pœnitentia aſpera iniungenda.

e Complices ſimoniæ monere debet iniungi pœnitenti.

Quintò (*f*) aduertenda eſt clauſula -- *Quodque fructus malè perceptos, prout de iure reſtituat*: ſcilicet imponere debet Executor, vt reſtitutio fiat in pauperum ſubuentionem, & Eccleſiæ, in qua Beneficium ſitum erat, vtilitatem.

f Iniungenda fructuum reſtitutio pauperibus, vel Eccleſiæ

His præmiſſis forma abſolutionis, & diſpenſationis erit ſequens

Dominus noſter Ieſus Chriſtus &c.

Et ego (g) authoritate ipſius, & authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata, abſoluo te in primis à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas proptèr ſimoniam incurriſti, & eadem authoritate abſoluo te à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

g Forma abſolutionis à ſimonia

Et inſupèr (h) eadem authoritate Apoſtolica tecum diſpenſo ſuper irregularitate, quam ex ſimonia, & ex violatione poſtea

h Forma diſpenſationis, & rehabilitationis.

 con-

contraxiſti, vt illa non obſtante, in tuis Ordinibus, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac Beneficia, ſi qua tibi aliàs canonicè conferantur, non tamen Beneficium, quod ſimoniacè obtinuiſti, & dimiſiſti, recipere, & retinere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

CAP. IX.

De formula rehabilitationis ad Beneficia obtinenda.

Formula pro Sacerdote, qui aliàs obtinuit abſolui, & diſpenſari à Sacra Pœnitentiaria ſuper irregularitate cum inhabilitate ad Beneficia, ad quæ petit rehabilitari.

Fabritius &c.

Diſcreto Viro Confeſſario &c.

PRo parte Sacerdotis Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs à Sacra Pœnitentiaria abſolutionem, & diſpenſationem ſuper irregularitate per eum contracta obtinuit, cum hoc tamen inter cætera -- Vt ad quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica in futurum obtinenda perpetuò remaneret inhabilis -- Cùm autem dictus Lator huiuſmodi inhabilitatem per aliquod tempus ſuſtinuerit, & preſſus, ſiuè propria, ſiuè ſuorum paupertate, Beneficia recipere licitè poſſe deſideret; Ideò pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam ſecum deſupèr diſpenſari. Quare &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs ſi eſt * ita, cum dicto Latore, audita priùs eius * Sacramentali Confeſſione, dummodò ſuffragentur ✠ ſibi digni pœnitentiæ fructus, & merita, ſaluis alioquin remanentibus omnibus alijs ſibi in prædictis abſolutione, & diſpenſatione impoſitis, quod, præmiſſis non obſtantibus, quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica ſiuè cum cura, ſiuè ſine cura, quatenùs illa ei aliàs canonicè conferantur, recipere, retinere, fructuſque recipere licitè valeat, miſericorditèr diſpenſes in foro conſcientiæ &c. alio modo &c. ſuffragentur &c. Datum &c.*

In executione gratiæ huiuſmodi literarum Confeſſarius debet aduertere, quæ ſequuntur.

Primò (a) aduertat motiuum, proptèr quod gratia conceditur, * an verificetur, & quamuis in hac formula ponatur mo-

a Cauſa finalis verificari debet.

motiuum paupertatis ſiuè propriæ,ſiuè ſuorum,poteſt tamen adduci quælibet alia rationabilis cauſa pro motiuo gratiæ, quæ ſemper verificari debet.

Secundò (*a*) aduertat merita, & fructus ipſius ✠ Pœnitentis,an ſcilicet Pœnitens à tempore delicti ita fuerit in moribus emendatus, vt redditus ſit dignus præfata gratia,nè indigno conferatur.

a Examinanda merita pœnitentis à tempore delicti.

Tertiò (*b*) aduertat, quod quamuis in hac formula rehabilitetur Pœnitens ad quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, Sacram Pœnitentiariam non ſemper concedere plenam rehabilitationem, ſed aliquando concedere ad ſimplicia, aliquando ad Beneficia abſque cura, & aliquando cum cura, conſideratis qualitate delicti Pœnitentis, tempore primæ obtentæ gratiæ, & meritis Pœnitentis.

b S. Pœnitentiaria aliquando rehabilitat ad beneficia ſimplicia, & aliquando cum cura iuxtà merita pœnitentis.

His præmiſſis, & conſideratis poſt abſolutionem à cenſuris, & à peccatis in forma ſolita, forma rehabilitationis,ſeù diſpenſationis erit

Inſupèr (c) authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata tecum diſpenſo, vt,non obſtante inhabilitate ad Beneficia Eccleſiaſtica, qua detineris, quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica tam cum cura, quàm ſine cura quatenùs tibi aliàs canonicè conferantur recipere, & retinere, fructuſque eorum percipere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

c Forma rehabilitationis.

CAP. X.

De fructuum malè perceptorum ex Beneficijs Eccleſiaſticis condonatione.

NOtandùm (*d*) primò, quod hæc condonatio fit Clericis de fructibus Beneficiorum malè, ſeù iniuſtè perceptis; fructus autem malè percipiuntur ſiuè ob non recitationem Horarum Canonicarum, ad quam ratione Beneficij tenentur, ſiuè ob nullitatem tituli Beneficij, quod quis obtinebat, aut per intruſionem, aut per aliquam aliam cauſam inhabilitatis ex parte recipientis. Hìc autem apponetur formula circa primum genus malæ perceptionis, nempè ob non recitationem Horarum.

d Quibus de cauſis fructus Beneficiorum malè percipiuntur à Clericis.

Notandum (*e*) ſecundò, quod Sacra Pœnitentiaria condonat, & remittit fructus malè perceptos pauperibus Beneficiatis, mediante aliqua eleemoſyna arbitrio Confeſſarij dele-

e Sac. Pœnitentiaria Sacerdotibus pauperibus fructus malè perceptos cōdonat mediante aliqua eleemoſyna.

gati taxanda, vt dicetur in formula iam ponenda. Nam in alijs (*a*) Beneficiatis, qui non poſſunt allegare paupertatem, procedit per compoſitionem.

a Diuitibus per compoſitionem.

Notandum (*b*) tertiò quod in quocumque caſu Sacra Pœnitentiaria ſiuè condonet, ſiuè componat de fructibus malè perceptis, ſemper requiritur, vt ſit occulta obligatio reſtituendi; nam in publicis eſt recurrendum ad Datariam.

b Condonat S. Pœnitentiaria ſi obligatio reſtituendi eſt occulta, ſi ſit publica recurritur ad Datariam.

His poſitis, ſit.

Formula condonationis fructuum malè perceptorum ob non recitationem Horarum Canonicarum.

Fabritius &c.

Diſcreto Viro Confeſſario.

P*Ro parte Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs Beneficium Eccleſiaſticum poſſidens, Horas Canonicas recitare omiſit, & tamen fructus ex præfato Beneficio ſemper percepit. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat dictus Lator de præmiſſa omiſſione recitationis Officij, quæ occulta eſt plurimum doleat, fructuſque malè perceptos ob ſuam paupertatem reſtituere nequeat; Ideo pro ſuæ conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam abſolui, & ſibi fructus huiuſmodi condonari. Quarè &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs, ſi eſt * ita dictum Latorem, audita priùs eius Sacramentali Confeſſione ab omiſſione recitationis huiuſmodi abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei pro modo ✠ culpæ pœnitentia ſalutari, & alijs quæ de iure fuerint † iniungenda. Demum, dummodò * occultum ſit Latorem teneri ad huiuſmodi fructuum reſtitutionem, & ei ſuffragentur digni pœnitentiæ † fructus, & merita, & adeò pauper ſit, vt nec prout de iure fructus reſtituere, nec cum Sacra Pœnitentiaria componere poſſit, eidem Latori fructus omnes malè perceptos, mediante aliqua eleemoſyna, à te arbitrio tuo taxanda, & diſtribuenda in pauperum ſubuentionem, & vtilitatem Eccleſiæ, in qua ſitum eſt Beneficium gratiosè remittas, & condones in foro conſcientiæ &c. alio modo &c. ſuffragentur &c.*

Clauſulæ ſpeciales notandæ.

In executione gratiæ huiuſmodi litterarum Confeſſarius debet aduertere.

c Examinandum an motiuum gratiæ ſit verum.

Primò, (*c*) *an ità ſit*, nempè an motiuum paupertatis ſit verum, & illud benè penſare, & examinare. Nàm ſi Lator

ali-

Digitized by Google

aliquo modo componere poſſet, meliùs eſſet venire per viam compoſitionis, etiamſi de vigeſima parte, conſiderato ipſius ſtatu, componeret, quàm per viam condonationis; nàm periculum eſt, ne ſibi nimis parcat Lator, & prætenſa paupertas non ſit tanta, quanta eſſe debet.

Secundò (*a*) debet aduertere *an occultum ſit* eum ad reſtitutionem ex omiſſione Horarum teneri; Nàm ſi non eſſet occultum, debet ad Datariam recurrere, vt dictum eſt. — *a* An ſit occultum.

Tertiò (*b*) *iniungat ei pœnitentiam ſalutarem † prò modo culpæ dictæ omiſſionis.* — *b* Pœnitentia ſalutaris iniungenda.

Quartò debet aduertere ad clauſulam (*c*) *& ſuffragentur ✠ ei digni fructus pœnitentiæ, & merita*, ideſt, an per bonos mores vitam emendauerit, & Horas Canonicas à tempore conſiderabili iuxtà ſuam obligationem recitauerit; nàm ſi à pauco tempore recitare cæperit, differatur executio gratiæ, donec probari poſſit emendatio. — *c* Merita pœnitentis conſideranda.

Quintò (*d*) loco compoſitionis, quam facere teneretur, ſi eſſet diues, ei condonet, ac remittat præfatos fructus malè perceptos mediante aliqua eleemoſyna arbitrio ipſius Confeſſarij taxanda, & in pauperum ſubuentionem, ſiuè in Eccleſiæ, in qua ſitum eſt beneficium, vtilitatem diſtribuenda. In qua eleemoſyna taxanda debet Confeſſarius diſcretè ſe gerere, quæ ſi non poteſt eſſe pecuniarum, ſit ſaltem cibi, aut potus, aut hoſpitalitatis, aut alicuius ſubuentionis pauperibus, vel linteaminum, ceræ, aut olei, aut alicuius vtenſiiij pro Eccleſia, & Altaribus eiuſdem. — *d* Pauperibus Clericis eleemoſyna iniungenda, & qualis.

His præmiſſis, & conſideratis poſt abſolutionem à cenſuris, & à peccatis forma condonationis erit.

Et inſupèr (*e*) *authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata fructus, quos ex tuo Beneficio malè percepiſti, ob non recitatas Horas, mediante eleemoſyna tibi impoſita, gratiosè tibi remitto, & condono. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* — *e* Forma condonationis fructuum malè perceptorum.

PARS

PARS QVARTA

De Formulis Abſolutionum, & Diſpenſationum in vtroque foro pro Regularibus, & ingredi volentibus Religionem.

a Sac. Pœnitentiaria habet facultatem abſoluendi, & diſpēſandi Regulares in vtroque foro.

HAbet (a) Sacra Pœnitentiaria facultatem concedendi abſolutiones, & diſpenſationes Regularibus non ſolùm in foro conſcientiæ, ſicut omnibus alijs Secularibus, ſed etiàm in foro fori, ſeù in foro externo. Eæ, quæ conceduntur in foro conſcientiæ tantùm, pertinent ad tertiam partem huius Praxis. In hac igitur quarta parte tractatur de Formulis Abſolutionum, & Diſpenſationum, quæ pro dictis Regularibus in vtroque foro conceduntur. Item, & pro volentibus ingredi Religionem; pro quibus etiàm Sacra Pœnitentiaria pro vtroque foro authoritatem habet. Ex dictis autem formulis aliquæ magis neceſſariæ, & quarum vſus frequentiùs occurrere poteſt, breuitèr hìc ſubijcientur, prænotando ſolùm, quod huiuſmodi litteras non ſolet concedere Sac. Pœnitentiaria Regularibus, niſi eorum Superiorum ſupplicatio, aut conſenſus accedat.

Notandum, quod hodiè eſt praxis Sac. Pœnitentiariæ procedendi cum Religioſis in vtroque foro, vel per Breuia, quæ expediuntur in forma commiſſaria, & etiàm in forma gratioſa, & vt plurimum per decreta ſimilitèr commiſſaria gratioſa, aut ità priùs ſemper Procuratori Generali Ordinis reſpectiuè litteræ expediantur.

CAP. I.

De litteris diſpenſationis prò volente ingredi Religionem.

Formula pro eo, qui homicidio commiſſo in ſeculo ad peragendam ſuorum peccatorum pœnitentiam Religionem ingredi deſiderat.

Fa-

Digitized by Google

Fabritius &c.

Diſcreto Viro &c.

*Ex parte Viri ſecularis Latoris præſentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs homicidium commiſit, nunc verò ad peragendam ſuorum peccatorum pœnitentiam Religionem ingredi, ibique profeſſionem à Clericis emitti ſolitam, emittere Regularem, & poſt illam emiſſam, ad omnes etiàm Sacros, & Presbyteratus Ordines promoueri licitè poſſe deſiderat. Cum autèm, ſicut eadem petitio ſubiungebat, dictus Lator huiuſmodi ſuum deſiderium adimplere nequeat abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, obſtantibus ſibi tum eiuſdem Sedis Apoſtolicæ, tum Religionis, ſeù Ordinis, quem ingredi intendit, Conſtitutionibus; Ideò prò ſuę conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam in vtroque foro abſolui, ſecumque deſupèr diſpenſari. Quarè &c. Nos &c. diſcretioni tuæ committimus, quatenùs, ſi eſt * ità, Latorem, dummodò cum Fiſco, & * Parte concordauerit, à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum * infraſcriptum dumtaxàt in vtroque foro abſoluas hac vice in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta ei ✠ prò modo culpæ pœnitentia ſalutari. Demùm cum eodem Latore, ſuffragantibus ſibi dignis ✠ pœnitentia fructibus, & meritis, alioque ei canonico * non obſtante, ſuper irregularitate, per eum ex præfato homicidio quomodolibet contracta, quodque illa, & alijs præmiſſis non obſtantibus, Religionem, non tamen * militarem, vel hoſpitalarem,* ſed vbi vigeat regularis * obſeruantia; dummodò beneuolos inuenerit Receptores, ingredi, ibique peracto probationis anno, profeſſionem à Clericis emitti ſolitam, emittere * regularem, & poſt illam emiſſam, & non alitèr clericali caractere inſigniri, & ad omnes etiàm Sacros, & Presbyteratus Ordines, ſi ad id aliàs idoneus reperiatur promoueri, & poſtquàm promotus fuerit, in illis etiàm in Altaris miniſterio, non tamèn in loco commiſſi ✠ delicti, & in ſpatio viginti milliariorum à prędicto loco, miniſtrare licitè valeat, in vtroque foro diſpenſes, non obſtantibus præmiſſis, & Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Religionis, ſeù Ordinis, quem Lator ingredietur, Statutis, ac Priuilegijs quibuſcumque. Datum &c.*

In executione gratiæ huiuſmodi litterarum plura ſunt conſideranda ab executore. Clauſulæ ſpeciales notandæ.

Primò, (*a*) quod huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio non

a Non debet abſolui, nec di-

ſpenſari Orator, niſi priùs cum Fiſco, & parte concordauerit.

a Nec abſolui, & diſpenſari, niſi ad effectum ingredi Religionem.

b Diſpenſatio ad ſuſcipiendos ordines non ſuffragatur, niſi poſt emiſſam profeſſionem.

c Poteſt Superior Religionis ad habitum, & profeſſionem recipere Oratorem per derogationem Conſtitutionũ &c.

d Forma abſolutionis, & diſpenſationis.

non detur, niſi Fiſco, & * Parte concordatis; nàm eſſet contra iuſtitiam, in præiudicium tertij Religionem ingredi.

Secundò, (*a*) quod huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio non detur, niſi ad effectum, * duntaxàt Religionem ingrediendi, itaùt, ſi deindè Religionem non ingrediatur, eſſet, ac ſi gratia præfata non eſſet conceſſa.

Tertiò, quod diſpenſatio ſuper irregularitate ad effectum Ordines (*b*) ſuſcipiendi non ſuffragatur Latori, niſi ſequuta cum effectu profeſſione * ſolemni, quod inſinuatur per clauſulam *poſtquàm profeſſionem emiſerit, & non alitèr*.

Quartò, (*c*) quod per derogationem Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Statutorum, & priuilegiorum Religionis, quam Lator ingredietur, inſinuatur poſſe Superiorem, non obſtantibus præfatis Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Regularibus ad habitum, & profeſſionem admittere.

His notatis, & conſideratis, deueniatur ad executionem gratiæ huiuſmodi litterarum in forma, & modo ſequenti.

Sedens (*d*) Superior cum Cotta, & Stola præſentibus Secretario, & duobus, vel tribus Religioſis ſui Ordinis, habens præ manibus litteras Sac. Pœnitentiariæ dicat.

Nos Abbas, ſeù Prouincialis &c. authoritate Apoſtolica Nobis ſpecialitèr delegata per præſentes litteras abſoluimus te N. à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum, vt licitè conſequi valeas gratiam diſpenſationis, mòx tibi impertiendæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen, & tibi iniungimus prò pœnitentia ſalutari, vt per tres menſes (exempli gratia) ieiunes ſemèl in hebdomada, & tribus vicibus ſingulis hebdomadis Officium Defunctorum recites.

Et paritèr eadem authoritate Apoſtolica tecum diſpenſamus ſupèr irregularitate, quam ex homicidio contraxiſti, vt ea non obſtante noſtram Religionem ingredi, in eaque, preuio nouitiatus anno, profeſſionem regularem emittere, & poſt emiſſam, & non alitèr clericali charactere inſigniri, & Ordines etiàm Sacros, & Presbyteratus ſuſcipere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Itèm ad effectum, vt huiuſmodi abſolutionis, & diſpenſationis gratiam conſequi poſſis eadem authoritate Apoſtolica derogamus, tàm noſtri Ordinis, quam Sedis Apoſtolicæ Conſtitutionibus monendo te, quod ſi in noſtro Ordine profeſſionem non emiſeris, nihil tibi præſens gratia ſuffragetur.

Deindè

Deindè Secretarius rogetur de huiuſmodi datis abſolutione, & diſpenſatione in tergo Breuis, illudque reponat in actis, ſiuè Monaſterij, ſeù Prouinciæ.

C A P. I I.

De Formula litterarum, quas concedit Sac. Pœnitentiaria prò Religioſis Cenſuris Eccleſiaſticis innodatis, & irregularitate ex violatione Cenſurarum irretitis prò vtroque foro in factis publicis.

Formula pro Religioſo, qui ob extractionem librorum ex Bibliotheca Conuentus, quod erat prohibitum ſub pœna excommunicationis; fuit à ſuis Superioribus declaratus excommunicatus, & irregularis, quià celebrauit in Cenſuris.

Fabritius &c.

Religioſo Viro Prouinciali, ſeù Abbati ſalutem in Domino.

*PRò parte N. Religioſi profeſſi Sacerdotis Religionis N. &c. Nobis oblata petitio continebat, quod ipſe aliàs auſus fuit ex Bibliotheca ſui Conuentus aliquot libros extrahere, propter quod Lator inquiſitus, & proceſſatus à ſuis Superioribus, fuit inter alia declaratus excommunicatus, & propter violationem cenſuræ excommuuicationis irregularis, & inhabilis ad officia, & dignitates Religionis. Cum autèm dictus Lator de præmiſſis plurimum doluerit, & doleat, pœnas, & pœnitentias ſibi à Superioribus impoſitas peregerit, librique extracti fuerint in prædicta Bibliotheca repoſiti, & Lator ſuæ Religioni onerosus, & inutilis exiſtat, ſuos ordines exercere, ac officia, & dignitates Religionis aſſequi licitè poſſe deſideret; Ideò prò ſuę conſcientiæ quiete cupit per Sedem Apoſtolicam in vtroque foro abſolui, ſecumque deſupèr diſpenſari. Quarè etiàm prò parte Procuratoris Generalis Ordinis Nobis humilitèr ſupplicare fecit, vt ſibi &c. Nos diſcretioni tuæ committimus, quatenùs, ſi * eſt ità, dictum Latorem ab excommunicatione, alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas propter præmiſſa quomodolibet incurrit, in vtroque foro abſoluas hac vice in forma Eccleſię conſueta, iniuncta + ei prò modo culpæ pœnitentia ſalutari, & alijs, quæ de iure + fuerint iniungenda. Demùm cum eodem Latore, ſuffragantibus ſibi + dignis pœnitentiæ fructibus, & meritis, alioque ei canonico * non obſtante ſuper*

Digitized by Google

irregularitate per eum ex præmiſſis quomodolibet contracta, quodque illa, & alijs præmiſſis, non obſtantibus in ſuis ordinibus etiàm in Altaris miniſterio miniſtrare, ac officia, & dignitates, ſuæ Religionis, ſi ad illas canonicè, & iuxtà regularia Inſtituta eligatur, vel aſſumatur, aſſequi, eaque gerere, & exercere, vocemque actiuam, & paſſiuam habere licitè valeat in vtroque foro diſpenſes, & in integrum ſtatum reſtituas, & reintegres, non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon dictæ Religionis ſtatutis, & priuilegijs, cęteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum &c.

Clauſulæ ſpeciales notandæ.

In executione gratiæ huiuſmodi litterarum plura erunt conſideranda ab Executore.

a Hæc formula datur in exemplum.

Primò (*a*) notandum, quod ſupradicta formula extenditur pro ſupradicto caſu particulari pro exemplari aliarum gratiarum, cum Sacra Pœnitentiaria, vt dictum eſt in principio huius partis amplam habeat facultatem etiàm in vtroque foro Religionis.

b In hac formula abſoluit diſpenſat, & rehabilitat.

Secundò (*b*) notandum, quod in iſta formula conceditur Latori non ſolùm abſolutio, & diſpenſatio, ſed etiàm rehabilitatio, & in integrum ſtatum reſtitutio ex conſideratione qualitatis delicti; nàm in aliquibus delictis ex grauioribus non ſolùm non rehabilitat, ſed expreſsè ad officia, & dignitates inhabilitat.

c Conceditur abſolutio, & diſpenſatio reſpectu Superiorum ſupplicantium.

Tertiò (*c*) notandum, quod iſta abſolutio, & diſpenſatio conceditur Latori etiàm reſpectu ſupplicationis Procuratoris Generalis ſui Ordinis; Nàm, vt dictum eſt in principio huius partis, non conceditur gratia in vtroque foro Religionis à Sac. Pœnitentiaria, niſi ſupplicantibus pro illis Superioribus, ideſt Procuratore Generali, ſeù ipſo Generali, & aliquando Prouinciali.

d Debent ſemper Latori ſuffragari digni pœnitentiæ fructus.

Quartò (*d*) notandum, quod Latori ſemper debent ſuffragari ✠ digni pœnitentiæ fructus, & merita, circa quod remanet ſemper grauata conſcientia Superioris.

e Pœnitentia iniungenda arbitrio Superioris relinquitur.

Quintò (*e*) notandum, quod pœnitentia debet ✠ arbitrari ab ipſo Superiore executore, & quià aliquando in huiuſmodi formulis reſpectu grauitatis delicti dicitur: *iniuncta graui, & diuturna, ſeù grauiſſima pœnitentia ſalutari, tunc paritèr arbitrio ipſius Superioris, qualis fuerit grauis, diuturna, vel grauiſſima, remittitur.*

f Sac Pœnitentiaria aliquando diſpenſat Religioſos abſque abſolutione in certis caſibus.

Sextò (*f*) notandum aliquando Sacram Pœnitentiariam cum Religioſis tantummodò diſpenſare abſque abſolutione,

vt

vt facit, quando diſpenſat cum Religioſis, qui de vna Religione ad aliam ſe transferre volunt, ſiuè zelo maioris perfectionis, quando ſe transferunt ad arctiorem, ſiuè quando ob infirmitatem ſe transferunt ad latiorem cum licentia tamen Superiorum, tàm Religionis, à qua, quàm Religionis, ad quam, vel ſuper defectu natalium, ad officia, & dignitates Religionis, excepto Generalatu, vel ſuper defectu oculi Canonis, vel ſuper quocumque alio defectu, vel etiàm diſpenſare, ſeù rehabilitare ad officia, & dignitates, ad quæ in pœnam poſt obtentam priùs abſolutionem, & diſpenſationem fuerat Religioſus inhabilitatus.

Septimò (*a*) notandum, quod Sacra Pęnitentiaria, quando diſpenſat ſuper defectu, vel oculi canonis, vel alicuius alterius corporis deformitatis dirigit litteras Epiſcopis, ſeù Ordinarijs locorum, in quorum Dięceſi Religioſi diſpenſandi de familia exiſtunt ad effectum, vt conſideretur defectus, an præſtet impedimentum in diuinis, & ſcandalum generet in Populo.

a Sac. Pænitentiaria quando diſpenſat ſuper defectu oculi Canonis, vel alio defectu corporis dirigit litteras Ordinarijs Locorum.

Octauò omnia notanda, & conſideranda ſunt, quæ in ſuperiori formula notata, & conſiderata fuerunt.

His conſideratis, & notatis poterit Superior deuenire ad executionem gratiæ Sac. Pęnitentiariæ eodem modo, & forma, quibus in fine præcedentis capitis dictum eſt, adaptando formam abſolutionis, & diſpenſationis, quando ſimul debet abſoluere, & diſpenſare, vel abſoluere, ſeù reſpectiuè diſpenſare tantùm, & hic tantummodò ponitur forma rehabilitationis, quæ ſemper erit proferenda immediatè poſt abſolutionem, & diſpenſationem.

His notatis, & conſideratis, deuenietur ad executionem gratiæ huiuſmodi litterarum in forma, & modo ſequenti.

Sedens Superior cum Cotta, & Stola præſentibus Secretario, & duobus, vel pluribus Religioſis ſui Ordinis, habens præ manibus litteras Sac. Pęnitentiariæ, dicat

Nos Abbas, ſeù Prouincialis &c. authoritate Apoſtolica nobis ſpecialitèr delegata (*b*) *per præſentes litteras abſoluimus te N. à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum, vt licitè conſequi valeas gratiam diſpenſationis, mòx tibi impertiendæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Et tibi iniungimus prò pœnitentia ſalutari, vt (exempli gratia) per hebdomadam ter recites Septem Pſalmos Pœnitentiales.*

b Forma abſolutionis, & diſpenſationis, rehabilitationis, & in integrum ſtatum reſtitutionis.

Et paritèr eadem authoritate Apoſtolica tecum diſpenſamus ſuper irregularitate, quam ex violatione cenſurarum contraxiſti, vt ea non obſtante in tuis ordinibus, etiàm in Altaris miniſterio miniſtrare, ac officia, & dignitates noſtri Ordinis aſſequi, eaque gerere, exercere, vocemque actiuam, & paſſiuam habere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Et inſupèr eadem authoritate Apoſtolica te in priſtinum ſtatum reſtituimus, & reintegramus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

APPENDIX.

FOrma ſupradicta poterit inſeruire in omnibus alijs caſibus abſolutionis, vel diſpenſationis, vel rehabilitationis, adaptando ipſam formam caſibus in litteris Sac. Pœnitentiariæ expreſſis.

Inſtructio Parochorum, & Confeſſariorum prò caſibus, quorum abſolutio, ſeù diſpenſatio à Sac. Pœnitentiaria Apoſtolica impetratur.

CVm ſæpè ſit experientia compertum, plurimos vtriuſque ſexus Chriſtifideles, & præcipuè in longinquis degentes, cenſurarum vinculis, votorum obligationibus, matrimoniorum impedimentis, necnon irregularitatum, & càſuum quoquo modo reſeruatorum ligaminibus adſtrictos ad Sanctam Sedem, eiuſque Sacram Pœnitentiariam ſpectantibus irretitos, in illis lachrymosè perſiſtere, & continuis conſcientiæ agitationibus laboriosè perdurare, cuius mali cauſas ex ſimilibus prouenire innotuit.

Primò eò quod Parochi, vel alij, ad quos huiuſmodi Pœnitentes recurrere contingit, in pagis, aut locis ruralibus degunt, & viam, modumque recurrendi ad præfatam Sacram Pœnitentiariam ignorant, nec aliquem hìc Romæ agnoſcunt, ad quem ſupplicationes dirigant, vndè Pœnitentes perplexos dimittunt, quibus, cum ad Ordinarium accedendi (fœminis præſertim) verecundia, aut timor aditum intercludat, conſilium vlteriùs requirere neſcientes, remedium deſperant, & in prædictis vinculis, obligationibus, impedimentis, inhabilitatibus, & caſibus reſeruatis, cum periculo damnationis inſordeſcunt.

Se-

Secundò euenit, quod Pœnitentes egeni recognitionem pro ſollicitatione, & labore Agentium Romæ commorantium, exoluere non valentes, inconſolati, ac conſcientiæ motibus concuſſi, in periculoſo ſtatu manere coguntur, & fortè (quod peius eſt) ſibi perſuadent, Sacræ Pœnitentiariæ Tribunal aliquid lucri pro litteris prædictis recipere, cum reuerà Sacræ Pœnitentiariæ Miniſtri, nec aliquid quamuis minimum, nec etiàm ſponte oblatum vnquàm recipiant, & gratis omnia exhibentes, ſingulos ad ſe recurrentes, ſerena fronte complectantur.

Tertiò, accidit etiàm nonnumquàm per inaduertentiam exponentium, vt gratiæ iuxtà expoſita obtentæ, irritæ euadant, eò quià caſus, & circumſtantias neceſſarias reticeant; vndè fit, quod litterarum executores, caſu poſteà pœnitentium examinato, rem alitèr ſe habere, quam expreſſum fuerat, comperiant, & gratias ſubreptitias, aut obreptitias eſſe inueniant, quarè pœnitentes confuſi remanent, & ſpe nouæ diſpenſationis ſe carere putantes, in prædictis vinculis, obligationibus &c. miſerabilitèr remanent.

Quarè gratum Deo, & vtile fidelibus futurum eſſe ſperatur, ſi iſte modus recurrendi ad ipſam Sac. Pœnitentiariam proponatur.

Confeſſores itaque, cum Pœnitentes vinculis præfatis irretitos ad ſe accedere contigerit, caſuum qualitates, & præfatorum caſuum circumſtantias conſiderent, cauſaſque diſpenſationum, aut commutationum exprimant, & caueant, ne quod occultum eſt publicum faciant, præſertìm impedimenta occulta matrimoniorum, nàm publica, vel ad publicum redacta, non pertinent ad Sac. Pœnitentiariam.

Et ſic præfati Confeſſores, ſeù Pœnitentes poterunt caſus præfatos cum dictis circumſtantijs, & cauſis exponere, ſiuè latino, ſiuè quocumque alio idiomate propriæ regionis, nàm Sacra Pęnitentiaria ſuos ex quacumque regione Pęnitentiarios ſubordinatos habet, exprimant inſupèr in fine expoſitionis caſus, nomen, cognomen, cui ſit à Sacra Pęnitentiaria reſcribendum, etiamſi ipſum nomen, & cognomen ſit fictitium. Itemque modum, per quem reſponſio ſecura dirigi poſſit, ſignificando ſcilicèt, vulgari nomine Oppidum, ſeù Ciuitatem, & Regionem, cum data menſis, & anni in hunc modum

Intus

Intus incipiant Epiſtolam, ſeù ſupplicationem ſic: Eminentiſſime, & Reuerendiſsime Domine.

N. Mulier emiſit votum ſimplex caſtitatis, manet in periculo incontinentiæ, niſi nubat, ſupplicat ſibi votum commutari ad effectum contrahendi matrimonium.

Terminent epiſtolam, ſeù ſupplicationem ſic

Dignetur Eminentia Veſtra reſcribere ad N. & N. & exprimant nomen, & cognomen, cui eſt reſcribendum: Ad Ciuitatem N. exprimendo nomen Ciuitatis. Per Oppidum N. exprimendo vulgari nomine, nomen Oppidi. Et dirigere Breue, ſeù gratiam ſimplici Confeſſario, ſeù Confeſſario Magiſtro in Theologia, ſiuè decretorum Doctori, ſiuè Parocho, cui Pęnitens aperuit ſuam conſcientiam, ne ipſe Pęnitens, & præſertim fęminæ cogantur circumire pro executione gratiæ Sac. Pęnitentiariæ.

Dirigant epiſtolam, ſeù ſupplicationem ſcribendo extrà, ſeù à foris in hunc modum.

Eminentiſsimo, & Reuerendiſsimo Domino, Domino Cardinali Maiori Pœnitentiario. Romam.

Et ſi tardauerit reſponſio, Confeſſarij reſcribant, ne fortè ſit deperdita, & nunquàm deſperent Pęnitentes.

Hortantur inſupèr Parochi, ſiuè Confeſſarij, ad quos præſentes litteræ peruenerint, illarum notitiam, quibus poterunt pro animarum ſalute communicare.

FINIS.

Conſti-

Conſtitutio ſuper facultatibus Maioris Pœnitentiarij.

INNOCENTIVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex omnium Chriſtifidelium Pater, & Paſtor, eius, qui vt peccatores pretioſi ſui Sanguinis profuſione redemptos ſaluos faceret, ſemetipſum exinaniuit, vices gerens in terris, ad ea, per quę ſibi cœlitùs commiſſi gregis ſaluti vberiùs conſulitur, præcipuis debet, & indefeſſis ſtudijs incumbere, ſibique in Petro Apoſtolorum Principe attributam poteſtatem, qua infallibili Chriſti Domini teſtimonio, quidquid ſoluerit ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis, per ſe,& reſpectiuè per alios prouida diſpenſatione exercere. Exordium.

Huius conſiderationis intuitu Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri Pœnitentiariæ Apoſtolicæ officio,& Maiori Pœnitentiario quamplures,& amplas facultates conceſſerunt, illaſque aliquando, in ijs præſertim, quæ forum internum non concernebant, reformarunt,& quandoque ampliarunt, & immutarunt, proùt rerum, & temporum circumſtantijs, opportunitatibus, & viciſſitudinibus attentè penſatis cenſuerunt in Domino ſalubritèr expedire. Refert in genere diſpoſitiones Anteceſſorum.

Aliàs ſiquidem poſt antiquiores Officij huiuſmodi ſtatus fel.rec. Pius Papa IV. Prædeceſſor Noſter Officiorum,& Tribunalium Romanæ Curiæ reformationi Paſtorali ſollicitudine intentus, ad eiuſdem Pœnitentiariæ officium, in quo morum cenſura, & animarum ſalus præcipuè vertitur,conſiderationis ſuæ oculos direxit, habitaque deſuper cum tunc exiſtentibus S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ipſoque Maiore Pœnitentiario, ac eius Officialibus auditis, ac omnibus maturè conſideratis, de eorundem Cardinalium conſilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus pro tempore exiſtens Maior Pœnitentiarius, Regens,Correctores, Scriptores,& Procuratores,ac alij quicunque eius Officiales, & Miniſtri ab eorum omnium, quæ in tunc confectis capitulis, & prohibitionibus continebantur, & forum internum, Conſtitutio Pij IV., qua moderatus fuit facul. tates reſpectu fori externi.

ſeù

ſeù pœnitentialem, plerunque non reſpiciebant, conceſſione, & commiſſione penitùs ceſſare, & abſtinere deberent, per quaſdam ſuas anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo quinto nonas Maij Pontificatus ſui anno tertio expeditas literas auctoritate Apoſtolica ſtatuit, & ordinauit.

Conſtitutio S. Pij V. reuocatoria conceſſorum etiam viuæ vocis oraculo.

Succeſſiuè recol. mem. Pius Papa V. etiam Prædeceſſor Noſter tempus, & neceſſitatem, ſuique inſtituti rationem poſtulare perpendens, vt in multis Romanæ Curiæ rebus nouam deinceps formam proponeret, eiuſmodi verò curam ipſum impenſiùs ſolicitare, vt ad ea in primis incumberet, quæ ſalutem, & periculum reſpiciebant animarum, ac à præfato Pœnitentiariæ officio initium capere, nouamque illi pro futuris facultatem ſtatuere volens, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnem, & quamcunque eiuſdem Officij, & Pœnitentiarij Maioris auctoritatem, iuriſdictionem, & poteſtatem ordinariam, & delegatam, ac omnia, & quæcunque priuilegia, facultates, & indulta illis, cæteriſque omnibus dictæ Pœnitentiariæ tunc exiſtentibus Collegijs, & perſonis ab ipſius Officij inſtitutione per quoſcunque Romanos Pontifices Prędeceſſores ſuos, ac ſeipſum, & Sedem Apoſtolicam etiam motu proprio, & ex ipſius certa ſcientia, deque prædictæ poteſtatis plenitudine tam in genere, quàm in ſpecie, ac de mandato ſpeciali, & expreſſo etiam viuæ vocis oraculo emiſſo, & ex quibuſcunque cauſis conceſſa, confirmata, ac etiam pridem à memorato Pio IV. Prædeceſſore reformata, reſtricta, & moderata, quibuſcunque concepta formulis, ac etiam reſtrictiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijſque fortioribus, & efficacioribus etiam vim contractus inducentibus clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis ſuffulta, quorum omnium tenores haberi voluit pro expreſſis, quæcunque eſſent, (poteſtate minorum Pœnitentiariorum ſuorum, & ordinationibus de illis, eorumque ſtatu tunc pridem editis literis ſaluis, & integris remanentibus) reuocauit, ſuppreſſit, & aboleuit, & aliàs prout in eiuſdem Pij V. Prædeceſſoris quarto Kalendas Maij anno prefatæ Incarnationis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, & Pontificatus ſui quarto deſupèr expeditis literis vberiùs continetur.

Narràtur eundem S. Pium V. alia Conſtitutione ordinaſ.

Vtquè memoratus Pius V. Prædeceſſor habita de Miniſtrorum qualitate, numero, functionibus, & officijs ratione explicita, nouam futuris formam de integro præſcribere valeret,

ſeret, qua ipſum Pœnitentiariæ officium certis quibuſdam facultatibus, quæ alijs officijs magis conueniebant, exoneratum, atque expeditum, deindè ea, quæ Animarum ſalutem præcipuè concernebant, attentiore ſtudio proſequeretur, quinto decimo Kalendas Iulij eiuſdem anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi noni duas edidit Conſtitutiones, in quarum prima, quæ incipit: *In omnibus rebus*, Miniſtrorum qualitatem, numerum, functiones, & officia in poſterùm ordinauit; In alia verò, quæ incipit: *Vt bonus Paterfamilias*, Pœnitentiariæ huiuſmodi officium nonnullis ibidem relatis facultatibus dumtaxàt, quas pœnitentialis muneris maximè proprias, ac egentium Chriſtifidelium remedio accommodatas cenſuit, communiuit.

ſe numerum Miniſtrorum, & facultates.

Deindè nihilominùs idem Pius V. Prædeceſſor, eiuſque ſucceſſores Romanos Pontifices quampluribus viuæ vocis oraculis, & piæ mem. Gregorius Papa XIV. paritèr Prædeceſſor Noſter etiam ſuis in forma Breuis die decima Aprilis anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi primi expeditis literis, reformatas, vt præfertur, memorati officij facultates multotiès ampliarunt, & extenderunt.

Ampliationes factæ ab eodem S. Pio V., & Gregor. XIV.

Verùm huiuſmodi facultatibus valdè, vt præfertur, multiplicatis, & adauctis, ſim. mem. Vrbanus Papa VIII. etiam Prædeceſſor noſter memoratorum Pij IV, & Pij V. Prædeceſſorum veſtigijs inhærens, per ſuas die decimaſeptima Septembris anni milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi quarti Pontificatus ſui duodecimi in forma Breuis paritèr expeditas literas, præuia, quoad inibi deſcripta capita quarumcunque facultatum, ſeù Indultorum, ac viuæ vocis oraculorum deſupèr conceſſorum, & alitèr emanatorum, quæ ijſdem literis aduerſarentur, reuocatione, motu proprio, ex certa ſcientia, & matura deliberatione ſuis, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuit, & ordinauit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Maior Pœnitentiarius, & eiuſdem Pœnitentiariæ Regens, cæterique eius Officiales, & Miniſtri pro tempore exiſtentes, à particularium caſuum, & negotiorum inibi expreſſorum conceſſione, commiſſione, & expeditione, quæ aliàs nullæ eſſent eo ipſo, penitùs ceſſare, & abſtinere deberent.

Vrbanus VIII. poſtea in nonnullis moderatus fuit.

Adhuc tamen, & poſt huiuſmodi particularem reformationem alia Romanorum Pontificum ad hæc vſque tempora viuæ vocis oracula facultates huiuſmodi ampliantia, & reſpectiuè moderantia ſuperuenerunt.

Succeſſerunt ampliationes Succeſſorum per viuæ vocis oracula.

N Hinc

Sub hac vnica Conſtitutione compilantur facultates attendendæ, & non aliæ.

Hinc Nos animarum ſaluti, ac facultatum vnicuique Officio, & Tribunali competentium ordini, & diſtinctioni, quantùm Nobis ab Alto conceditur, conſulere volentes, ac propterea literarum Apoſtolicarum,& viuæ vocis oraculorum præfatorum multiplicitatem, varietatem, & immutationes ſedula meditatione penſantes, noſtræ Pœnitentiariæ,ac Maioris Pœnitentiarij facultates ſeligere, & ſelectas, cęteris excluſis, compilare, & in vnum redigere decreuimus, vt quouſque facultates huiuſmodi extendantur, ac quomodò, & in quibus caſibus exerceri poſſint, & debeant, certè, promptè, & diſtinctè ſub vnica, & omnium comprehenſiua ſanctione innoteſcant.

Præſeruatur Cõſtitutio S. Pij V. ſuper numero, & qualitatibus Officialium Pœnitentiariæ.

Necnon futura viuæ vocis oracula.

Omnium itaque, & ſingularum literarum, & oraculorum huiuſmodi, ac aliarum, & aliorum, quæcumque ſint,& ſi quæ ſint, tenores pro plenè, & ſufficientèr expreſſis,& inſertis habentes, ac ſaluis, & in ſuo robore, & ſtatu permanentibus ijs, quæ in altera ex præfatis eiuſdem Pij V. Prædeceſſoris Conſtitutionibus incipien. *In omnibus*, ſuper Miniſtrorum Pœnitentiariæ pręfatæ, qualitate, numero, functionibus, & officijs ordinata fuerunt, ac etiam ſalua ſemper Maioris Pœnitentiarij facultate Romanum Pontificem in quibuſcunque particularibus caſibus, tametſi per præſentes noſtras literas non conceſſis, immò prohibitis, conſulendi, itaùt ipſi Maiori Pœnitentiario de Romani Pontificis ſpeciali mandato deſuper viuę vocis oraculo ſibi facto procedere aſſerenti, indubia fides debeat adhiberi; Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine infraſcriptas tantùm facultates eidem Pœnitentiariæ,& Maiori Pœnitentiario de cętero competere, ac in illa, & ab illo in hunc, qui ſequitur modum, exerceri poſſe hac noſtro perpetuò valitura Conſtitutione, ſtatuimus, atque decernimus.

Pœnitentiarius Maior abſoluere poteſt omnes ab omnibus cenſuris quibuſcũque reſeruatis.

Noſtro itaque, & pro tempore exiſtenti Maiori Pœnitentiario concedimus, vt omnes, & ſingulos cuiuſcunque qualitatis,dignitatis,& gradus Eccleſiaſticos Sæculares,& cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti Regulares, necnon laicos quoſcunque vtriuſque ſexus tam præſentes, quàm abſentes, ab omnibus, & quibuſcunque culpis, criminibus, & exceſſibus quantumcunque grauibus, & enormibus tam publicis, quàm occultis quandocunque,& quomodocunque commiſſis, & perpetratis, necnon ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque cenſuris, & pœ-

nis.

Digitized by Google

nis Eccleſiaſticis præmiſſorum occaſione latis, & per illos incurſis, etiam in caſibus nedùm Superioribus Regularibus, & Ordinarijs, ſed etiam Nobis, & Sanctæ Sedi ſpecialitèr, ac etiam per literas, quæ die Cœnæ Domini quotannis promulgantur, reſeruatis, iniuncta ſemper ijſdem pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & alijs, quæ fuerint de iure iniungenda abſoluere, & abſolui mandare poſſit, & valeat; Regulares nimirùm à culpis, & cenſuris præmiſſis in vtroque foro, & Eccleſiaſticos ſeculares, necnon laicos à prædictis culpis, & cenſuris in foro conſcientiæ tantùm; Eoſdem verò Eccleſiaſticos ſeculares, necnon laicos tunc in vtroque foro abſoluere, & abſolui mandare poſſit, quando agitur de excommunicatis, & ſuſpenſis à ſententia generali, vel ſpeciali delegatorum, aliorumque Iudicum, quorum iuriſdictio expirauerit, ſeu etiam de illis, quorum abſolutio per eoſdem Iudices, aut alios fuerit ad Romanum Pontificem, & ad dictam Sanctam Sedem remiſſa, ſeù paritèr de ijs, qui legitimo impedimento detenti præſentiam Iudicum, vel illorum, qui eos excommunicarunt, aut ſuſpenderunt, aut alium, ſeù alios adire non potuerint.

Regulares in vtroque foro Eccleſiaſticos Seculares, & Laicos in foro conſcientiæ tantùm.

In quibus caſibus etiam illos in vtroque foro.

Ita tamen, vt prædicti à cenſuris ab homine latis, ſeù declaratis in vtroque foro, vt prefertur, abſoluendi, in ſuis congruis caſibus reſpectiuè iudicato paruerint, & parti ſatiſfecerint, vel quamprimùm potuerint, alioquin in eaſdem cenſuras reincidant, ſatisfaciant: Eadem verò parte oblatam conuenientem ſatisfactionem, quæ tamen in ſententijs, ſeù decretis indiuiduata non ſit, irrationabilitèr recuſante, poſſit Maior Pœnitentiarius Iudicis, coram quo cenſurarum cauſa pendet, conſcientiæ remittere, vt conuenientem ſatisfactionem arbitretur, illaque per reum oblata, & per aliam partem irrationabilitèr recuſata, valeat adhuc firma remanente huiuſmodi oblatione ad abſolutionem procedere.

Abſoluendi in vtroque foro debent paruiſſe iudicato, & parti ſatisfeciſſe, vel ſatisfactionem obtuliſſe.

Romam quoque aduenientes ab omnibus per quemcunque Iudicem, vel aliàs quomodocunque, non tamen in Romana Curia nominatim promulgatis, ſeù alibi promulgatis, & in eadem Curia notorijs cenſuris, ad effectum dumtaxàt, vt Indulgentias, Sacra Vrbis loca piè, ac religiosè inuiſentibus conceſſas, liberè, & licitè conſequi valeant, itaùt ſimul ac indulgentias prefatas conſequuti fuerint, ijſdem, quibus antea cenſuris conſtricti teneantur abſoluere, & abſolui mandare poſſit, & valeat. Quod ſi cenſuris ab homine nominatim

Venientes Romam abſolui poſſunt ad effectum conſequendi Indulgentias.

Ab Vrbe remittendi ad Iudices abſolui poſſunt in caſu, & durante periculo.

ligati pro abſolutione Romam aduenerint, ſed pro illa obtinenda fuerint ad eorum Iudices remiſſi, & probabile mortis periculum in itinere pertimeſcunt, poterit Maior Pœnitentiarius ad congruum tempus ab ipſo pro huiuſmodi itinere agendo arbitrandum, ſub conditione, ſi huiuſmodi periculum immineat, & cum reincidentia, ſi præfati idem periculum euaſerint, in foro conſcientiæ tantùm abſoluere, & abſolui mandare.

Non poteſt abſoluere à reſeruatis in Bulla Cœnæ Principes, aut iura Imperij exercentes, ſeù Epiſcopos, & Prælatos in caſibus publicis.

Nequeat tamen in vllis caſibus publicis, qui in præfatis literis die Cœnæ Domini legi conſuetis continentur, etiamſi Sedes Apoſtolica tunc vacaret, aut Romanus Pontifex proptèr infirmitatem, vel aliam cauſam ita fuiſſet impeditus, vt celeritèr conſului non poſſet, Principes, & alios Ius Imperij etiam Vicario nomine habentes, ac dominia, & reſpublicas, ſeù perſonas illorum, & illarum adminiſtrationem habentes, vel habere ſolitas, necnon Epiſcopos, & alios Superiores Prælatos abſoluere, & abſolui mandare.

Non poteſt abſoluere Cardinales, & alios Sede plena tractantes de futuro Pontifice eligendo, & contrauenientes in electione Conſtitutionibus.

Minuſque poſſit etiam in occultis etiam in foro conſcientiæ tantùm Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales, & alios cuiuſcunque qualitatis, ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, & pręeminentiæ fuerint, qui viuente Romano Pontifice de quopiam eligendo, vel excludendo tractauerint, ſuffragia inierint, ambituſue, aut pactiones fecerint, ſeù Sede Apoſtolica vacante in cenſuras, ſeù pœnas in fel. record. Gregorij Papæ XV., & pręfati Vrbani VIII. etiam Prędeceſſorum Noſtrorum ſuper electione Romani Pontificis pro tempore facienda, decimo ſeptimo Kalendas Septembris anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, & quinto Kalend. Februarij anno eiuſdem Incarnationis milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto reſpectiuè emanatis literis contentas, quomodolibet inciderint, abſoluere, & abſolui mandare.

Neque per Aſtrologiam iudiciariam inquirentes de vita Pontificis, & de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ.

Nec paritèr poſſit etiam in occultis etiam in foro conſcientiæ tantùm eos cuiuſcunque qualitatis, ſtatus, dignitatis, pręeminentiæ, & conditionis fuerint, qui aſtrologia iudiciaria, vel aliàs per ſe, vel per alios de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, ſiuè de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, inquirentes, eiuſdem Vrbani Prędeceſſoris pridiè Kalendas Aprilis anno eiuſdem Incarnationis milleſimo ſexcenteſimo trigeſimoprimo contra illos editis literis contrauenerint, abſoluere, & abſolui mandare.

Nec

Digitized by Google

Nec ſimilitèr valeat in caſibus publicis, etiam in iudicium non deductis violatæ immunitatis, ſeù libertatis Eccleſiaſticę vllatenùs abſoluere, ſeù abſolui mandare.

Neque in caſibus publicis violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ.

Eos tantùm hęreticos in foro conſcientiæ dumtaxàt, abſque alia abiuratione coram Ordinario, aut Inquiſitore facienda, abſoluat, ſeù mandet abſolui, qui cum nemine de ſuis hęreſibus loquuti ſunt, & omninò ſunt occulti, etiamſi aliquos extrinſecos actus fecerint, ex quibus argui potuiſſent hęretici, dummodò tamen ad eoſdem actus, quamuis de ſui natura noſcibiles, ſeù ad notitiam deducibiles, quantùm ipſi ſciant, & proùt credunt, nullus aduertit; Apoſtatas quoque à Fide Catholica, & hęreticos in eodem foro conſcientiæ dumtaxàt abſoluat, ſeù abſolui mandet in ijs ſolùm caſibus, in quibus neceſſe non eſt complices denunciare, quando nimirùm ijdem complices mortui, ſeù ex regionibus palàm infectis ſunt, & in illis degunt, non tamen quando complices Itali, vel Hiſpani, ſeù ex illis regionibus eſſent, in quibus Inquiſitionis Sancti Officij auctoritas viget: omni alia facultate ab hęreſi, vel apoſtaſia huiuſmodi abſoluendi in cęteris, prǽterquam in caſibus, in quibus Sanctæ Inquiſitionis Officium ad Maiorem Pœnitentiarium abſoluendos remitteret, interdicta.

Poteſt abſoluere Hæreticos occultos in foro conſcientię.

Et Apoſtatas à Fide quando non eſt neceſſè denunciare còplices.

Munera à Regularibus contra recol. memor. Clementis Papæ VIII. paritèr Prędeceſſoris Noſtri anno Incarnationis pręfatæ 1594. tertiodecimo Kalendas Iulij editam Conſtitutionem vltra valorem decem ſcutorum monetæ recipientes, exceptis rerum medicinalium, ſeù deuotionis muneribus, antè factam reſtitutionem non abſoluat, nec mandet abſolui; Infrà verò pręadictum valorem, nonniſi facta arbitrio ipſius Maioris Pœnitentiarij, ſeù per eum eligendi Confeſſarij eleemoſyna, quę in beneficium Religionis, ſeù Conuentus, cui de iure facienda eſſet reſtitutio, ſi cautè fieri poteſt, erogetur, abſoluat, ſeù mandet abſolui.

Poteſt abſoluere recipientes munera à Regularibus, facta eleemoſyna.

Moniales, & quaſcunque perſonas, quæ in caſibus publicis clauſuram earundem Monialium ad malum finem violauerint, & reſpectiuè auſę fuerint violare, non abſoluat, nec mandet abſolui, niſi in caſibus, in quibus ipſi Epiſcopi, ſeù Ordinarij pro ipſis deliquentibus ſupplicauerint, & caſus ad ad Congregatiouem S.R.E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitam deducti non fuerint.

A càſibus violatæ clauſuræ Monialium quando poſſit abſoluere.

Con-

Menialibus non dat Confeſſarios, & de Capuccinis non deputandis.

Confeſſarios Monialibus nullatenùs concedat, & Capuccinos in illis regionibus, in quibus] ijdem Confeſſionibus audiendis operam dare non ſolent, in Confeſſarios non deputet.

Diſpenſare poteſt in foro conſcientiæ ſuper quacunque irregularitate ad Ordines, & Beneficia.

Ad hæc deſupèr quacunque irregularitate, & inhabilitate ex quocunque delicto, etiam homicidio voluntario, & ex quocunque defectu proueniente, in caſibus tamen occultis, & in foro conſcientiæ tantùm, pręuia in grauioribus caſibus matura diſcuſſione facienda in Pœnitentiariæ ſignatura diſpenſare, vel diſpenſari mandare poſſit tàm cum Eccleſiaſticis Sęcularibus, quàm cum Laicis reſpectiuè, cum quibus expediens videbitur, vt Ordinibus initiari, & in ſuſceptis etiam Sacris, & Presbyteratus Ordinibus miniſtrare, & ad Superiores conſcendere, ac diguitates etiam Cathedrales, & Metropolitanas, ac quæcunque Beneficia Eccleſiaſtica quandocunque ante diſpenſationem alioquin canonicè obtentas, vel obtenta retinere, necnon huiuſmodi Beneficia, & Dignitates, (exceptis, quando agitur de homicidio voluntario, vel alio grauiſſimo exceſſu, Eccleſijs Cathedralibus, & Metropolitanis) etiam poſt delictum aſſequi valeant.

Etiam cum Hæreticis, & Apoſtatis à Fide, niſi ob grauitatem remittendi ad S. Inquiſitionem.

Cum Hęreticis, & Apoſtatis à Fide Catholica, quando hęreſis, & apoſtaſia huiuſmodi nullatenùs eſt propalata, & caſus grauitas non ſuadet Pœnitentes ad S. Inquiſitionem remittendos eſſe ſuper quacunque irregularitate, inhabilitate, & infamia exindè contracta, tàm ad Ordines ſiuè ſuſceptos, ſiuè ſuſcipiendos, quàm ad Beneficia diſpenſare, & diſpenſari mandare poſſit, & valeat.

Diſpenſare poſſit in foro conſcientiæ cum malè promotis in caſu grauis ſcandali.

Cum malè promotis occultis, non obſtante eiuſdem mem. Sixti Papæ V. etiam Prædeceſſoris Noſtri anno Incarnationis prędictæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono nonis Ianuarij edita Conſtitutione, & ſignantèr cum promotis per ſaltum etiam prętextu licentiarum de promouendo extrà Tempora, vel non ſeruatis interſtitijs, vel ſine literis dimiſſorialibus proprij Ordinarij, non diſpenſet, niſi in foro conſcientiæ quando periculum adeſſet grauium ſcandalorum, tùnc enim poſſit in forma Pœnitentiariæ conſueta diſpenſare, vt ſcilicet omiſſos Ordines ſecretè recipiant à quolibet Catholico Antiſtite gratiam, & communionem cum Sede Apoſtolica habente, & tunc, & extrà tempora, & non ſeruatis interſtitijs, & abſque prętatis dimiſſorijs.

Cum

Cum promotis ad Sacros Ordines, qui ſimoniam cum Epiſcopis promouentibus commiſerint, diſpenſare, & diſpenſari mandare poſſit in occultis dumtaxàt, & in foro conſcientiæ tantùm, cum clauſula monitis monendis, & iniuncta graui pœnitentia, ac re prȩſertim diſcuſſa in Signatura.

Etiam cum promotis ſimoniacè.

A diſpenſationibus, ſeù conualidationibus titulorum etiam in foro conſcientiæ tantùm, etiam in occultis caſibus abſtineat, cùm agitur de ſimonia reali ſcientèr contracta, & de Beneficijs, ſuper quibus contracta eſt ipſa ſimonia; At ſi illa contracta fuiſſet ignorantèr etiam ignorantia Iuris inculpata, poſſit Maior Pœnitentiarius in occultis, & in foro conſcientię tantùm diſpenſare, & Beneficiorum poſt ſimoniam obtentorum titulos conualidare, modò Orator de eadem ſimonia certior factus quamprimùm commodè potuerit, petierit diſpenſationem, omni alia facultate in cȩteris ſimoniæ caſibus, & prȩſertim publicis interdicta.

Quoàd Beneficia diſpenſare poſſit ſuper ſimonia ignorantèr commiſſa.

Titulos Beneficiorum in concurſu obtentorum in foro conſcientiæ tantùm in occultis conualidare poſſit, quando tamen inhabilitas prouenit ex aliqua cenſura, vel quia illa irretitus impetrans adminiſtrauit.

Titulos Beneficiorum in concurſu obtentorum conualidare.

A conualidatione titulorum, & condonatione fructuum abſtineat quoad illos, qui de Eccleſijs Cathedralibus prouiſi, infra præfinitum tempus munus conſecrationis non ſuſceperint.

De non condonandis fructibus amiſſis ob non ſuſceptum munus conſecrationis.

A compoſitione paritèr, & condonatione fructuum beneficialium, & Eccleſiarum Epiſcopalium, ac etiam diſtributionum quarumcunque quouis modo malè perceptorum in caſibus non occultis abſtineat; In occultis verò poſſit cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & vlterioribus componere, vel etiam condonare, iniuncta eiſdem Pœnitentibus erogatione eleemoſynæ ipſius Maioris Pœnitentiarij, vel Confeſſarij ab ipſo deputandi arbitrio limitandæ. Cum reliquis autem videlicet Italis, Hiſpanis, Luſitanis, & adiacentium Inſularum perſonis diſcretè compoſitionem concedere, & ea mediante fructus condonare, pecunijs exindè exactis receptori emolumentorum Datariæ noſtræ integralitèr conſignatis: Pauperibus tamen, quorum inopia compoſitionem non admittit, poſſit condonare, iniuncta eleemoſyna modo ſupradicto, quæ nihilominùs ſine præiudicio illorum, quibus diſtributiones accreſcere, vel non decreſcere debent, ſint, & cenſeantur ordinata.

De condonatione fructuum beneficialium in occultis tantùm cum diſtinctione modi iuxtà Nationum, & perſonarum differentiam.

Cum

Diſpenſare po-teſt cum Regulari bus ſuper quibuſcumque irregularitatibus ad ordines, vocem, officia, & beneficia Ordinis.

Cum Regularibus autem ſuper irregularitate quorumque criminum quandocunque perpetratorum, vel incurſus in cenſuras occaſione, vel quia iidem ſic ligati ſuos Ordines, non tamen in contemptum Clauium, exercuerunt, aut illis ſe immiſcuerunt, ſeù alitèr quomodolibet contracta, vt eadem irregularitate, & quibuſcunque alijs defectibus non obſtantibus, ſuſceptis Ordinibus, & eorum priuilegijs vti, ac in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, & Ordines non ſuſceptos ſuſcipere, & in ijſdem ſimilitèr etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, necnon quæcunque, quotcunque, & qualiacunque ſuorum Ordinum, & Congregationum alioquin canonicè obtenta officia, Beneficia regularia, munia, prçeminentias, dignitates, & prçlaturas etiam maiores, & principales retinere, & exercere, necnon eadem, ſeù eaſdem (non tamen Generalatum) ad quæ, ſeù quas in futurum canonicè, & iuxtà eorumdem Ordinum, & Congregationum Regularia Inſtituta eligentur, vel alitèr aſſumentur, recipere, aſſequi, gerere, & liberè exercere etiam licitè valeant diſpenſare, eoſque in pristinum, & ad eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant ſtatum, & ad vocem actiuam, & paſſiuam reſtituere, reponere, & plenariè reintegrare, & pœnas illis gratiosè remittere, & condonare, necnon pro maiori abſolutionum, & diſpenſationum præfatarum firmitate quibuſuis Conſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis, & priuilegijs quomodolibet obſtantibus ſufficientèr derogare, Maior Pœnitentiarius prçfatus poſſit, & valeat.

Id poſſit in vtroque foro, auditis Superioribus pro foro externo.

Volumus autem, vt in huiuſmodi caſibus occultis in foro conſcientiæ tantùm, in publicis verò caſibus in vtroque foro, auditis tamen, & ſupplicantibus Superioribus, bonumque teſtimonium de ipſis Regularibus ferentibus, grauata in ijs eorundem Superiorum conſcientia, & matura circumſpectione ſemper adhibita, cum ijſdem Regularibus, vt præfertur, diſpenſare, & diſpenſari mandare valeat.

Homicidas, & bannitos ad ingreſſum in Religionem habilitare, & Fiſco, ac parte concordatis pro ingreſſu poſt profeſſionem diſpenſare ſuper irregularitate.

Cum homicidis, bannitis, alijſque delinquentibus, qui memorati Sixti Prædeceſſoris anno Incarnationis prçfatæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſeptimo ſexto Kalendas Decembris expeditis literis, Religionem ingredi, & in ea profeſſionem emittere inhabilitantur, ſi expedire videbitur, habilitare, & habilitari mandare, ac cum ijs, qui homicidia voluntaria commiſerint, vt etiàm vti Clerici aliquam ex approbatis Religionibus ingredi, ibique profiteri, in vtroque foro,

quan-

quando ſic expedire videbitur, diſpenſare, & diſpenſari mandare valeat, ea tamen lege, vt ſic habilitandi, ſeù diſpenſandi Fiſcum, & Partem priùs concordauerint, & profeſſionem emittant, nec ante profeſſionem huiuſmodi in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, nec ad ſuperiores ordines aſcendere poſſint.

Circà Apoſtatas, & tranſitum de vna ad aliā Religionem aliàs prouidebitur.

Quoad Apoſtatas, & tranſitum Regularium de vna ad aliam Religionem, citra aliquam innouationem interim faciendam, an, & quales facultates Maiori Pœnitentiario remanere, reformari, ſeù concedi conueniat, de nonnullorum S.R.E. Cardinalium deſupèr à Nobis deputatæ Congregationis conſilio ſuis loco, & tempore decernemus.

Diſpenſare poteſt ſuper occultis impedimentis non dirimentibus matrimonium.

Non poteſt ſuper dirimentibus etiam occultis.

In matrimonijs contrahendis poſſit idem Maior Pœnitentiarius in foro conſcientiæ tantùm ſuper impedimentis occultis, quæ matrimonium non dirimunt, diſpenſare, vel diſpenſari mandare: At à diſpenſationibus ſuper quocunque impedimento ex quouis gradu, ſiuè conſanguinitatis, ſiuè affinitatis ex copula licita, ſiuè ex cognatione ſpirituali proueniente, etiàm in foro conſcientiæ tantùm, tametſi impedimentum ſit occultum, & periculum ſcandalorum immineat, in ijſdem matrimonijs contrahendis abſtineat.

Non poſſit reualidare matrimonia nulla ob impedimentum primi, & ſecundi gradus.

In impedimento ſecundi poteſt poſt decennium.

In quibus caſibus poſſit in alijs gradibus.

In contractis verò matrimonijs à diſpenſatione, ſeù matrimonij reualidatione in gradibus primo, & ſecundo, ſeù ſecundo tantùm conſanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita etiàm in occultis paritèr abſtineat, præterquam ſi in huiuſmodi ſecundo tantùm gradu impedimentum ſaltem per decennium durauerit occultum, & oratores ſimul publicè contraxerint, & conuixerint, & vti coniuges legitimi reputati fuerint. In tertio autem, & quarto gradibus occultis poſſit diſpenſare, ac etiàm in ijſdem tertio, & quarto gradibus publicis reualidare matrimonia nulliter contracta ex cauſa ſubreptionis, vel obreptionis occultæ Literarum Apoſtolicarum, præterquam ſi falſitas conſiſtat in narratione præcedentis copulæ, quæ tamen anteà non interceſſerat.

De ſeruandis in caſu nullitatis diſpenſationis ob tacitam copulam.

Quod ſi oratores, qui obtinuerint à noſtra Dataria diſpenſationem ſuper gradu prohibito tam in primo, & ſecundo, quàm in ſecundo tantùm, ac etiàm in tertio, vel quarto, tacita copula inter eos ſequuta, quam ſinè honoris detrimento detegere non valent, & ratione huiuſmodi taciturnitatis petant diſpenſationem pro matrimonio contrahendo, ſeù reualidationem matrimonij contracti, poſſit idem Maior Pœnitentiarius, ſi copula ſit adhuc ſecreta, in foro conſcientiæ tan-

nem concedere, facta quando agitur de primo, & ſecundo, vel ſecundo tantùm gradu compoſitione quinquaginta ducatorum auri de Camera ad Datariam tranſmittendorum, ad effectum, vt inconcuſſi moris eſt, erogandi in eleemoſynas, niſi prior gratia expedita fuiſſet in forma pauperum, quo caſu etiam hæc gratia abſque vlla compoſitione ſimiliter expediatur.

Circa eadem mendacis expreſſionis intentionis.

Si verò oratores, qui obtenta diſpenſatione à Dataria ſuper impedimento primi, & ſecundi, ſiuè ſecundi dumtaxàt gradus conſanguinitatis, ſeù affinitatis, cum expreſſione quidem carnalis copulæ, ſed tacita occulta, & malitioſa intentione in ipſa copula habita ad faciliùs habendam diſpenſationem, pro reualidatione huiuſmodi diſpenſationis recurrant ad dictam Pœnitentiariam, poſſit idem Maior Pœnitentiarius deſuper diſpenſare cum miſerabilibus perſonis explicitè affirmantibus ſe vti tales, & ſub illa expreſſa qualitate, & forma miſerabilium diſpenſationes à Dataria obtinuiſſe: Cum ijs verò, qui non tanquàm pauperes, ſed vti ex honeſtis familijs, ſiuè vti nobiles, ſiuè vti illuſtres fuerint ſimiliter ab eodem Dataria diſpenſati, idem Maior Pœnitentiarius non diſpenſet; niſi ſoluta priùs in Dataria, ad effectum pariter erogandi in eleemoſynas, taxa cum Datario pro tempore exiſtente concordanda. Quod ſi ſupplicantes ſint pauperes, itaùt verè, & realiter integram ſummam taxatam, vel aliquam eius partem ſoluere nequeant, præfatus Maior Pœnitentiarius inſimul cum eodem Datario opportunè prouideat.

Diſpenſare poteſt in impedimento affinitatis ex actu fornicario.

Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita, ſeù ex actu fornicario proueniente, quotieſcunque adſit rationabilis cauſa, licèt periculum reuelationis, ſeu ſcandalorum non immineret, vel non adeſſet, in matrimonijs tam contractis, quàm contrahendis in foro conſcientiæ tantùm; quotiès verò affinitas huiuſmodi poſt contractum matrimonium ſuperuenerint, vt debitum peti poſſit, in eodem conſcientiæ foro diſpenſare, & diſpenſari mandare poſſit, & valeat.

Etiam in impedimento criminis, [illegible] neutro, vel vtroque, vel altero machinante.

Super occulto impedimento criminis adulterij, ſi fuerit cum fide data duntaxàt, neutro machinante commiſſum, poſſit tam in contrahendis, quàm contractis matrimonijs diſpenſare; Si verò crimen huiuſmodi fuiſſet vtroque, vel altero machinante patratum, poſſit diſpenſationem concedere, raròtamen, & quando neceſſitas poſtulauerit ratione alicuius grauis imminentis periculi, quod prudentia Maioris

Pœni-

Pœnitentiarij, re præſertim diſcuſſa in Congregatione, vel Signatura, arbitrandum erit.

Declaramus tamen, quod facultates pręfatæ à Nobis Maiori Pœnitentiario, & eiuſdem Pœnitentiariæ officio conceſſæ circà diſpenſationes matrimoniales, locum habeant, etiamſi gradus, & impedimenta huiuſmodi multiplicia ſint quacunque, & quantacunque multiplicitate. Volentes in literis huiuſmodi diſpenſationum matrimonialium poſſe prolem, vbi opus erit ſiuè ſuſceptam, ſiuè ſuſcipiendam, non tamen in adulterio conceptam, in foro conſcientiæ tantùm, legitimam decernere, necnon apponi clauſulam *nullis &c.*, prout in huiuſmodi materijs hactenùs ipſa Pęnitentiaria ſeruare conſueuit.

Diſpenſare quando plura ſimul ſunt impedimenta, & prolem nunciare legitimam.

Vota ſimplicia quęcunque quomodolibet emiſſa, tametſi priuato iuramento confirmata, etiàm caſtitatis, religionis, viſitationis liminum Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli de Vrbe, Sepulchri Dominici, & Sancti Iacobi de Compoſtella, poſſit idem Maior Pœnitentiarius in alia pietatis opera commutare, votorum implementum differre, ab illorum tranſgreſſionibus abſoluere, & cum ijs, qui matrimonium contrahendo votum caſtitatis tranſgreſſi ſunt, ad licitè debitum coniugale petendum, diſpenſare, & reſpectiuè commutari, differri, abſolui, & diſpenſari mandare ſemper in foro conſcientiæ tantùm poſſit, & valeat, conſideratis cauſis commutationum, dilationum, abſolutionum, & diſpenſationum huiuſmodi, & adiectis clauſulis, quas apponere, ijſq; iniunctis, quæ iniungere hactenùs Pęnitentiaria laudabiliter conſueuit.

Facultas commutandi Vota ſimplicia etiam iurata.

Super recitatione diuini Officij, ſeu Horarum Canonicarum propter aliquam impoſſibilitatem, ſeu moralem difficultatem cum commutatione in alias preces, vel orationes ſeu illarum iniunctione facultatem habeat diſpenſandi.

Commutandi obligationem recitandi Officium Diuinum.

Iuramenta quæcunque, in quibus exploratum erit, nullum cuiuſquam agi præiudicium, facultatem habeat in foro conſcientiæ duntaxàt relaxandi.

Relaxandi iuramenta.

Quoad malè ablata, vel retenta, quando Domini ſunt incerti, & caſus ſunt occulti, partem aliquam delinquentibus pauperibus, ſi eorum qualitate, & neceſſitate penſatis, ità videbitur, remittere, ſeu condonare, vel remitti, ſeu condonari mandare poſſit, reſiduum verò pauperibus, vel in pia opera in locis, ſi fieri poteſt, vbi illa ablata, extorta, ſeu vſurpata ſunt, diſtribui, ſeu conuerti mandet.

Pro malè ablatis quando Domini ſunt incerti quid iniungendum.

Cum puellis, quæ virgines non ſunt, & dotes petunt, ſeu

Condonandi dotes debitas Vir-

Digitized by Google

ginibus obtentas à non Virginibus.

obtinuerunt à Confraternitatibus, aut alijs locis, vel diſpenſatoribus pijs, quibus iniunctum eſt, vt illas Virginibus tantùm dent, ſeu diſtribuant in occultis, & in foro conſcientiæ tantùm, quatenùs illæ in poſterum honeſtè viuant, facultatem habeat diſpenſandi.

Facultas declarandi dubia cõſcientiæ.

Dubia in materia peccatorum, ſeu forum pœnitentiale aliàs quomodolibet concernentia cum conſilio Doctorum, & Theologorum ſuorum valeat declarare.

Commiſſiones Pœnitentiariæ non expirant ceſſante Pœnitentiario.

Commiſſiones Maioris Pœnitentiarij, etiamſi committens, illis nondùm præſentatis, re integra deſinat quomodocunque Pœnitentiarius exiſtere, non expirent.

Sede Apoſtolica vacante in quibus ceſſet facultas.

Sede Apoſtolica vacante Maior Pœnitentiarius, eiuſque Officiales ea tantùm facere, & expedire valeant, quæ ad forum conſcientiæ pertinent, in reliquis eorum officium conquieſcat, & à quibuſcunque matrimonialibus, & alijs diſpenſationibus, ac abſolutionibus, & declarationibus, necnon quibuſuis alijs expeditionibus forum fori mixtim, vel ſeparatim quomodolibet reſpicientibus, omninò abſtineant.

Subſtituendi pro Officialibus infirmis.

Quotieſcunque Procuratores, & Scriptores Pœnitentiariæ ſecretæ aliqua mala valetudine detinentur, vel ex aliqua legitima cauſa Maior Pœnitentiarius expediens iudicauerit, poſſit alios in eorum locum durante infirmitate, ſeu cauſa ſubrogare, ſeu ſubſtituere, præſtito ſolito iuramento, & cum ijſdem obligationibus, quibus alij Procuratores, & Scriptores titulati adſtringuntur.

Forma ſeruandi in admittendis Pœnitentiarijs minoribus.

Nullus Minor Pœnitentiarius trium Baſilicarum Vrbis poſſit admitti, ſeu recipi ad officium, niſi prius à Maiori Pœnitentiario, ac Pœnitentiariæ Congregatione, ſeu Signatura fuerit examinatus, & approbatus, & poſtquàm admiſſus fuerit, nequeat ſine eiuſdem licentia diſcedere, ſeu dimitti, idemque ſeruetur quoad Minores Pœnitentiarios Lauretanos, quibus, & alijs ſupradictis Maior Pœnitentiarius poſſit facultatem ad libitum concedere, & reſtringere, & quorum examen poſſit in abſentia etiàm Epiſcopo in partibus ſibi beneuiſo, committere.

Indulgentia pro ſubmittentibus caput ferulæ Maioris Pœnitentiarij.

Omnibus Chriſtifidelibus, qui ex veteri, & laudabili inſtituto Pœnitentiarium Maiorem munere ſuo ſtatutis diebus in hebdomada maiori ſolemni ritu fungentem piè, reuerenterque adierint, ſeſeque pœnitentiali virga tangendos ſubmiſerint, centum dies de iniunctis eis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Eccleſiæ conſueta relaxandi per-

pe-

Digitized by Google

petuam facultatem eidem Maiori Pœnitentiario confirmamus, & quatenùs opus ſit, de nouo concedimus.

Clauſulæ roboratiuæ cum decreto irritanti.

Decernentes præſentes literas etiàm ex eo, quod Maior Pœnitentiarius, ac præfatæ Pœnitentiariæ Regens, & Officiales prædicti, ac alij quicunque in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes eiſdem præmiſſis non conſenſerint, aut vocati, ſeu auditi non fuerint, aliaque quauis de cauſa quantumuis legitima,& iuridica de vllo ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in ius, vel controuerſiam reuocari nullatenùs poſſe, ſed ſemper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & à Maiori Pœnitentiario, Regente, & Officialibus prædictis, alijſque, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari; Sicque per quoſcunque Iudices Ordinarios, & Delegatos quauis auctoritate fungentes, etiàm Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales etiàm de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alitèr iudicandi, & interpretandi facultate, vbique iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane, quidquid ſecùs ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis, vel circà ea à quoquam quauis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Derogatio contrarijs.

Non obſtantibus præmiſſis, & alijs quibuſcunque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & dictæ Pœnitentiariæ etiàm iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſcunque, ac quibuſuis viuæ vocis oraculis, priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis eiuſdem Pęnitentiariæ Officio, illiuſque Maiori Pœnitentiario, ac Officialibus, & Miniſtris, & quibuſuis alijs ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiàm derogatariarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, etiàm motu proprio, & aliàs quomodolibet per Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, ac etiàm Nos conceſſis, innouatis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quauis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad

Digitized by Google

hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, ijſdem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, ad effectum præſentium, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie derogamus, cęteriſque contrarijs quibuſcunque.

Nulli ergò omninò hominum liceat paginam hanc noſtrarum compilationis, conceſſionum, prohibitionum, decretorum, ſtatuti, voluntatis, declarationis, confirmationis, derogationis, aliorumque præmiſſorum infringere, ſeù ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare prçſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo tertio Nonas Septembris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

B. Card. Prodatarius. I. F. Card. Albanus.

Viſa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Breuium.

Publicatio. *Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo indictione decimaquinta, die verò decima nona Septembris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini diuina prouidentia Papæ XII. anno ſecundo, ſupradicta Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad valuas Eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in alijs locis ſolitis, & conſuetis Vrbis, per me Petrum Cannamellinum eiuſdem Sanctiſs. D. Noſtri Papæ Curſorem.*

M. Aurelius Pelliccia Curſ. Magiſter.

DE-

Digitized by Google

DECRETVM

Super prohibitione facta Confeſſarijs Vrbis abſoluendi à quibuſdam Cenſuris, & Caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis.

QVoniam Sanctiſſimus D.N.Clemens XI. pro Paſtorali in commiſſum ſibi Gregem zelo, & pro Eccleſiaſticæ diſciplinæ recta ratione conſeruanda, deputauit Congregationem particularem Eminentiſſimorum DD. S.R.E.Cardinalium Sancti Clementis, Paulutij Maioris Pœnitentiarij,& Fabroni, necnon RR.PP. Corradini Sanctitatis Suæ Auditoris, mei infraſcripti S.Congregationis Concilij, & huius deputatæ Secretarij, ac RR.PP.Damaſceni Conſultoris Sancti Officij, & Alfari Conſultoris Theologi Sacræ Pęnitentiariæ. Eadem Congregatio, conſiderata reformatione facultatum Officij Sacræ Pęnitentiariæ à fel. rec. Innocentio XII. in eius Conſtitut. edita tertio Nonas Septembris 1692. cenſuit, ſi Sanctiſſimo placuerit, præcipiendum eſſe omnibus, & quibuſcumque Presbyteris tam Secularibus, quàm Regularibus in Vrbe ad Confeſſiones audiendas deputatis, ne impoſterùm etiàm in foro conſcientiæ abſoluant extra mortis articulum quoſcumque Pęnitentes tam Incolas Vrbis, quàm ad eam confluentes ab infraſcriptis Caſibus, nempè à Caſu publico violatæ Clauſuræ Monialium ad malum, ſeù inhoneſtum finem, à Presbytericidio publico, & à caſu publico violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis Gregorij XIV. incipientis: *Cum aliàs nonnullì*, & etiàm à caſu occulto dictæ violationis Immunitatis, ſi fuerit ſecuta auctoritate publica, idque omninò ſeruari ab omnibus, & quibuſcumque Confeſſarijs in Vrbe degentibus cuiuſcumque Religionis, Inſtituti, etiàm Societatis Ieſu, ac Congregationis, quacumque ſpeciali nota explicandis, prouc explicati latiùs fuere in decreto Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium die 9. menſis Ianuarij 1602. ſub fel. rec. Clemente VIII., ac illius confirmatorijs, & innouatorijs ſub fel.record. Paulo V. die 7. Ianuarij 1617., & Vrbano VIII. die 17. Nouembris 1628. editis. Ac ſub præſenti

Digitized by Google

Comprehendit hac prohibitione Pœnitentiarios Baſilicarū.

prohibitione comprehendi etiam Pęnitentiarios Baſilicarum Vrbis, & ab omnibus Confeſſarijs prædictis, eam obſeruari ſub ijſdem pęnis, & cenſuris eo ipſo, & abſque alia declaratione incurrendis, quæ continentur in præfatis decretis. Noverintque Pęnitentes abſolutionem, ſi quam impoſterùm obtinuerint à præfatis caſibus in præſenti decreto expreſſis, eſſe nullam, nulliuſque roboris, & momenti, eaque omnia obſeruari. Non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs abſoluendi à prædictis caſibus, ſub quibuſcumque tenoribus tam ante, quàm poſt dicta decreta, tam particularibus perſonis, quàm ratione Religionis, Societatis, vel Inſtituti, obtentis, & iuxtà latam derogationis formam in ijſdem decretis contentam, quæ in præſenti repetita cenſeatur, & non obſtantibus omnibus, quæ idem Clemens VIII. Paulus V., & Vrbanus VIII. voluerunt non obſtare; Rursùs declarando, proùt declaratum fuit in præfatis decretis, quod circà alios caſus Sanctæ Sedi Apoſtolicæ reſeruatos non expreſſos in præſenti decreto (exceptis illis, quæ continentur in Bulla in die Cęnæ Domini legi conſueta) ità intelligatur præſeruata facultas abſoluendi Confeſſarijs Priuilegiatis in Vrbe degentibus, quatenùs tamen eam habeant ex legitimis Priuilegijs non reuocatis, & in vſu exiſtentibus, ac iuxtà eorum tenorem tantùm exequendis. Alijs verò in Vrbe Confeſſarijs Priuilegia non habentibus nihil de nouo, ſicuti per præfata decreta, ità per præſens cenſeatur conceſſum.

Facta per me infraſcriptum hac die decimatertia menſis Maij 1711. relatione prędictæ reſolutionis Sanctiſſimo D. N. Sanctitas Sua eam, omniaque, & ſingula in ea contenta, cum omnibus clauſulis derogatorijs benignè probauit, ac inuiolabilitèr impoſterùm ſeruari præcepit ab omnibus, vt ſupra expreſſis, præſenſque decretum in forma ſolita publicari iuſſit, atque mandauit.

Vincentius Petra S. C. Concilij, & dictæ deput. Secretarius.

BIBLIOTECA N. C. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM.

A

Abſolutio à publica Clerici percuſſione. pag. 59.
Abſolutio pro Percuſſore, qui non valet accedere ad Vrbem. 60.
Abſolutio à percuſſione Clerici in caſu occulto. 67.
Abſolutio pro Percuſſore Clerici, qui neque ad Ordinarium, neque ad Vrbem accedere poteſt. 70.
Abſolutio à Confeſſario ſubdelegato ſemper danda eſt in Sacramentali Confeſſione. 61.
Abſolutio ad reincidentiam, & quando datur. 69.
Abſolutio, & diſpenſatio danda à Confeſſarijs eſt pro foro conſcientiæ tantùm. 9.
Affinitas ex copula illicita quomodò contrahatur. 37.
Affinitas illicita quotuplex. ibid.
Affinitatis illicitæ gradus. 41.
Antiſtitis nomine venit quicumque Ordinarius ſecularis. 7.

B

Beneficium. Vide diſpenſatio, & rehabilitatio Breuiaturæ. 3.
Breuia S.P. conſule indicem Capitum ſecundùm propriam materiam.

C

Caſus occulti ſimplicibus Confeſſarijs, publicis Ordinarijs committuntur. 58.
Caſus publici, pro quibus ad Sac. Pœnitentiariam recurritur. ibid.
Certiorandi partem inſciam de nullitate prioris conſenſus diuerſi modi. 35. 43. 45.
Clauſula de certioratione. ibid.
Clauſulæ Generales. 2.
Clauſulæ (ſi ità eſt) explicatio. 8.
Clericidis, & Presbytericidis, quæ pœnæ ininngendæ. 63.
Clerici fructus Beneficiorum, qui de cauſis malè percipiunt. 83.
Condonatio fructuum ob non recitationem Horarum Canonicarum. ibid.
Confeſſio Sacramentalis non eſt præmittenda, ſi litteræ dirigantur Epiſcopo nominatim, vel ſi Epiſcopus ſubdeleget perſonam in dignitate conſtitutam; ſecùs verè ſi alium Confeſſarium. 6.
Confeſſio præmittenda eſt, ſi litteræ dirigantur Catholico Antiſtiti innominatim. ibid.
Confeſſio non eſt neceſsè, vt fiat Prælato Regulari, cui litteræ diriguntur, vt tali. ibid.

Con-

Confeſſio in quocunque caſu requiritur, etiamſi non ſit delictum pag. 9. *etiamſi non committatur abſolutio.* pag. 79.
Confeſſarius exequutor debet eſſe approbatus ab Ordinario loci, vbi ſit exequutio. 6.
Confeſſarius pro Monialibus quis. 7.
Confeſſarius quando poteſt atteſtari in ſcriptis ſe Pœnitentem abſoluiſſe. 69.
Confeſſarius tenetur ſub pœna excommunicationis laniare litteras S. P., & quando. 71.
Confeſſarius quomodo ſe gerat vtraque parte conſcia impedimenti: 45.
Confeſſio Sacramentalis quomodo iniungenda. 15.

D

Dilatio Voti Religionis. 17.
Diſpenſatio ad petendum debitum. 23.
Diſpenſandi cauſæ in matrimonijs &c. 32.
Diſpenſatio ab irregularitate. 72.
Diſpenſationis cauſa ſuper homicidio voluntario. ibid.
Diſpenſatio ſuper defectu natalium. 78.
Diſpenſatus ad Ordines non cenſetur ad Beneficia, ſed eget noua diſpenſatione. 73.
Diſpenſatio ab irregularitate pro triplici effectu petitur. 72.

E

Epiſcopi ordinationibus qualitèr ſit parendum pag. 16. *Vide Ordinarius.*

F

Facinoroſus abſolutus, & diſpenſatus in vtroque foro. 88.
Facinoroſus, qui vult Religionem ingredi. 87.
Fides facienda à Confeſſario de abſolutione data quando, & eius forma. 61. 62.
Forma abſolutionis pro vtroque foro. 91.
Fructus malè percepti. Vide Clerici.
Formula conſule Indicem Capitum.

G

Gratia ad contrahendum conceſſa vni parti conceditur alteri, ſiuè ſit conſcia impedimenti, ſiuè non, ante, ſiuè poſt diſpenſationem. 41.
Gratiæ ſpecialis forma ſemper eſt proferenda poſt abſolutionem Sacramentalem. 10.

I

Iniungere quid debeat Confeſſarius. 13.
Iniunctis, quæ de iure fuerint iniungenda quomodo intelligatur hæc clauſula. ibid.
Iniungendum quid, quando delictum fuit aliàs abſolutum, & pœnitentiatum. 14.

Iniun-

Digitized by Google

Ininngendorum ſubſtantia obſeruanda eſt. ibid.
Inhabilitas, quibus priuet Clericum, & Sacerdotem Sæcularem, & Regularem. 79.
Inceſtuoſus incurrit excommunicationem. 43.
Iuramentum exigendum ab eo, qui non poteſt ſatisfacere Clerico percuſſo. 61. 69.
Impedimentum criminis. 53.
Impedimenta debent eſſe occulta. 11. & 32.
Impedimenti diſpenſandi cauſa. 32.
Impedimentum ſi ex occulto fiat publicum, quid agendum. 33.

L.

Legitimatio prolis. 39.
Literæ Sacræ Pœnitentiariæ, ad quos effectus conceduntur. 9.
Literæ Sacræ Pœnitentiariæ conſule ſecundùm materias indicem Capitum.

M

Matrimonium nullitèr contractum quomodò denuò contrahatur. 34.
Matrimonium. Vide diſpenſatio.
Miſſus, & remiſſus. 59.
Modi diuerſi certiorandi partem inſciam de nullitate matrimonij. 35.

N.

Natalium defectus. Vide diſpenſatio.

O

Occultum quid, & quale. 11.
Occultum impedimentum ſi fiat publicum quid agendum. 33.
Opera conſueta poſſunt iniungi pro pœnitentia. 14.
Ordinarius quid poteſt facere, ſi pœnitens non poteſt ſatisfacere. 61.
Ordinarij mandatis non parens reus incidit in eamdem excommunicationem. pag. 62.
Ordinarij mandata qualia debent eſſe. 67.
Ordinarius tenetur remouere cedulones poſtquàm Pœnitens, ſiuè miſſus, ſiuè remiſſus fuit abſolutus à Sac. Pœnitentiaria. ibid.

P

Pœnitentia grauis, & diuturna, quæ ſit. 14. & 38.
Pœnitentia publica Presbytericidæ. 64.
Pœnitentiæ huiuſmodi commutatio. ibid.
S. Pœnitentiaria diſpenſat, rehabilitat, & condonat in occultis tantùm. 58.
Sacræ Pœnitentiariæ praxis erga præſentes, & abſentes. ibid.
Sacra Pœnitentiaria abſoluit, & diſpenſat Regulares in vtroque foro. 86.
Prouincia ſi non exprimatur, aut Religio quis adiri poſsit. 7.
Presbytericidæ pœnæ. 63.
Publicum materialitèr poteſt eſſe occultum formalitèr. 12.

Pu-

Digitized by Google

Publicum poteſt eſſe delictum formalitèr, pœna verò occulta. ibid.
Publicum in vno loco ſi occultum ſit in alio. ibid.

R

R*Ehabilitatio.* 79. & ſeq.

S

S*Imoniacus Sacerdos.* 80. & ſeq.
Subreptio, & obreptio. 46.

V

V*Oti ſimplicis Religionis, ob quas cauſas detur dilatio.* 17.
Voti tranſgreſſor tenetur in matrimonio remanere. 20.
Votum caſtitatis diſpenſatur ad licitum vſum matrimonij tantùm. 23.
Voti Religionis commutandi, quæ ſint cauſæ. 24.
Voti Caſtitatis commutandi, quæ ſit cauſa. 27.
Voti Caſtitatis, & Religionis ſimul commutantur aliquandò pag.10. *aliquandò non:* 30.
Votorum peregrinationis Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, quæ cauſæ commutationis. 31.
Vouens, cui conceditur hæc dilatio, debet vitam celibem ducere, & aliqua opera Religionis, quam vouit facere. 7. 25. & ſeq.
Vouens huiuſmodi, ſi ſuperuiuat coniugi, tenetur ad votum, vt anteà. 29.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

DILVCIDATIO FACVLTATVM

Minorum Pœnitentiariorum
BASILICARVM VRBIS,
ET PRAXIS EXECVTIONVM
Ad Litteras, & Reſcripta
SACRÆ POENITENTIARIÆ,
CVM INSTRVCTIONE
Pœnitentiariorum Ordinariorum, & Extraordinariorum
Præſertìm pro futuro

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANNO IVBILEI.
SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
INNOCENTIO XII.
PONT. MAX.
DICATA, ET ELABORATA

A P. SYRO PLACENTINO
Ordinis Minor. Strict. Obſeru. Prouinciæ Bononiæ Lect. Emer.,
& Sanct. Suæ in Sacroſ. Lateranen. Baſilica Min. Pœnit.

In lucem edita, ad commodum etiam Epiſcoporum, Superiorum Religionum, Parochorum, Confeſſariorum, omniumque Curam Animarum habentium, ad vtilitatem quoque ipſorum Pœnitentium.

Additis etiam in fine
ADMONITIONIBVS D. GREGORII PAPÆ
In compendium redactis ad exhortandos Pœnitentes, iuxtà ſingulorum qualitatem adaptatis.

ROMÆ, Typis Reuerendæ Cam. Apoſt. M DCIC. *Superiorum Licentiâ*

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

INNOCENTIO XII.

PONT. MAX.

Fr. Syrus Placentinus Ordinis Minorum Strictioris Obſeruantiæ.

Felicitatem.

HOc Opus ad inſtructionem Pœnitentiariorum compoſitum, BEATSSIME PATER, non vna quidem, ſed multiplici Cauſa, Nomen SANCTITATIS TVÆ in fronte promeretur: Partus enim eſt illius Paternæ Charitatis, qua SANCTITAS TVA omnibus omnia facta, omnium ſaluti inuigilans, omnium etiam neceſſitatibus ſemper intendit; quæ, vt proximo præſertìm Iubilei Anno, ſecuriùs, vberiùſque Theſauros ſuos profundere valeat ad Salutem Animarum, laborem hunc mente concepit, deſiderio nutriuit, & mandato in lucem edidit; Apoſtolicam illam Pietatem ſimul demonſtrans, qua totis viſceribus ſemper exoptat Peccatores ad Pœnitentiam, Indigentes ad remedia, Nocenteſque ad Innocentiam, dum & proprios Pœnitentiarios

rios tali occaſione aduocandos, in tantæ Charitatis Miniſterio exequendo, peritos eſſe cupit, & inſtructos deſiderat. Hac ſolùm de cauſa Opus hoc, nomini Tuo inſcriptum, prodire mereretur, vt Tuæ partus Charitatis; Eiuſdem tamen Operis argumentum, quod tantùm Pontificiam Tuam Poteſtatem complectitur, & reueretur, Cauſas multiplicat, amplificat Titulos. Dilucidantur hìc Facultates Minorum Pœnitentiariorum SANCTITATIS TVÆ, qui in executione muneris Apoſtolici, ad quod deputantur, nihil valent, quod à TE per Ma: Pœnitentiarium non habeant; nihil poſſunt, quod à Tua Poteſtate non accipiant: Si enim cuiuſuis ſtatus Pœnitentes, etiam à reſeruatis exceſſibus abſoluunt; Poteſtate Tua hoc faciunt: Si vinculis Cenſurarum ligatos abſolutione ſoluunt; Poteſtate Tua hoc faciunt: Si excommunicatos per Bullam Cœnæ ad Sacramenta reſtituunt, & Eccleſiæ reconciliant; Poteſtate Tua hoc faciunt: Si diſpenſando Vota commutant, Matrimonia reualidant, Irregulares rehabilitant, aliaque permulta exequuntur; Poteſtate illa omnia faciunt, qua à Saluatore Noſtro, in Perſona Beatiſſimi Petri, in totum Chriſtiani Populi Gregem collatis clauibus Regni Cæleſtis, ligandi, atque ſoluendi

uendi Pontificium aſſecuta eſt, Paſtor Vniuerſalis Eccleſiæ conſtituta. Cui igitur rationabiliùs, quàm Tibi, labores Operis huius debentur, qui Tuam Poteſtatem, tuis Pœnitentiarijs participatam, indigitant, modum, formamque ipſa vtendi ad praxim dilucidant? Ita ſiquidèm Tibi debitum hoc Opus recognoſcitur, vt, qui alteri Patrono ipſum adiudicaret, iuſtè iudicaretur, Iuſtitiam violaſſe, læſiſſe æquitatem: Fructus eſt hic vnius ex ſeruis Sanctitatis Tvæ, qui omni Titulo Tuus eſt, addictus ſeruitio illius Sacroſanctæ Lateranenſis Baſilicæ, quam alter Innocentius in ſomnis collabentem viderat, Sancti Patris ſui Franciſci humeris ſuſtentari, hac ſpecie ſignificans, Fratrem Minorem totum eſſe Sedis Apoſtolicæ, cuius hæc Baſilica imaginem præferebat, dùm pro ipſa ſe totum offerebat: Illius Patriarchalis Papalis eſt fructus, quæ Tibi Romano Pontifici Maximo in Sponſam tradita, radijs Tui Pontificij, pluſquam Auguſta radijs Imperatoris, vbique refulgens, Tecum Vniuerſalis Eccleſiæ Primatu eſt inſignita, omnium Eccleſiarum Vrbis, & Orbis Mater, & Caput effecta, vt quidquid ipſius eſt, Tuum eſſe ab omnibus agnoſcatur, qui & Sponſæ, & omnium Fidelium, Caput, & Pa-

ter

ter es conſtitutus. Quòd ſi res, vt ait Iuriſperitus, Domino ſuo fructificat; Quis huius fundi Lateranenſis, huius Patriarchalis Papalis Dominus, niſi SANCTITAS TVA, quæ Prædeceſſorum Tuorum veſtigia ſequens, vix Pontifex Romanus renunciata, confeſtim ad proprium Epiſcopatum Beati Petri Sedem acceſſit, vt illius poſſeſſionem adiret, claues reciperet, Lateranenſique Capitulo Tibi gratulanti, & obſequium præſtanti, affectum oſtenderet, poſſeſſionem declararet? Profectò altiori conſilio factum eſt, vt hac in Baſilica Principum Apoſtolorum Capita collocarentur, exponerentur, venerarentur; vt, qui Romanam Eccleſiam prædicatione plantarunt, ſanguine irrigarunt, & morte clariſſima conſecrarunt, continuò hanc eſſe illam prædicarent, quam omnium aliarum Caput, & Principem proprio ore, lingua, & præſentia, declarabant, teſtabantur. Electio procul dubio ſingularis; In ipſa Eccleſia Saluatoris, Petrum Capiti ſuo Sedem deſtinare, vbi in Æde propria, tanquam in Throno adoratur Æternus ille Pontifex, cuius ipſe eſt Vicarius, & quo ore in Vita, confitendo Chriſtum filium Dei Viui, ſibi, ac ſucceſſoribus ſuis, Eccleſiæ Primatum perennem promeruit, eodem, & poſt

mor-

mortem, idem ſemper confirmando ſua præſentia, ſibi, & Romanis Pontificibus eiuſdem Primatus poſſeſſionem perpetuam conſeruaret in hac Matre, & Magiſtra omnium Eccleſiarum, Eccleſia Romana, cui dictum eſt; Teſte Bernardo; Ego pro Te rogaui, vt non deficiat Fides tua. Electio ſanè Apoſtolica; in ipſa Cathedrali Romana Paulum Capiti ſuo Domicilium præeligere, vbi in proprio Regali ſolio cum ſuo Præcurſore, & Diſcipulo dilecto veneratur Verbum illud Caro factum, cuius ipſe Præco erat, & Apoſtolus: &quo ore, viuens, ipſum prædicando Vnigenitum Dei Filium, Doctoris Gentium, & Prædicatoris Veritatis Titulum ſibi comparauit, eodem hìc ſua præſentia comprobaret, hanc eſſe veram Sedem ipſius Vicarij in Terris, & Succeſſoris Petri, Caput, & Magiſtram Catholicæ Veritatis. O' Teſtes omni exceptione maiores! O' Capita omni honore, & veneratione digniſſima! Quid mirum igitur, Beatissime Pater, ſi quod Tuum eſſe cognoſcitur, honore Nominis Tui dignum iudicatur? Opus hoc Iuris tui eſt, ac proprietatis: Ipſum ergo à Te iam concupitum, & tot Titulis Tibi debitum, non dedignetur Sanctitas Tva, conſueta benignitate ſuſcipere,

re,

re, Protectione fouere, & Authoritate defendere; tanto enim munimine apud cunctos homines, non ſolùm incolumitatem, ſed & gratiam ſortiturum ſpero. Munuſculum hoc, paupertatis meæ fructum, & grati animi monumentum, hilari oculo reſpicere, & corde clementi recipere dignetur, quod nomine totius Religionis meæ Minorum, cuius ſemper Tua benignitas ſtuduit fælicitati, liberalitas vtilitati, & potentia defenſioni, Ego minimus inter omnes, Tibi humillimè offero, dedico, & genuflexus conſecro, pergratum Sanctitati Tvæ ſperans futurum, ſi non muneris exilitatem, ſed animi, qua offertur, Magnitudinem ſpectare dignabitur, quod proprium eſt Magnorum Principum, affectum potius penſare, quàm Cenſum. Viuat Sancitas Tva Orbi Chriſtiano, quot annis ille indiget, & Ego exopto.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM

NE putes, ſtudioſe Lector, hunc Librum, in Vrbe Roma compoſitum, & pro Pœnitentiarijs expoſitum, extrà Vrbem non fore vtilem, ac neceſſarium: Tot Pœnitentiarios ad caſus particulares per Orbem inſtituit Maior Pœnitentiarius, quot Delegatos conſtituit ad ſuas litteras exequendas, qui omnes ſiuè Epiſcopi ſint, ſiuè Magiſtri in Theologia, ſiuè Rectores, ſiuè Parochi, ſiuè Regularium Superiores, aut Confeſſarij deputati, ijſdem legibus, eademque Praxi Tribunalis in exequendo ſunt obſtricti, quibus Pœnitentiarij Baſilicarum Vrbis obſtringuntur; Hinc inferre poteris, an ea, quæ hìc dilucidantur pro Extraordinarijs deputandis in Vrbe, etiàm pro delegandis per Orbem vtilia ſint cenſenda, ac neceſſaria; Ex quo enim idem eſt officium, licèt ex parte, eadem etiam eſſe debet officij obſeruantia, vt mens delegantis facultatem, quæ ſtylo, & Praxi Tribunalis innititur, vbique, & ab omnibus Delegatis adimpleatur, nè, eſſentiale aliquod ommittendo, executio ipſa ſuo fine priuetur, aut inſtructionem aliquam non obſeruando, conſcientia executoris, aut Pœnitentis in aliquo grauetur; Ad euitanda talia grauamina, & pericula, in hoc Miniſterio concredito, dilucidationem hanc, & Praxim Tribunalis Tibi elaboraui, quas eò etiam libentiùs, ac ſtudioſiùs perfeci, quò Sanctitatis Suæ deſiderium, vt conficerentur, agnoui: Quid-

b quid

Digitized by Google

quid ex Doctoribus pro inſtructione, & directione mea prius delegeram, pro communi vtilitate totum hìc exhibui, vt faciliùs in tuo officio valeas procedere: Familiari ſtylò, & ab omnibus intelligibili, ſingula explicare curaui, memor dicti Diui Auguſtini, Malo me repræhendant Grammatici, quàm non intelligant Populi. *Prolixas Doctorum citationes prætermiſi, vt breuitati conſulerem, & Opus paucis complecterer: ſi aliquid repetitum aliquando legeris, ſcias artificiosè hoc fuiſſe factum, indulgendo ijs, qui labili ſunt memoria: In aliquibus formulis, etiam ab alijs impreſſis, aliquas clauſulas non expreſſi, cùm amplius non ſint de mente Maioris Pœnitentiarij, iuxtà vltimam Reformationem factam à Tribunali, quam ſum ſecutus. Pro executionibus faciendis in quacumque materia, abſoluendo, diſpenſando, rehabilitando, aut aliud impertiendo, formulas etiam extendi, quas non tanquam eſſentiales, ſed tantùm directiuas, & inſtructiuas habere poteris, ipſis, aùt alijs æquiualentibus vtendo, cùm tibi aliquid fuerit exequendum, ſemper tamen exprimendo gratiam, quæ Pœnitenti conceditur in qualibet materia, pro quocumque caſu. Hæc ſunt, benigne Lector, de quibus Te præmonere neceſſarium duxi, vt cum fructu hanc dilucidationem, & Praxim aggredi, & percurrere valeas pro notitia aliqua habenda miniſterij Apoſtolici, ad quod Te Maior Pœnitentiarius aſſumere dignatur pro Anno Iubilei in auxilium Pœnitentiariorum Ordinariorum, & commoditatem confluentium Populorum; ſupereſt, vt hilari animo, lætaque vultu excipias, quæ ad tuam, communemque vti-*

vti-

vtilitatem ex corde exhibeo; & pro certo habeas, omnia & ſingula, quæ hoc in Opere legendo videbis, pleniſſimæ cenſuræ, ac iudicio Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, quæ veræ Fidei regula eſt infallibilis à me humiliter ſubijci, proùt ſub eiuſdem pedibus etiam, vi Regulæ profeſſionis meæ ſubiectum, & ſubditum ſemper meipſum agnoſco, & profiteor. Vale.

Digitized by Google

Approbatio Reuiſoris.

TRactatum hunc, *De Facultatibus Minorum Pœnitentiariorum D. Papæ*, à Reu. Admodum P. Syro de Placentia, in Lateranenſi Baſilica Minore Pœnitentiario, elaboratum, de mandato Reuerendiſſimi P. Fr. Paulini Bernardini Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, nè dùm libenter percurri, ac diligenter perpendi, ſed alacri animo, ſummoque guſtu penè voraui, & factus eſt in ore meo ſicut mel dulce, tum ſuauitate, ac facilitate elocutionis, tum ſoliditate, ac diſtinctione doctrinæ. Opus planè neceſſarium pro Minoribus Pœnitentiarijs D. Papæ, in quo omnia, quæ ad ipſorum ſpectant officium integrè, dilucidè, ac diſtinctè, miro ordine, ingenij perſpicacitate, ſolidiſque rationibus ſunt expoſita, itaùt nihil omninò reſtet ſuperaddendum. Quapropter cùm nil contineat Catholicæ Fidei contrarium, aut bonis moribus diſſonum, quin potius omnia, tum Pietatis, tum Veritatis, ſolidis, firmiſque fundamentis ſint innixa, digniſſimum iudico, vt in publicam prodeat lucem. Ita cenſeo. Ex Collegio Pœnitentiariæ S. Mariæ Maioris de Vrbe die 3. Septembris 1699.

Fr. Seraphinus Bertolinius Sac. Theologiæ Magiſter Ordinis Prædicatorum in eodem Collegio Pœnitentiariorum Minimus manu propria.

d

Appro-

Digitized by Google

Approbatio Ordinis.

SI cuiuſuis ſtatus, & conditionis Perſonæ, quæ agenda ſunt, videant, neceſſe eſt, vt adimplenda, quæ viderint, tutò procedant; id Medico præſertìm Spirituali, ad Salutem Animarum deputato, ijſdemque curandis continuò expoſito ſtrictiùs conuenire quiſque fatebitur, adeoque fortiùs Pœnitentiario, ad id Munus indeſinentèr Sacroſanctis Romanis Baſilicis mancipato. Ipſi enim, iuxtà illud Deuteronomij, *incumbit iudicium inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & lepram, ex quo conſtitutus eſt in loco, quem elegit Dominus Deus*; itaut quoslibet venientes, quærenteſque ab eo conſcientiæ remedia, opportunè ſanare valeat, iudicare eis iudicij veritatem, & docere illos iuſtam legem; ſicque eiuſdem Sententiam lubentès ſequantur, neque declinent ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Multum quidem laboris, & ſtudij hucuſque exegit graue huiuſmodi onus; at nunc leue fit *Dilucidatione Facultatum Minorum Pœnitentiariorum, & Praxi executionum ad litteras, & reſcripta Sacræ Pœnitentiariæ ab Admodum R. P. Syro de Placentia in Lateranenſi Baſilica Minore Pœnitentiario elaborata &c.* quam ex commiſſione Reuerendiſſimi Patris Matthæi de Sancto Stephano totius Ordinis Sancti Franciſci Miniſtri Generalis attentè perlegi, & non ſine animi iucunditate luſtraui. In ea namque breuì videre eſt, vel quæ diſperſa colligantur, vel quæ dubia explicentur, vel qua faciliori methodo litteræ Sacræ Pœnitentiariæ cuiuſcunque generis executioni mandentur, vel

Cap. 17. ver. 8.

quæ

quæ formulæ pro quocumque caſu magis propriæ adhibeantur, vel tandem Pœnitentes cuiuſque moris appoſitè corrigantur; qua proindè nullo negotio partes ſui Offitij Pœnitentiarius addiſcere queat, & adimplere. Nihil diſſonum Fidei, nihil contrarium moribus in Opere offendi;

Lib. de Cōfeſs. Sacrā.

imò, vt cum Petro Bleſenſi loquar, Auctor *nihil de ſuo prophetat, ſed ea, quæ præſens Tractatus expoſcit, ſaniorum Doctorum*, & Sacræ Pœnitentiariæ *auctoritate confirmat; micas enim colligit, quæ ceciderunt de Menſa Dominorum ſuorum*. Vel propriùs cum Vin-

Aduerſus Nouitat. cap. 28.

centio Lirinenſi. *Docet quod ſibi creditum eſt, non quod à ſe inuentum; quod accepit, non quod excogitauit; rem non ingenij, ſed doctrinæ, non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis; rem à ſe prolatam, non à ſe productam .... Intelligitur eo exponente illuſtriùs, quod anteà obſcuriùs credebatur. Eadem tamen, quæ didicit, ità docet, vt cùm dicat nouè, non dicat noua*. Quarè abſque noxæ periculo, & ad vtilitatem, ac commodum omnium Sacræ Pœnitentiariæ Miniſtrorum, hunc librum prodire poſſe cenſebam. Ex Collegio Apoſtolico Pœnitentiariorum Sancti Ioannis Lateranenſis die 3. Auguſti 1699.

Fr. Carolus Franciſcus Variſius &c.

Fr.

Digitized by Google

Fr. Matthæus à Sancto Stephano Sac. Theologiæ Lector Iubilatus, ac totius Ordinis Sancti P.N.Franciſci Miniſter Generalis, & ſeruus.

Dilecto nobis in Chriſto Patri Fratri Syro à Placentia noſtræ Ref. Prouinciæ Bononiæ Lectori Emerito Concionatori, atque in Baſilica Lateranenſi Pœnitentiario, ſalutem, & Seraphicam Benedictionem.

CVM iuxtà Apoſtolicas, noſtrique Ordinis Conſtitutiones, reuiſum, & approbatum fuerit, quodam opus à Te compoſitum, cuius Titulus eſt -- *Dilucidatio Facultatum Minorum Pœnitentiariorum, & Praxis executionum ad litteras, & reſcripta Sac. Pœnitnetiariæ &c.* Harum tenore Tibi facultatem concedimus, quatenus ſeruatis alias ſeruandis, illud Typis mandare poſſis, & valeas. Vale. Datum Romæ ex Aracæli die 8. Auguſti 1699.

Fr. Matthæus à Sancto Stephano Miniſter Generalis &c.

Regiſtrata Tit. Prouinciæ.

Loco ✠ ſigilli.

De mandato S. P. Reuerendiſsimæ
Fr. Petrus ab Vrbino Sec. Gen. &c.

Digitized by Google

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

Dominicus B. Epiſc. Melfiēten. Viceſger.

Imprimatur,

F. Paulinus Bernardinus Ord. Prædic. Sac. Apoſtolici Palatij Mag.

Digitized by Google

124

INDEX

Capitum, Dubiorum, & Executionum.

Quæ in prima, & ſecunda Parte huius Dilucidationis continentur.

Quæſtiones Præambulares.

De origine Pœnitentiarij. Quæſt.I. pag.1.
De Progreſſu Pœnitentiariorum. Quæſt.II. 3.
De ſcientia neceſſaria Minori Pœnitentiario. Quæſt.III. 7.
De morum probitate Minoris Pœnitentiarij. Quæſt.IV. pag. 11.
De Facultate Minoris Pœnitentiarij. Quæſt.V. 13.
De Vſu Facultatis Min. Pœnitentiarij. Quæſt.VI. 16.
De Obligatione Min. Pœnitentiarij in exequendo. Quæſtio VII. 19.
De Opinione, quam ſequi tenetur Minor Pœnitentiarius in Dubijs. Quæſt.VIII. 23.
De Qualitate Pœnitentiarij Apoſtolici in exequendo. Quæſt.IX. 27.

PARTIS PRIMÆ

CAPVT PRIMVM.

De Iuriſdictione Pœnitentiarij, & Abſolutione à Peccatis.

A Quo Minor Pœnitentiarius D. Papæ habeat ſuam facultatem. Dub.I. 31.

An eius Iuriſdictio ſit ad vniuerſitatem cauſarum. Dub.II. pag. 32.
An poſſit ſuam Facultatem delegare. Dub.III. 34.
An habeat ſolum miniſterium Iuriſdictionis, aut veram iuriſdictionem. Dub.IV. 35.
An poſſit abſoluere quamlibet Perſonam, etiam à reſeruatis ab Ordinarijs. Dub.V. 38.
An poſſit abſoluere Regulares, etiam à reſeruatis, licèt ſit eis prohibitum, extra Religionem ſua peccata confiteri. Dub.VI. 39.
An poſſit abſoluere Moniales in particulari, aut generali Confeſſione. Dub.VII. 41.

CAPVT SECVNDVM.

De Abſolutione à Cenſuris.

An Minor Pœnitentiarius D. Papæ poſſit abſoluere à cenſuris non reſeruatis. Dub.I. 43.
An à cenſuris reſeruatis ab Ordinarijs. Dub.II. 44.
An à cenſuris latis per pręcepta generalia, ſeu per edicta Ordinariorum. Dub.III. 45.
An à cenſura lata per præceptum ſpeciale de futuro. Dub.IV. 46.
An à cenſuris latis ab homine per edicta generalia de præteritis culpis. Dub.V. 48.
An ab Excommunicatione lata contra violantes clauſuram Monialium ad inhoneſtos vſus. Dub.VI. 49.
An ab Excommunicatione lata à Sixto V. contra procurantes abortum fœtus animati, effectu ſequuto. Dub.VII. pag. 51.
An ab Excommunicatione lata, contra inijcientes manus violentas in Clericum. Dub.VIII. 52.
An ab Excommunicatione lata contra præſumentes abſolue-

re

Digitized by Google

re à caſibus in Bulla Cœnæ reſeruatis, ſine facultate. Dub.IX. pag.53.
An poſſit abſoluere illum, qui cùm Sacerdos non eſſet, Miſſam celebrauit, vel Sacramentalitèr abſoluit. Dub.X. pag. 54.
An poſſit abſoluere Confeſſarium, qui Pœnitentem ſollicitauit, & ipſam ab obligatione denuntiandi etiam abſoluit. Dub.XI. 55.
An Mulieres ingreſſas clauſuram Regularium ob quamcunque cauſam non permiſſam. Dub.XII. 58.
An Religioſos Apoſtatas à Religione, ſi acceſſerint ad aliquam, ex tribus Baſilicis Vrbis. Dub.XIII. 60.
An ab Excommunicatione lata contra cooperantes Apoſtaſiæ Religioſorum. Dub.XIV. 61.
An ab Excommunicatione lata contra Duellantes, cooperantes, aut aliter ad illud concurrentes. Dub.XV. 63.

CAPVT TERTIVM.

De Abſolutione à Cenſuris in Bulla Cœnæ latis, ſed conceſſis.

An Pœnitentiarius D. Papæ poſſit abſoluere Surripientes bona naufragantium Chriſtianorum. Dub.I. 66.
An Falſificantes litteras Apoſtolicas, aut falsò fabricantes. Dub.II. 68.
An deferentes, ſeu traſmittentes arma, & alia vſui bellico idonea ad Turchas, vel alios Chriſtiani nominis inimicos. Dub.III. 71.
An impedientes eos, qui victualia, & alia neceſſaria Romam conuehunt. Dub.IV. 73.
An lædentes ſua, aut aliorum opera ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel ab ea recedentes, aut in Curia commorantes. Dub.V. 75.

Digitized by Google

An lædentes Romipetas, ac Peregrinos, etiam in Vrbe morantes, vel abeuntes. Dub.VI. pag.77.

An lædentes per ſe, vel per alios ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs recurrentes. Dub.VII. 79.

An Piratas, & alios latrunculos maritimos, Mare Pontificium diſcurrentes. Dub.VIII. 81.

An ſcienter legentes, vel retinentes libros in Bulla Cœnæ prohibitos. Dub.IX. 83.

An imponentes noua pedagia, & gabellas, aut eas augentes. Dub.X. 85.

An Credentes, Receptatores, Fautores, & Defenſores Hæreticorum. Dub.XI. 87.

CAPVT QVARTVM.

De Cenſuris Pœnitentiario exceptis ex eadem Bulla Cœnæ.

An poſſit abſoluere Hæreticum internum, & externum. Dub.I. 93.

An Apoſtatam à Chriſtiana Fide internum, & externum. Dub.II. 94.

An Schiſmaticos, qui receſſerunt ab obedientia vniuerſalis Eccleſiæ, vel Romani Pontificis, vt Pontifex eſt. Dub.III. pag. 96.

An appellantes à Pontifice ad futurum Concilium. Dub.IV. pag. 98.

An nunciantes Turcis, & alijs Chriſtiani nominis inimicis, aut Hæreticis, pertinentia ad ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ, & Catholicæ Religionis, in damnum Chriſtianorum. Dub.V. 100.

An appellantes à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum ad laicam poteſtatem. Dub.VI. pag. 102.

An

Digitized by Google

An auocantes per ſe, vel per alios, prætextu priuilegij Apoſtolici, cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commiſſarijs Sedis Apoſtolicæ, illarum curſum impedientes, & in earum cognitione ſe interponentes. Dub.VII. pag.105.

An offendentes S.R.E. Cardinales, & alios Prælatos. Dub.VIII. 107.

An poſſit abſoluere Violatores libertatis Eccleſiaſticæ. Dub.IX. 109.

An Iudices ſæculares trahentes Eccleſiaſticas perſonas ad ſua Tribunalia. §.I. 109.

An facientes Statuta, & Ordinationes contra eamdem libertatem. §.II. 110.

An impedientes Prælatos, nè ſua Iuriſdictione vtantur. §.III. 112.

An recurrentes à Iudicibus Eccleſiaſticis ad laicam poteſtatem. §.IV. 113.

An vſurpantes fructus, & prouentus Eccleſiaſticos, & eos ſequeſtrantes. §.V. 115.

An imponentes decimas, & alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſijs, Monaſterijs, aut eorum fructibus. §.VI. 117.

An Iudices ſæculares ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus, contra Eccleſiaſticas perſonas. §.VII pag. 118.

An occupantes bona, aut Terras Eccleſiæ Romanæ, & illiu' iuriſdictionem vſurpantes. §.VIII. 120

CAPVT QVINTVM.

De alijs Cenſuris Min. Pœnitentiario exceptis extra Bullam Cœnæ.

An Minor Pœnitentiarius D. Papæ poſſit abſoluere Violatores Immunitatis Eccleſiaſticæ. Dub.I. 123.

An

Digitized by Google

An conſpirantes in Perſonam, vel Statum Summi Pontificis, vel Sanctæ Sedis Apoſtolicæ. Dub.II. pag.125.

An inquirentes per media ſuperſtitioſa de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, vel de vita, & morte Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, & eius Conſanguineorum. Dub.III. 128.

An poſſit abſoluere eos, qui viuente Romano Pontifice, de alio eligendo, vel excludendo tractauerint, ſuffragia inierint, aut ſuper huiuſcemodi electione pactiones fecerint. Dub.IV. 130.

An poſſit abſoluere eos, qui Sede vacante inciderint in Cenſuras ob non ſeruatam formam electionis Papæ præſcriptam à Gregorio XV., & Vrbano VIII., vel Bullam eiuſdem Gregorij, Sede vacante, mutare, vel alterare ſcienter tractauerint. Dub.V. 134.

An violantes clauſuram Conclauis per litteras, aut Nuncios. Dub.VI. 136.

An poſſit abſoluere violantes eamdem clauſuram per colloquia ſecreta. Dub.VII. 138.

An impedientes, vel offendentes Sancti Officij Inquiſitores, vel locorum Ordinarios, illud exercentes, ac Vicarios, ſeu Officiales in concernentibus eorum Officium, ac etiam Teſtes. Dub.VIII. 140.

An poſſit abſoluere Principes, & alias Perſonas, Ius Imperij, vel Iuriſdictionis habentes, nec non Dominia, Reſpublicas, Magiſtratus, & eadem Repreſentantes, ac Prælatos, & Superiores, ordinariam iuriſdictionem habentes in caſibus publicis, propter quos excommunicantur in Bulla Cœnæ. Dub.IX. 143.

An poſſit abſoluere Regulares, intra Clauſtra introducentes Mulieres ad malum finem. Dub.X. 145.

An eos, qui receperint munera à Regularibus contra præſcriptum à Clemente, & Vrbano VIII. Dub.XI. 149.

An reuelantes ſecretum Sacræ Rotæ Romanæ. Dub.XII. pag. 153.

An

An poſſit abſoluere à ſuſpenſione, & Interdicto eos, qui in dictas Cenſuras à Iure, vel ab homine latas inciderint. Dub.XIII. pag.155.

CAPVT SEXTVM.

De Votis.

An Minor Pœnitentiarius D. Papæ poteſtatem habeat ſuper omnia Vota ſimplicia, Summo Pontifici non reſeruata. Dub.I. 158.

An eius poteſtas ſit ad diſpenſandum, vel tantùm ad commutandum eadem Vota. Dub.II. pag. 159.

An ſupra quinque Vota Papæ reſeruata quidquam poſſit Minor Pœnitentiarius. Dub.III. 164.

An per facultatem, quam habet ad commutanda Vota, poſſit etiam commutare Iuramenta Deo, vel Sanctis facta. Dub.IV. 167.

An abſque cauſa poſſit commutare Vota reſeruata, aut non reſeruata. Dub.V. 171.

An poſſit commutare alia Vota, quæ ſimpliciter non ſunt Vota Caſtitatis. Dub.VI. 174.

An commutationem aliquam dare poſſit illi, qui diuerſis Votis, varia ad Caſtitatem pertinentia promiſit, quæ ſimul iuncta, inducunt obligationem perfectæ Caſtitatis. Dub.VII. 178.

An poſſit commutare Vota trium Peregrinationum, ſcil. Terræ Sanctæ, Apoſtolorum Petri, & Pauli, & S. Iacobi in Compoſtella. Dub.VIII. 180.

An poſſit concedere dilationem Votorum tàm reſeruatorum, quàm non reſeruatorum. Dub.IX. 181.

An poſſit abſoluere à tranſgreſſione Votorum, præſertim Religionis, & Caſtitatis. Dub.X. 184.

An

Digitized by Google

An poſſit commutare Votum, ſeu Iuramentum perſeuerantiæ, quod emittunt Ingredientes aliquas Congregationes, quæ non ſunt Religiones, cùm non emittant tria Vota eſſentialia, ex quo tale Votum non eſt reſeruatum. Dub. XI. pag. 186.

Digitized by Google

PARS SECVNDA

Huius Dilucidationis &c.

Et Praxis Executionum.

Regulæ generales pro quacunque executione facienda prçnotandç, & obſeruandç à Min. Pœnitentiario. §.I. Introductionis. pag. 190.
De Pœnitentijs imponendis à Min. Pœnitentiario in executionibus impertiendis. §.II. Introductionis. 193.
De Cauſis, ob quas Sac. Pœnitentiaria ſolet concedere Commutationes, Abſolutiones, Diſpenſationes, Rehabilitationes, & alia conſueta. §.III. 199.

CAPVT PRIMVM.

Formulæ Executionum pro Votis.

Dilatio ſimplicis Voti Religionis. Pro habente Parentes, ſua opera, & auxilio indigentes. Formula I. 207.
Tranſgreſſio Voti ſimplicis Religionis. Pro eo, qui poſt Votum Religionis emiſſum, matrimonium contraxit, & conſummauit. Formula II. 208.
Tranſgreſſio Voti ſimplicis Caſtitatis. Pro eo, qui emiſſo Caſtitatis Voto, poſteà matrimonium contraxit, & conſummauit. Formula III. 210.
Commutatio Voti ſimplicis Religionis. Pro eo, qui vouit Religionem ingredi, ſed poſſe continenter viuere diffidit, ob ſtimulos carnis, quos patitur. Formula IV. 211.
Commutatio Voti ſimplicis Caſtitatis. Pro eo, qui, ſtimulis carnis agitatus, continenter viuere poſſe diffidit. Formula V. 213.
Commutatio Votorum Caſtitatis, & Religionis ſimul. Pro eo, qui vouit Caſtitatem ſeruare, & Religionem ingredi,

ſed, quia ſtimulis carnis agitatur, diffidit poſſe continenter viuere. Formula VI. pag. 215.

Commutatio Voti de non nubendo. Pro Iuuene, & formoſa, Parentibus orbata, ob periculum incontinentiæ. Formula VII. 217.

Commutatio Voti Sepulchri Dominici. Pro eo, qui vouit inuiſere Sepulchrum Dominicum, ſed ob ingraueſcentem ætatem non ſperat poſſe Votum adimplere. Formula VIII. 218.

Commutatio Cælibatus. Pro eo, qui vouit Religionem, & poſtea Commutationem obtinuit, cum clauſula, dummodo vitam cælibem ducat; *ſed quia continenter viuere poſſe non ſperat, cupit matrimonium contrahere.* Formula IX. 219.

Declaratoria Voti Religionis: ſcilicet, Oratorem Voto ſatisfeciſſe, ex quo propter infirmitates, de conſilio Medicorum ante emiſſam tacitam, vel expreſſam profeſſionem habitum Religionis, per eum ſuſceptum, dimiſit. Formula X. 220.

CAPVT SECVNDVM.

De Matrimonialibus.

Regulæ ſpeciales, vltra generales ſuperius præmiſſas, neceſſariò prænotandæ à Min. Pœnitentiario pro executionibus matrimonialibus ritè faciendis, ad effectum rectè ſatiſfaciendi ſuæ propriæ obligationi. 222.

Formulæ Executionum.

In primo, ex actu fornicario, de contrahendo. Pro eo, qui, poſtquàm duas Germanas Sorores carnaliter cognouit, & cum altera earum de Matrimonio contrahendo tractauit, petit ſecum diſpenſari ad euitanda ſcandala. Formula I. pag. 229.

In.

In primo, ex actu fornicario, de contracto. Pro eo, qui Matrimonium contraxit cum Muliere, cuius Sororem prius carnaliter cognouerat. Formula II. pag. 231.

De contrahendo ſuper Inceſtu non expreſſo in litteris obtentis à Dataria. Pro eo, qui vult contrahere cum ſibi Conſanguinea, vel Affine in quarto gradu, ſuper quo obtinuit diſpenſationem publicam à Dataria, ſed tacita copula cum eadem Muliere præhabita. Formula III. 233.

De Contracto, ſuper inceſtu reticito in Dataria. Pro eo, qui Matrimonium publicè contraxit, & ſucceſſiuè conſummauit cum Muliere ſibi coniuncta in tertio gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis, obtenta prius diſpenſatione à Dataria, ſed reticita copula, quæ inter ipſos præceſſerat. Formula IV. 235.

De Contracto, in quarto gradu Affinitatis, ſeu Conſanguinitatis. Pro ijs, qui ignorantes, aliquod impedimentum inter eos exiſtere, quominus poſſent Matrimonialiter copulari; factis proclamationibus, & ſeruata forma Sac. Concilij Tridentini, nulloque reperto impedimento, Matrimonium inter ſe contraxerunt, & conſummarunt, & in eo per aliquos annos permanſerunt: Poſtmodùm verò repererunt, ſe quarto Affinitatis gradu inuicem attinere, & nihilominùs à carnali copula minimè abſtinuerunt. Formula V. 238.

Neutro machinante de contrahendo. Pro ijs, qui præcedente Adulterio, & Fide data, Matrimonium contrahere deſiderant. Formula VI. 240.

Neutro machinante de Contracto. Pro ijs, qui cum occulto criminis impedimento contraxerunt. Formula VII. 241.

Altero machinante de contracto. Pro ea, quæ, vt Matrimonium poſſet contrahere cum Viro, à quo per Adulterium fuerat carnaliter cognita, in mortem Mariti cum effectu machinata fuit, inſcio ipſo Viro, cum quo deinde Matrimonium contraxit, & conſummauit. Formula VIII. 242.

Vtroque machinante de Contracto. Pro ijs, qui ſimul adulterarunt,

rarunt, & , vt Matrimonium inter ſe contrahere poſſent, in Mariti Mulieris mortem, cum effectu machinati fuerunt, illoque defuncto, Matrimonium inter ſe publicè, ſeruatis ſeruandis contraxerunt, & conſummarunt. Formula IX. pag. 245.

Vtroque machinante de contrahendo: Ibidem, & in fine eiuſdem. Formula 246.

Affinitatis ſuperuenientis. Pro eo, qui contracto, & conſummato Matrimonio, Conſanguineam Vxoris in primo, vel ſecundo gradu carnaliter cognouit. Formula X. 247.

CAPVT TERTIVM.

Pro Abſolutionibus à Cenſuris.

Adnotanda neceſſaria pro recta executione facienda in ordine ad Abſolutiones impertiendas à Min. Pænitentiario, tàm quo ad Cenſuras eidem conceſſas, quàm exceptas, & reſeruatas in Tabella. 299.

Formulæ Executionum

Ab iniectione manuum in Clericum. Prò eo, qui iracundia percitus, Clericum, aut Presbyterum fuſte percuſſit. Formula I. 252.

A Presbytericidio. Pro Laico, qui Presbyterum interfecit, ſed caſus remanet occultus, nec eſt de facili publicandus. Formula II. 254.

Ab ingreſſu in Monaſterium. Pro duabus Puellis ætatis quatuordecim annorum, quæ intra ſepta Monaſterij Monialium, abſque licentia, ingreſſæ ſunt. Formula III. 256.

Ab ingreſſu, ob malum finem. Pro eo, qui ingreſſus eſt Monaſterium Monialium ad inhoneſtos vſus. Formula IV. 256.

Ab eodem ingreſſu. Pro ea, quæ ingreſſa eſt clauſtra Religioſorum, ad malum finem luxurioſum. Formula V. 257.

Ob

Ob lectionem prohibitam. Pro eo, qui libros prohibitos in Bulla Cœnæ legit, & incidit in excommunicationem. Formula VI. pag. 258.

Ob Retentionem prohibitam. Pro eo, qui libros Hæreticorum prohibitos ſcienter retinuit, & legit. Formula VII. 260.

Ob acceptionem bonorum ex naufragio: Pro Laicis, qui bona ex naufragio in Mari facto acceperunt. Formula VIII. 261.

A Duello. Pro Laicis, qui ex prouocatione ad ſingulare certamen deuenerunt. Formula IX. 262.

A Crimine Falſi. Pro eo, qui quædam verba in diſpenſatione à Sede Apoſtolica obtenta immutauit, per quæ fuit alterata gratia diſpenſationis. Formula X. 263.

Ad effectum lucrandi Indulgentias; Pro excommunicato nominatim in partibus, & ſine abſolutione dimiſſo. Formula XI. 265.

CAPVT QVARTVM.

Pro Diſpenſationibus ab Irregularitatibus.

Regulæ prænotandæ à Min. Pœnitentiario, antequàm ſupplicet pro aliquo Irregulari, aut cum ipſo diſpenſet ſuper Irregularitate. 268.

Formulæ Executionum.

Super Irregularitate ex homicidio. Pro eo, qui timens ſibi mortem à quodam Viro, illum præueniendo interfecit, & ob graues cauſas, non poteſt ſe abſtinere à Statu Clericali ſuſcipiendo. Formula I. 272.

Super Irregularitate ex Abortu. Pro Presbytero Curato, qui procurauit abortum, fœtu animato exiſtente, & deinde in ſuis Ordinibus miniſtrauit, etiam Curam Animarum exercendo. Formnla II. 274.

Ex

Digitized by Google

Ex Presbytericidio. Pro Presbytero, qui alium Presbyterum interfecit, & deinde à celebratione non deſtitit; neque valens in futurum, ob graues cauſas ab executione ordinum abſtinere. Formula III. pag. 275.

Ex Introductione, Abſolutio, & Diſpenſatio. Pro Religioſo, qui introduxit intrà clauſtra Monaſterij Mulierem ad inhoneſtos vſus, & poſtquàm incidit in Cenſuras, etiam Irregularitatem contraxit, ſuos Ordines exercendo. Formula IV. 277.

A mala promotione ante ætatem. Pro Sacerdote, qui ante legitimam ætatem ignoranter ordinatus eſt Sacerdos, & miniſtrauit in Altaris miniſterio, nec ſe abſtinuit, cognito defectu quatuor menſium pro legitima Ordinatione habenda. Formula V. 278.

A mala promotione ob Titulum fictum. Pro Presbytero, qui ad omnes Sacros etiam Presbyteratus Ordines, ad titulum ficti, & ſimulati Patrimonij promoueri ſe fecit, & in eis miniſtrauit. Formula VI. 280.

A mala promotione ob defectum Natalium. Pro Presbytero, qui, omiſſo Clericali charactere, ſe ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines promoueri fecit, nulla obtenta diſpenſatione ſuper defectu Natalium, quem patitur, & in dictis Ordinibus miniſtrauit. Formula VII. pag. 281.

A mala promotione per ſaltum. Pro Religioſo Presbytero, qui ignoranter, omiſſis quatuor Minoribus Ordinibus, ad omnes Sacros, etiam Presbyteratus Ordines promotus fuit, & in illis miniſtrauit. Formula VIII. 282.

A Simonia. Pro Presbytero, cuius Pater ſoluit quandam pecuniæ ſummam, vt eidem Presbytero, de quodam Beneficio prouideretur, prout prouiſum fuit, Oratore ignorante ſolutionem huiuſmodi; petit tamen Orator retinere dictum Beneficium, & condonari fructus hactenùs perceptos. Formula IX. 284.

Ex defectu Natalium. Pro eo, qui natus eſt in figura Matrimonij, ſed verè procreatus ex Adulterio, & deſiderat

fieri

fieri Clericus, & ad Sacros Ordines, etiam ad Sacerdotium promoueri. Formula X. pag. 285.

CAPVT QVINTVM.

Prò Rehabilitationibus.

Declaratio, & prænotanda circa Rehabilitationes. 287.

Rehabilitatio ad Beneficia obtinenda. Pro Sacerdote, qui aliàs obtinuit abſolui, & diſpenſari à Sacra Pœnitentiaria ſuper Irregularitate, cum inhabilitate ad Beneficia. Formula I. 287.

Abſolutio, Diſpenſatio, & Rehabilitatio. Pro Sacerdote, qui per Simoniam quoddam Beneficium obtinuit, & in ſuis Ordinibus miniſtrauit: dimiſſo verò Beneficio, petit abſolui à Cenſuris, diſpenſari ab Irregularitate, & rehabilitati ad Beneficia. Formula II. 289.

Commutatio Recitationis Horarum Canonicarum. Pro Sacerdote, qui propter viſus debilitatem, Horas Canonicas vix recitare poteſt. Formula III., & vltima. 290.

Admonitiones deſumptæ ex D. Gregorio Papæ, etiam Pœnitentibus vtiles.

Pro Viris, & Fæminis. Admon. I. 294.

Pro Iuuenibus, & Senibus. Admon. II. 294.

Pro Pauperibus, & Diuitibus. Admon. III. 294.

Pro Subditis, & Prælatis. Admon. IV. 296.

Pro Seruis, & Dominis. Admon. V. 296.

Pro Sapientibus, & Hebetibus. Admon. VI. 297.

Pro Impudentibus, & Verecundis. Admon. VII. 298.

Pro Impatientibus, & Patientibus. Admon. VIII. 298.

Pro Beneuolis, & Inuidis. Admon. IX. 299.

Pro Simplicibus, & Impijs. Admon. X. 300.

Pro Flagella metuentibus, & non metuentibus. Admonitio XI. 301.

Digitized by Google

Pro Humilibus, & *Superbis*. Admon. XII. pag. 303.
Pro Guloſis, & *Abſtinentibus*. Admon. XIII. 304.
Pro Largientibus ſua, & *pro Rapientibus aliena*. Admonitio XIV. 305.
Pro Aliena non appetentibus, *nec ſua Largientibus*; & *pro ſua tribuentibus*, & *aliena rapere non deſiſtentibus*. Admon. XV. 307.
Pro Diſcordibus, & *pro Pacatis*. Admon. VVI. 308.
Pro Coniugatis, & *liberis à Coniugio*. Admon. XVII. 309.
Pro Conſcijs, & *pro ignaris peccatorum carnis*. Admonitio XVIII. 310.
Pro Laudantibus illicita, *quæ faciunt*; & *pro non deuitantibus praua*, *quæ accuſant*. Admon. XIX. 312.
Pro Peccantibus frequenter in minimis, & *pro eccedentibus aliquando in grauioribus*. Admon. XX. 313.

Digitized by Google

De Pœnitentiario Domini Papæ.

Quæſtiones Præambulares.

ANTEQVAM de Miniſterio Minoris Pœnitentiarij aliquid in indiuiduo proponatur, operę prætium erit, quædam in communi reſtrictè, & per tranſitum præmittere ad maiorem ſubſequentium intelligentiam: Clariores enim, ac veriores redduntur ſermones noſtri, cum ab vniuerſalibus prius cognitis, ad particularia deſcendimus, iuxta monitum Philoſophi primo Phyſicorum, communią ſunt particularibus præmittenda, quod cum in ſcriptis Doctorum prò lege obſeruatum conſpiciatur, mirum non erit, ſi, & in præſenti reſtrictu, ad exemplum maiorum prò regulą habeatur, proùt in ſequentibus Quæſtionibus breuitèr adimplebitur.

De Origine Pœnitentiarij.

An in primæua Eccleſia fuerint Pœnitentiarij.

QVÆSTIO PRIMA.

NOn quæritur hìc de Pœnitentiario largè ſumpto, proùt hoc nomen cuilibet ſimplici Confeſſario competerę poteſt, à Sacramento Pœnitentiæ, quod adminiſtrat, ſed ſtrictè capto, ſcilicèt, prò Confeſſario, qui in loco publico expoſitus, recipit Confeſſiones Pœnitentium, qui maioribus flagitijs publicis, aut priuatis innodati, ab alijs Confeſſarijs abſolui non poſſunt, pænitentiam pro modo culpæ eiſdem imponendo, vt ex *Trid. ſeſs. 24. cap. 8. de reform.* Qui etiam diſtinguitur in Epiſcopalem, & Apoſtolicum à facultate eiſdem conceſſa, & à concedente facultatem; Nam ſi ab Epiſcopo ſit deſtinatus ad abſoluendum à caſibus ſibi proprijs, & reſeruatis, Pœnitentiarius Epiſcopalis nuncupatur; Si verò deputetur à

Pontifice ad abſoluendum à caſibus ſibi, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis Pœnitentiarius D.Papæ,& Apoſtolicus nominatur, gerens vicem ipſius Pontificis, & de iſto quæritur in præſenti, quo tempore incæperit.

Circa quod, non eſt omnium concors ſententia; Putant enim aliqui originem habuiſſe à Simplicio Papa, qui fuit de anno 385. Alij ſentiunt, ſub Fabiano Papa, tempore Decij Imperatoris circa annum 250. incæpiſſe; Sed à ſententia Baronij non videtur recedendum, nempè tempore D.Petri Pœnitentiarios originem habuiſſe in Eccleſia: Vt enim aduertit, & probat idem *Baronius tom.*1.*anno* 56.*pag.*418. Anno duodecimo D.Petri Apoſtoli, præter Confeſſionem ſecretam,alia exercebatur publica, quæ Exomologeſis vocabatur, prò quâ eligebantur Sacerdotes Confeſſarij inter alios digniores, & doctiores; ad hunc certè finem, vt pœnitentes maioribus exceſſibus grauatos, exciperent,abſoluerent,& pœnitentia impoſita, Deo, & Eccleſiæ reconciliarent.

In hoc autem officio,tunc temporis adminiſtrato, quis non recognoſcit verum, & reale miniſterium Pœnitentiariorum D. Papæ? Electi enim ab ipſo Pontifice ad hoc munus Apoſtolicum exercendum, vt antiqui ante Pium V., aut aſſumpti ad idem munus ex auctoritate Pontificis, vt moderni poſt eumdem Pium, facultate potiuntur abſoluendi Pœnitentes à quibuſcumque culpis, & exceſſibus, publicis, & occultis, grauibus,& enormibus; inſuper & ab omnibus Cenſuris, ſententijs, & pœnis Eccleſiaſticis, etiam eidem Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aliquibus exceptis; eoſdem recipiendo, abſoluendo, & pro modo culpæ ſalutarem pœnitentiam imponendo, & ſic Deo, & Eccleſiæ eoſdem reconciliando: Idem ergò officium illorum Confeſſariorum primitiuæ Eccleſiæ, & Pœnitentiariorum D. Papæ, qui ante B. Pium V., & modo ſunt in eadem Eccleſia;conſequenter origo præſentium iuſtè deducitur à tempore illorum, qui viuente B. Petro extitere, cum ex identitate electionis ad aliquid exercendum, rectè inferatur identitas eiuſdem officij, & miniſterij.

Quod totum firmari poteſt ex Doctoribus citatis à *Lorino*

in

In Act. Apoſtolor. cap. 19. *verſ.* 18. ad illa verba: *Multi credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus ſuos*; dum aſſerunt, Confeſſionem publicam, tempore Apoſtolorum vſitatam, fuiſſe de magis enormibus flagitijs, ex iudicio, & arbitrio Epiſcopi, aut Sacerdotis Pœnitentiarij, poſtquam priorem, ideſt ſecretam excepiſſet: Ergo & in illo tempore Apoſtolorum extiterunt Pœnitentiarij ad abſoluendum à maioribus exceſſibus Pœnitentes deputati, ſicut & modo ſunt à Pontifice deſtinati pro ijſdem flagitijs, licet publica confeſſio ceſſauerit: Igitur à tempore primitiuæ Eccleſiæ, iuſtè deducitur origo Pœnitentiariorum D. Papæ, vt ex præmiſſis haberi poſſe videtur; ex quibus etiam elicitur reſponſio ad opinantes oppoſitum temporibus Simplicij, & Fabiani Pontificum; nam vt notat idem Baronius *loc. cit.* tunc temporis potiùs dicendum eſt, numerum Pœnitentiariorum fuiſſe auctum, ob multitudinem lapſorum, quam nouiter inſtitutum.

De Progreſſu Pęnitentiariorum.

An à principio Eccleſiæ, vſque ad præſens ſemper extiterint Pœnitentiarij.

QVÆST. II.

RAtionabilitèr præſumi poteſt à Beato Petro, vſque ad præſens, Pœnitentiarios ſemper in Eccleſia perſeueraſſe.

Præſumptiuè proceditur in hac Quæſtione, eo quod poſſibile non ſit inuenire, quid actum ſit ſingilatim antiquioribus Sæculis vſque ad S. Marcellum, præſertim cum Annales Eccleſiaſtici nihil, aut parum agant de hac materia. Rationi tamen valdè conſonum videtur, quod ordinata à B. Petro, & Apoſtolis prò recto regimine Eccleſiaſtico, tàm in ordine ad conſeruandos bonos in obſeruantia legis, quam in modo reducendi, corrigendi, & abſoluendi præcipuè publicos peccatores, eadem tanquam exemplaria imitanda ſibi propoſuerint

Sancti Pontifices Succeſſores eiuſdem B.Petri, vt quos imitati ſunt in zelo, & ſanctitate, imitarentur, & in cura Animarum, ac Sancto regimine: quod ergò priùs ordinarunt Apoſtoli quoad Sacerdotem Pœnitentiarium, vt ſupra dictum fuit, iuſtè præſumi poteſt, à Succeſſoribus cuſtoditum, & obſeruatum fuiſſe vſque ad Marcellum I. quo Sancto Pontifice regnante ſub Imperio Conſtantij Clori ſinentis Chriſtianos viuere in pace, inſtitutis per Vrbem varijs Paræcijs, in illis quindecim Pœnitentiarios diſtribuit, ex omnibus alijs Viris eminentiores, quos, & Cardinales nominauit, vt notauit *Gomez olim Sac. Pœnitentiæ Regens ad Regul. Cancel. in Proœm. §. Sac. Pœnitentiæ officij variatio, his terminis:* Ad tantumque honoris culmen, hæc Pœnitentiariorum cura deuenit, vt non dedignarentur olim quindecim Cardinales illud munus ſubire, vt Papa Benedictus XII. refert, sè in quodam antiquo libro habuiſſe ſcriptum; quem etiam citat, & ſequitur *Rota par. 7. deciſ. 222. num. 3. recent.* concludens cum eodem *Gomez* tempore Marcelli I. hic Romæ quindecim Cardinales, Sacrum hoc Pœnitentiariæ officium exercuiſſe, vt liquidè ex citatis ab ipſis.

Succedente poſtea Coſtantino Magno, qui poſt Baptiſmum, ædificatis multis Baſilicis, permiſit Chriſtianos vbique cultum publicè exercere, S. Sylueſter de anno 323. ædificata Lateranenſi Baſilica, ibique poſito Clero, etiam Pœnitentiarios ibidem collocauit, ad eorum munus in publica Eccleſia primo exercendum; quod ex Leone X. in Bulla prò Pœnitentiarijs Lateranen. incip. *Ex debito Paſtoralis Officij* 1517. ſatis comprobatur, dum aſſerit ab eorum Pœnitentiariorum primæua inſtitutione, fuiſſe collocatos in Baſilica Lateranenſi; Vnde cum Pœnitentiarij fuiſſent inſtituti ante S. Syluestrum, ſequitur ab eodem ſtatim fuiſſe poſitos in prædicta Baſilica deſtinata prò Cathedrali Vrbis, & Orbis, & Patriarchali eiuſdem Papæ; ſicut poſtea ab alijs Pontificibus, ſucceſſiue in alijs etiam Baſilicis collocati ſunt.

Similiter poſt Marcellum, & Syluestrum, etiam quando Cardinalatus dignitas magis ampliata, & venerata fuit, hoc munere

munere functi ſunt Cardinales: Nàm de anno 769. Stephanus IV. ſeptem Epiſcopos, ex finitimis Romæ partibus ad ſe vocauit, nempè, Oſtienſem, Portuenſem, S. Ruffinæ, ſeù Syluæ Candidæ, Albanenſem, Sabinenſem, Tuſculanum, & Præneſtinum, vt continuò Papæ aſſiſterent, miſſarumque ſolemnia in Baſilica Lateranenſi ſuper Altare S. Petri celebrarent, vt refert *Baronius tom. 9. anno 769.* §. *Rurſum verò pag. 296. Cumque illos Cardinalatus bonore decoraſſet; Hebdomadarios etiam eiuſdem Baſilicæ eoſdem nominauit, eo quod ſingulis Hebdomadibus per vices ſuas, explerent munus Pontificis, vt x eodem Baron. tom. 11. anno* 1052. §. *Quod autem pag.* 236. Hoc autem munus Pontificis, quodnam eſſet, explicat Anaſtaſius fuiſſe, præter celebrationem in prædicto Altari, audire etiam Confeſſiones in eadem Baſilica; & clariùs *Gonzaga*; Pœnitentiarij munus exercere; Sacras enim Chriſti fidelium, ex omnibus Orbis partibus prò peccatorum expiatione Romam confluentium confeſſiones excipiebant, illis interim prò commiſſis ſalutarem, debitamquè pœnitentiam ex auctoritate Apoſtolica iniungentes: *Gonzaga de Orig. Seraph. Relig. par.* 1. §. *de Pœnitentiaria Sacroſan. Lateranen. Eccleſiæ*; Ergò proculdubio, etiam tunc temporis, ſeptem illi Epiſcopi Cardinales, veri, & reales Pœnitentiarij D. Papæ extiterunt, dùm munus Pontificis quod eſt munus Pęnitentiariorum verum, & reale, in Baſilica Lateranenſi exercebant. Excreſcentibus poſtea curis, negotijs, & facultatibus, nec valentes ipſi Cardinales vacare Confeſſionibus, ſinè graui eorum incommodo, vno tantùm ex ipſis permanente, loco aliorum ſubſtituti ſunt alij Sacerdotes, ex qua mutatione ortum habuit nomen maioris, & minoris Pœnitentiarij; Cardinalis, dictus eſt maior, in comparatione ad alios, qui minores nuncupantur; qui minores Pœnitentiarij, dictis Cardinalibus ſubrogati, quandoque fuerunt ſoli Presbyteri Sæculares; quandoque Sæculares, & Regulares ſimul ad hoc munus obeundum in tribus Baſilicis Vrbis, quoad vſque totalitèr mutata à B. Pio V. Pœnitentiaria, ſeparando publicam à ſecreta, & ablata illa diuerſitate Pœnitentiariorum, eodem annò, quo nouam Pœni-

Pœnitentiariam erexit,conſtituit etiam Pœnitentiarios in tribus Baſilicis Regulares tàntum, vt ſimul, & collegialitèr viuerent; Minores pro Baſilica Lateranenſi; Societatis Ieſu prò Vaticana, & Prædicatores, pro Liberiana, proùt ſemper vſque ad præſens inſeruierunt. Qui omnes auctoritate Pontificia ab Eminentiſsimo Maiore Pęnitentiario ad officium aſſumuntur, ijſdem facultatibus ordinariè potiuntur; nec abſq. licentia eiuſdem Eminentiſſimi à Miniſterio remouentur; Vnum, & idem Corpus cum Tribunali componentes: Quibus etiam omnibus, vt ſubrogatis à B. Pio V. Pœnitentiarijs ab ipſo ſuppreſſis, competunt eadem Iura, honores, & Priuilegia, quibus ſuppreſſi potiebantur, dùm ſubrogatus ſapit naturam illius cui ſubrogatur; & priuilegia ſuppreſſorum, tranſeunt in ſubrogatos, vt eſt proprium eiuſdem ſubrogationis,ſecundum Doctores communiter; Nihil obſtans, quod minori facultate potiantur moderni Pœnitentiarij à ſuppreſſis; nàm ſicut ex hac parte, nil fuit derogatum Maiori Pœnitentiario quoad dignitatem, honores, & Priuilegia, ſibi debita ratione officij;idem eſt cenſendum etiam de minoribus Pœnitentiarijs, cum tàm de vno, quàm de alijs currat eadem ratio,& conſequenter idem Ius;ſicut totum verificaretur etiam de Epiſcopis, quando eorum facultas à Pontifice magis limitaretur. Igitur rationabiliter præſumi poteſt, Pœnitentiarios à tempore B.Petri vſque ad præſens ſemper perſeueraſſe in Eccleſia, quorum Miniſterio, ſicut ſemper indiguit eadem Eccleſia prò quolibet Sæculo, ſic cenſendum eſt quod eos ſemper habuerit in officio promptos prò fidelium indigentijs, proùt dictat recta ratio boni Regiminis. Cui non obſtat dictum Leonis X. ſupra poſitum, nempè Pœnitentiarios ab eorum primæua inſtitutione fuiſſe collocatos in Baſilica Lateranenſi, quaſi quod ſolùm tunc incæperint, quando dicta Baſilica fuit ædificata: nam qua ratione eadem Baſilica dicitur prima, & primæua intèr omnes Eccleſias,eodem modo,& Pœnitentiarij in ea collocati dici poſſunt primi, & primæui inter omnes alios: Prima autem illa dicitur, eo quod adeo ſolemni ritu à B.Sylueſtro inſtituto, primaria fuerit conſecrata, &

ad

Digitized by Google

ad publicum Dei cultum in ea exercendum dedicata, erigendo etiam in ea Altare in titulum, quod prius ob perſecutiones nunquam fuerat permiſſum; Ita & Pœnitentiarij à B. Syluestro in ea collocati, dici poſſunt primi, eo quod primarij extiterint, qui in Eccleſia publica, publicè, & ſolemniter eorum munus exercuerint, quod antea non erat conceſſum: Ex hoc tamen non ſequitur alios Pœnitentiarios non præceſſiſſe; ſicut nec ſequitur alia loca Deo dicata, prius non extitiſſe.

De Scientia Minoris Pœnitentiarij Apoſtolici.

An in Pœnitentiario Apoſtolico, neceſſaria ſit Scientia eminens excedens quamlibet ordinariam.

QVÆST. III.

VNa ex qualitatibus requiſitis in Miniſtro Sacramenti Pœnitentiæ, ad hoc vt poſſit verè dici, & eſſe idoneus Confeſſionis Miniſter, ſecundum Doctores communitèr, eſt ſcientia; Per quam ſcientiam, non intelligitur Clauis, quæ dicitur ſcientiæ, & eſt poteſtas videndi in Cauſa, quia hæc reperitur in omni Sacerdote inſeparabiliter, ſed illa ſcientia, ſumpta pro Doctrina ſiuè Theologica, ſiuè Canonica neceſſaria ad rectè miniſtrandum Pœnitentiæ Sacramentum ſine peccato: Et dicendum videtur, hanc in Pœnitentiario Apoſtolico debere neceſſariò excedere quamlibet ordinariam neceſſariam in Miniſtro Ordinario.

Certum eſt enim, quemlibet Confeſſarium teneri ſcire ea, quæ neceſſaria ſunt pro adminiſtratione ſui muneris; hoc enim eſt generale omnibus, vt ſub mortali teneantur ſcire ea omnia, quæ neceſſaria ſunt pro recta officij adminiſtratione, ſi ſint in materia graui: Ergo tanto magis Confeſſarius, qui in hoc Miniſterio iudiciali, Iudicis perſonam ſuſtinet, quoad con-

conſcientiam Pœnitentis, tenetur ſcire omnia neceſſaria ad formandum rectum iudicium de ſtatu ipſius, atque adeo ad cognoſcendas cauſas, ad ſeruandam debitam ęquitatem in ſatisfactione iniungenda, & ad monendum Pœnitentem de obligationibus quibus tenetur, nè errandi periculo ſe exponat.

At certum eſt etiam, maiorem ſcientiam requiri in Miniſtro magis expoſito errandi periculo, ratione loci, vbi Confeſſiones audit, & ratione perſonarum, quas audire, & iudicare tenetur; Vnde docetur communitèr prò rudibus in Villis, & Pagis minorem ſcientiam ſufficere; in Ciuitate prò doctis, maiorem requiri; prò Militibus, Mercatoribus, Eccleſiaſticis, & Iudicibus multo maiorem deſiderari, vt rectum iudicium formari poſſit de ſtatu ipſorum, & rectè cognoſcatur à Confeſſario, quidquid debet iudicare: Tali aute periculo errandi, nullus inter Confeſſarios magis expoſitus cenſeri poteſt, quàm Pœnitentiarius D. Papæ, cuius officium non eſt prò ſolis rudibus, neque prò ſolis mulierculis inſtitutum, ſed prò doctis, & indoctis, Militibus, & Mercatoribus, Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, & prò omnibus ex quacumque parte Mundi ad Vrbem confluentibus, non ſolùm vt eos abſoluat ab exceſſibus quantumcumque enormibus, & à Cenſuris, etiam Summo Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis intra limites conceſſionis; Sed etiam vt valeat eorum difficultates explanare, neceſſarias prò ipſis diſpenſationes detegere, procurare, & obtentas executioni mandare; & cætera omnia perficere, quæ à Sac. Tribunali Pœnitentiariæ concedi poſſunt, & eidem committuntur.

Tot ac talia onera in ſe recipit Pænitentiarius, dùm ad tale munus obeundum ſe ſubmittit, à quibus multis, ordinarius Confeſſarius eſt exemptus, & quo ad alia non pauca, reflectere vix rarò tenetur, cum quandoque ſolum ſibi eueniant. Igitur ſi ex magnitudine officij, periculi magnitudo argumentatur, & vbi maius apparet periculum errandi, ibi maior ſcientia ſit neceſſaria, ad euitandum errandi periculum, præſertìm in adminiſtrando Sacramentali iudicio, in quo & Sacrilegium interuenire poteſt, & grauis irreuerentia erga Sacramentum;

con-

Digitized by Google

concludendum videtur, in Pœnitentiario Apoſtolico, quo maius eſt officium, maiorem ſcientiam, & doctrinam eſſe neceſſariam, quam in Confeſſario ordinario, dum quæ ſufficit iſti prò ſua Ecclesia, alteri non ſit ſatis prò ſua Baſilica, ad munus proprium ritè obeundum; dixi in Confeſſario ordinario, quia extraordinarios, tanquam Magiſtros meos veneror.

Non eſt igitur pro omnibus hoc munus Apoſtolicum: Viros doctos, & in litterarum ſcientia non parum verſatos requirit, vt dignitati Miniſterij, digni correſpondeant Miniſtri: Ad hunc finem, tempore Apoſtolorum, quando Pœnitentiarij incæperunt, non quemlibet Confeſſarium ad hoc obeundum deputarunt, ſed inter ipſos digniores, & doctiores, vt ex Baronio ſupra fuit dictum: Similiter tempore Marcelli, & Syluestri Pontificum, ad idem munus exercendum, aſſumpti ſunt quindecim Confeſſarij, non ordinarij, ſed ex omnibus alijs viris Eminentiores, qui & Cardinales ſunt nominati, vt ſupra ex Gomez fuit notatum: Minores Pœnitentiarij Epiſcopis Cardinalibus ſubrogati in Baſilica Lateranenſi ante B. Pium V. ad officium aſſumi non poterant niſi eſſent Magiſtri in Theologia, ſeù in vtroque, aut altero Iure Doctores, vt mandauerat Leo X. in Bulla incip. *Ex debito Paſtoralis officij*; quod & Eugenius IV. ſtatuerat prò Pœnitentiarijs Curiæ: Et poſt Pium V. Clemens VIII. ad maiorem ſcientiam habendam, in deputatis ad hoc Miniſterium, Conſtitutionem ædidit incip. *Qui ad ſalutare &c.* ordinans neminem deinceps aſſumi poſſe, niſi prius à Maiore Pœnitentiario, & à Sac. Congregatione, ſeù Signatura Pœnitentiariæ examinatus fuerit, & approbatus, proût & in præſenti obſeruatur, & obſeruare tenentur: Ex quibus liquidò patet, quanta circumſpectione in hac parte Pontifices, & Tribunal ſemper proceſſerit, vt huius muneris magnitudini, impar non eſſet ſcientia Miniſtri; Oneribus tanto Miniſterio annexis, nunquam putauit Sac. Pœnitentiaria poſſe quempiam rectè ſatisfacere, niſi in omnibus, quæ neceſſaria ſunt ad iuſtè iudicandum, & ad vitandum ſacrilegium, & irreuerentiam erga Sacramentum, inſtructus bene eſſet, & expertus: Ipſam non

Digitized by Google

ſtatuit, quod de Iudice Spirituali habetur. *c.* 1. *de Pœnitent. diſt.*6. §.*Caueat* ſcilicet, oportet ſciat cognoſcere, quidquid debet iudicare; iudiciaria enim poteſtas hoc poſtulat, vt quid debeat iudicare diſcernat: Ideo ſemper curauit ſubſtituere ad officium Viros doctos, & benè inſtructos, nè aliter diſponendo, & Sacerdos aſſumptus, & Tribunal aſſumens, grauitèr Deum offenderent, ille exponendo ſe certo periculo deficiendi in eſſentialibus ad proprium officium; iſtud cooperando ad alterius peccata, dùm non impedirent, quod impedire tenerentur, vt cum *Nauar. in Manual. cap.* 4. *num.* 9. docent præcipui Doctores.

Qua de cauſa etiam ad ſimplicem gratiam extra Vrbem exequendam, ordinariè non deputat quemlibet Confeſſarium, ſed diſcretum Virum, Magiſtrum in Theologia, vel decretorum Doctorem ex approbatis ab Ordinario, eligens ad hoc munus ſpeciale, digniores, & doctiores inter alios etiam approbatos; Et ſi hoc prò particulari gratia exequenda cenſetur neceſſarium, quæ ſcientia, & idoneitas cenſenda erit neceſſaria in Miniſtro deputato ad exequendas gratias, toties quoties à Tribunali alicui ex Pœnitentiarijs fuerint commiſſæ? In hoc foro conſcientiæ agitur de re grauiſſima, qualis eſt ſalus Animarum; conſequenter munus hoc Apoſtolicum omnibus non eſt credendum, ne ſi cœcus cœco ducatum præſtet, ambo in foueam cadant; ſed ijs tantum, quorum ſcientia, & doctrina ſit probata, ne vnquam de aliquo dici poſſit à Supremo Paſtore Animarum, Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi, quia labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & Legem exquirunt de ore eius; alias, prout ad eum pertinet, inter peccatum, & peccatum non poteſt diſcernere; vt habet Benedictus XI. *extrau. inter cunctas de priuil.* ex Propheta Oſeæ *cap.* 4. Ergo ſcientia Pœnitentiarij excedere debet quamlibet ordinariam, in Confeſſarijs ordinarijs requiſitam.

De

Digitized by Google

De Morum probitate Pœnitentiarij D. Papæ.

An in Pœnitentiario Apoſtolico requiratur morum probitas, ad hoc vt ſit Idoneus ad exercendum ſuum Miniſterium.

QVÆST. IV.

AD miniſtrandum validè Sacramentum Pœnitentiæ non requiri in Miniſtro Sanctitatem, ſeù ſtatum gratiæ, communitèr docent Doctores, cum expreſsè hoc habeatur ex Conc. Trid. *ſeſs.* 14. *Can.* 10. dummodo concurrant omnia eſſentialia ad ipſum Sacramentum conficiendum; cum nullibi reperiatur aliter fuiſſe diſpoſitum à Chriſto Domino, qui fuit huius Sacramenti Inſtitutor: Ad licitè tamen miniſtrandum, vtique neceſſaria eſt in Miniſtro Sanctitas, & ſtatus gratiæ: Nàm clarè habetur ex 1. *quæſt.* 1. *cap. remiſſionem*, malum Miniſtrum non poſſe miniſtrare remiſſionem peccatorum; ergo vt licitè miniſtret, bonus eſſe debet, & in gratia; nam ſancta, non niſi ſanctè ſunt tractanda; & nullus Sacramenta in ſtatu peccati mortalis adminiſtrare poteſt, quin nouum mortale peccatum incurratur, vt ex *cap. per Iſaiam* 1. *quæſt.* 1. & Doctores communiter. Vnde in hoc non currit paritas inter Iudicem forenſem, & Pœnitentiarium; licet enim forenſis iudicare poſſit in cauſa, quamuis non ſit in gratia ſui Principis; hoc tamen non eſt permiſſum Pœnitentiario, quia actus iſtius eſt Sacramentalis, exigens Sanctitatem, & puritatem in Iudicante, quale iudicium non eſt Miniſtri forenſis: Vtique verum eſt Iudicem Pœnitentiarium reum alicuius culpæ mortalis ad licitè iudicandum, non teneri in rigore, præuia confeſſione ſe præparare; ſi enim commodè hoc non poſſit facere, aut aliqua neceſſitas vrgeat, mediante contritione poterit ſe diſponere, vt commune eſt omnibus Miniſtris Sacramentorum ex Doctoribus.

Digitized by Google

Sed vltra hanc bonitatem, qua Confeſſarius bonus eſt ſibi, alia etiam ſecundum multos in eodem requiritur, qua bonus ſit Pœnitenti, nempè vt ornatus ſit virtutibus, ad munus ſuum dignè obeundum requiſitis, quæ multæ, & diuerſæ, à diuerſis aſſignantur. Verum, ſi quod in hac parte ſentiam, debeo fateri, vnicam tantum virtutem in Pœnitentiario Apoſtolico, puto neceſſariam, nempè ſolam Charitatem perfectam, quæ licet vnica ſit, omnes tamen alias, ab alijs requiſitas complectitur, cum ad cunctarum virtutum facta dilatetur, vt inquit D. Gregorius Papa *lib.* 10. *moral.* Ex D. Paulo 1. *ad Corinth. cap.* 13. Charitatem deſcribente, totum clarè haberi poteſt: Nam ſi patiens eſſe debet Pœnitentiarius ad audiendos Pœnitentes, & ipſos inſtruendos, dum neceſſitas contingit; Charitas patiens eſt: Si benignum præſtare ſe debet ad alliciendum peccatorem, vt facilius ſua peccata confiteatur; Charitas benigna eſt: Si alienum à terrenis rebus debet ſe oſtendere, vt ſuo muneri liberè, & ſine inuidia ſatiſfacere valeat; Charitas non æmulatur: Si dotatus aliquo talento, adhuc tamen debet proximo ſeruire, & cauſam Dei indifferenter facere; Charitas non inflatur: Si mundus eſſe debet ab illis exceſſibus, ad quos iudicandos conſtitutus eſt Iudex; Charitas non agit perperam: Si prò expediendis pœnitentibus, debet omnia alia relinquere, & iuxta debitum officij, non propriam, ſed alienam facere voluntatem; Charitas non quærit quæ ſua ſunt: Si quandoque iniurijs ab aliquo perdito laceſſitus ad nullum vltionis motum excitare ſe debet, ſed propter Deum omnia ſubſtinere; Charitas non irritatur: Si tandem erga omnes viſcera pietatis oſtendere debet, illos admonendo, exhortando, corrigendo, & ad Legis obſeruantiam excitando; Charitatem habeat, & ſtatim cum D. Paulo dicere poterit, omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos; nulli parcens labori, vt omnium ſtudeat ſaluti: Igitur hanc ſolam virtutem Charitatis teneat Pœnitentiarius Apoſtolicus, & ſtatim inſignitus apparebit illa morum integritate, quæ in ipſo deſiderari poteſt, vt bonus etiam ſit ſuis Pœnitentibus: Bonus erit ſuis Pœnitentibus, quià eos trahet

in

Digitized by Google

in vinculo charitatis ad deteſtanda peccata, ad veniam promerendam, ad virtutes comparandas, ad vitia fugienda, & ad obtinendam veram abſolutionem, & remiſſionem ſuorum deliſtorum, quod principaliter, & cunctis viribus curare debet Pœnitentiarius, vt finis primò intentus ex ſuo miniſterio; Præditus ſit Charitate, qui ad hoc munus aſſumitur, bonus erit ſibi, & alijs in officio ſuo exequendo, quia ille ſolus præeminet vtilitèr, qui per affectum magnæ Charitatis, Dei amicus eſt, inquit *D.Greg.in* 1.*Reg. lib.4.cap.5.* Hoc cupiunt, hanc Charitatem deſiderant ipſi Pœnitentes, dum ad nos veniunt, vt filij ad Patres, & Patres Spirituales, tales nos nominando, dum dicunt, Pater peccaui; Igitur affectu paterno, & charitate perfecta recipiendi ſunt, & audiendi, vt ad Dei gloriam dicere poſſimus, quod de Filio prodigo dixit eius Pater; Hic filius meus mortuus erat, & reuiuixit, perierat & inuentus eſt *Luc.* 15. Nec timendum, quamuis pœnitens grauiſſimis ſit plenus iniquitatibus, quia Charitas operit multitudinem peccatorum, & timor non eſt in Charitate, ſed perfecta Charitas, foras mittit timorem. 1. *Ioann. cap.* 4. ſolum conſideretur, quod per Miniſterium Pœnitentiarij, paratur Omnipotenti Deo, Thalamus, & Thronus ad inhabitandum, ad imperandum, dùm per ipſum fidelis Anima à ſuis iniquitatibus expurgatur, ad ſuum Sponſum, ac Creatorem reuertitur, gratia, & donis ſupernaturalibus exornatur &c. & ſic omnis amor aderit, & omnis timor ceſſabit.

De Facultate Pœnitentiarij Apoſtolici.

An Facultas conceſſa Minori Pœnitentiario ſit ordinaria, aut delegata.

QVÆST. V.

ORdinaria cenſenda eſt facultas Minoris Pœnitentiarij, non delegata: Cum enim detur cum Titulo, & ratione officij Pœnitentiarij, quod ſufficit ad conſtituendam iuriſdictio-

ctionem ordinariam, vt habet *Barboſ. de offic. Epiſc. par. 3. allegat. 54. num. 28.*, ordinaria non delegata eſt dicenda; Quod magis firmari poteſt ex alijs rationibus, quibus Doctores ordinariam iuriſdictionem decernunt: Et primo: Iuriſdictio eſt illa ordinaria, quæ datur ad vniuerſalitatem cauſarum, & ſi ad particularem cauſam, ſaltem ad vniuerſitatem perſonarum, *Fagnan. tom. 2. in cap. Pernicioſam num. 25. de offic. Ordinario*, *Barboſ. collect. in lib. 5. ſexti decretal. de hæretic. cap. Per hoc 17. num. 7.* Iuriſdictio autem Minoris Pœnitentiarij eſt ad vniuerſalitatem, tàm cauſarum, quàm perſonarum, nam in eiuſdem facultatibus dicitur, quod *poſſit abſoluere quaſcumque perſonas à quibuſcumque caſibus, & Cenſuris &c.* dictio autem *quicumque* Vniuerſalis eſt, & vniuerſalitatem præſefert, vt ex *Barboſ. diction. 317. num. 1.* Igitur ex iſto capite ordinaria eſt cenſenda. Nec refert Pœnitentiarium habere aliquos caſus, & perſonas exceptas: quia etiam Maior Pœnitentiarius, & Epiſcopi ipſi, quorum iuriſdictio vt ordinaria communitèr habetur, idem habent reſpectu Papæ; Ideo &c. Imò cum facultatem ſic vniuerſalem habent à Pontifice, qui ordinariam Iuriſdictionem dare poteſt, niſi in conceſſione exprimatur, quod fiat delegatio, iuriſdictio ordinaria cenſenda eſt ab ipſo conceſſa, vt notant *Bartol. tract. de Iuriſdict. quæſt. 5. num. 9.*, *Bald. conſil. 90. vol. 1. & alij*; In conceſſione autem nulla expreſſio reperitur delegationis, conſequenter ordinaria dici debet. Magis firmatur: quia Iuriſdictio Pœnitentiarij Apoſtolici, non expirat morte Papæ, aut Maioris Pœnitentiarij, vt habetur expreſsè in *Clem. 2. Ne Romani, §. Eo tamen prouiſio. de elect.* & ſemper fuit praxis in quacumque Pœnitentiaria; vnde etiam perpetua, non ad tempus iudicatur: At quando Iuriſdictio non expirat morte concedentis, & ex ſui natura perpetua eſt, etiam ordinaria cenſeri debet, prout expreſsè habetur in *cap. Legatos de offic. Legati in 6.* præſertim ſi re integra non expiret, ad differentiam delegatæ, quæ re integra expirat morte concedentis; *cap. Quamuis de offic. Deleg. in 6.* Ergo Pœnitentiarij iuriſdictio habenda eſt prò ordinaria.

Rur-

Digitized by Google

Rurſus, Iuriſdictio quæ eſt à lege, ordinaria eſt, niſi alias lex conſtituat delegationem; *cap. à Iudicibus 2. quæſt.* 6. ibi: *Ordinarij vero ſunt, qui ab Apoſtolico, vt Eccleſiaſtici, vel ab Imperatore, vt Seculares, legitimam poteſtatem accipiunt*: Pœnitentiarius autem, eo ipſo quod electus eſt, habet de Iure facultatem exercendi munus ſuum, vt oſtendit *Barboſ. de poteſt. Epiſcopi allegat.* 55. *num.* 19. *cum allegatis*; non enim neceſſè eſt, vt reperiatur Canon, vel Ius, expreſſè hanc facultatem tribuens, ſed ſufficit, quod Ius conſtituat Pœnitentiarium, vel de eo quidquam loquatur, eumdem præſupponens, vt aduertit idem *Barboſ. par.* 3. *alleg.* 54. *num.* 40. de ordinaria Iuriſdictione Vicarij, cuius Iuriſdictionem licet nullum Ius exprimat, tamen à Iure ipſam habet, & ſecundum veriorem ordinaria eſt ex motiuo tacto: de Iure autem eſt Inſtitutio Pœnitentiarij Apoſtolici, dum expreſsè habetur in Iure eius electionem ſpectare immediatè ad Papam, & Sede vacante ad Cardinales; & de eiuſdem facultate fit etiam mentio in Iure, vt habetur *cap. Sæpè de temp. ordinan. in 6.* Igitur, & illius Iuriſdictio à Iure, & ordinaria eſt cenſenda.

Nec dicatur, modernum Pœnitentiarium amplius non inſtitui à Papa, ſed à Maiori Pœnitentiario, & illius vicem gerere; conſequentèr vt Delegatum procedere: quia reſpondetur, proùt in ſimili de Iuriſdictione Vicarij reſpondet *Barboſ. par.* 3. *alleg.* 54. *num.* 40., & 42. Pœnitentiarium inſtitutum à Maiori Pœnitentiario ex permiſſione, & auctoritate Papæ, qui prius ſecundum Iura ipſum inſtituebat, cenſeri Inſtitutum à Papa, & à Iure vt prius; maximè, cum idem Pontifex det formam in tali inſtitutione facienda obſeruandam, vt ex *Conſtitut. Clem. VIII. qui ad ſalutare*: Vnde, & eiuſdem Papæ vices gerit, non Maioris Pœnitentiarij, & in eodem Tribunali non extra; qua de cauſa Pœnitentiarius D. Papæ etiam appellatur, ſicut de Vicarijs diſcurrit *Barboſa loc. cit.* Et certè mirum eſſet, quod Pœnitentiarij Epiſcopi ordinaria eſſet iuriſdictio, quia vigore Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reform.* inſtituendus eſt ab Epiſcopo ad abſoluendum à caſibus ſibi reſeruatis pœnitentes; & ordinaria non eſſet facultas

Pœni-

Pœnitentiarij D. Papæ inſtituti ab eodem Pontifice ad abſol-uendum pœnitentes à caſibus non ſolum Epiſcopis in eorum Diœceſibus, ſed etiam eidem Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ pro toto Orbe reſeruatis.

Ordinaria igitur potius, quam delegata, eſt Minoris Pœnitentiarij, antiqui, & moderni iuriſdictio, quamuis non in tota ſua latitudine, ſed reſtricta quoad aliquos caſus, & perſonas, & quoad locum, in quò exercenda eſt, quæ tamen alteri delegari non poteſt, vt de antiquis mandauit Benedictus XII. in Bulla incip. *In agro Dominico*; & de Modernis, ſtatuunt ordinationes, & facultates Maioris Pœnitentiarij: Et ex hac reſtrictione, quoad ſubdelegationem, vtique inferri poteſt, non eſſe ordinariam in radice, ſed commiſſariam, vt aduertit *Marchant. in Tribunali tom.* 1. *tract.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 2. cum tamen ſit ſimpliciter data, non ad caſum, iudicanda eſt ſicut de Ordinario à quo datur, vt diſcurrit *Alenſis in ſumm. par.* 4. *quæſt.* 19. *memb.* 1. *art.* 3. § *De iſtis autem*, exemplificans de Pœnitentiarijs D. Papæ, quod ſatis ſit, quo ad hoc dubium, de quo etiam egi in manuſcriptis Adnotationibus ad Bullam ſuper facultatibus Maioris Pœnitentiarij, *facult.* 46.

De Vſu Facultatis Pœnitentiarij Apoſtolici.

An Minor Pœnitentiarius vti poſſit facultate ſibi ordinaria, aut commiſſa extra actum Sacramentalis Confeſſionis.

QVÆST. VI.

Sine ſpeciali mandato potentis illud dare, non poteſt Minor Pœnitentiarius vti facultate ſibi ordinaria, aut delegata extra Sacramentalem Confeſſionem.

Duobus modis procedit Pœnitentiarius Apoſtolicus in ſuo Miniſterio, nempè aut vtendo facultate ſibi ordinaria, aut exequendo quod ſibi committitur ab Eminentiſs. Maiori Pœniten-

nitentiario, ſeù ab Illuſtriſs. D. Regente Sac. Pœnitentiariæ. Excepta abſolutione à peccatis, quæ ſolum per Pœnitentiæ Sacramentum tolluntur, cum expreſſo mandato Sanctitatis ſuæ, aut alterius ex præfatis Superioribus, quod raro continget, poteſt vtique Minor Pœnitentiarius vti facultate ſua, extra Sacramentalem Confeſſionem ſiuè abſoluendo à Cenſuris, ſiue diſpenſando ſuper quacumque inhabilitate, ſiuè votum quodlibet commutando, cum nulla ex prædictis gratijs de neceſſitate petat concedi in Confeſſione; & ſic ablato mandato talitèr ipſas concedendi, gratiæ ſic conceſſæ ſubſiſtunt, cum liber ſit Pœnitentiarius ab obligatione cuſtodiendi conſuetum, & ordinarium mandatum: ſine tamen expreſſo mandato alicuius ex prædictis Superioribus, nec licitè, nec validè poteſt Pænitentiarius vti ſua facultate ordinaria, aut commiſſa in vllo caſu, extrà Confeſſionis Sacramentum.

Quod licitè hoc non poſſit probatur; quia tranſgrediens mandatum Superioris in materia graui, grauem culpam committit, & tanto etiam maiorem quanto grauiora indè ſequuntur inconuenientia, vt communiter Doctores; Mandatum autem Maioris Pœnitentiarij non vtendi facultate Sac. Pœnitentiariæ, niſi in actu Sacramentalis Confeſſionis, eſt de re graui, cum ſit mandatum Vicemgerentis ipſius Pontificis, non intendentis alitèr concedere gratias, quæ à ſuo Tribunali Pontificio dimanant, & hoc ſub nullitate cuiuſcumque exequutionis aliter factæ ob quemcumque prætextum, & Cauſam, vt modo probabitur; ergo tàm ratione inobedientiæ erga Superiorem committentem, quàm ratione inconuenientium, quæ indè proueniunt, à Pœnitentiario hoc nunquam licitè fieri poteſt. Imo, nec validè: quia facultas, gratiæ, & mandata præſertim Apoſtolica, iuxtà intentionem concedentis ſunt regulanda, & non vlterius extendenda; *Cap. mandatum de reſcript.* Intentio autem Maioris Pœnitentiarij, ſeù Sac. Pœnitentiariæ eſt, vt nulla gratia ab ipſo conceſſa exequatur, neque eius facultate quiſquam vtatur, niſi in actu Sacramentalis Confeſſionis, vt expreſsè ſe declarat in iſta clauſula, *Audita ipſius Sacramentali Confeſſione*; quæ importat conditio-

C nem

nem ſinè qua non concederetur talis facultas, neque gratia, vt ex ſtylo continuo, & nunquam interpolato Tribunalis apparet: Ergo quidquid agitur, non præmiſſa Sacramentali Confeſſione, inualidum eſt, & nullum, vtpotè factum contra mandatum, & intentionem Maioris Pœnitentiarij concedentis, & committentis. Firmatur; Iudex excedens officium ſuum, non agit vt Iudex, ſed vt priuatus, & ideò impunè illi non paretur, *Gloſſ. in l. non videtur §. Qui Iuſta ff. de reg. iur.* & delegatus, nihil poteſt facere, præter, vel contra formam reſcripti, aliter geſta, ſunt ipſo Iure nulla *cap. cum dilecta de reſcript.*, & ibi Doctores: Ergo & Pænitentiarius, Iudex conſtitutus in Tribunali Pontificio, etiam prò exequutione gratiarum Apoſtolicarum, quæ fiunt à Maiori Pœnitentiario, ſi excedat officium ſuum, non agit vt Iudex, ſed vt perſona priuata, & ſic nulliter agit: Excederet autem officium ſuum, ſi non præmiſſa Sacramentali Confeſsione Pœnitentis, quidquam exequeretur, quia excederet fines mandati Maioris Pœnitentiarij expreſsè mandantis, exequutiones à ſe commiſſas debere fieri *in actu Sacramentalis Confeſſionis tantùm*, *& non aliter*, *nequè vllo alio modo* (ſunt verba ordinaria in quolibet reſcripto expreſsè poſita) Igitur quidquid Pœnitentiarius exequutioni mandaret, non ſeruato in hac parte mandato, nullum eſſet & inualidum, cum facultatem ſibi datam aliter exercere non valeat; nàm dictio, *tantùm*, in mandato poſita, eſt dictio taxatiua, ponens quod affirmat, cætera vero omnia excludens; quod & in eodem mandato exprimitur, dum dicitur, *& non alitèr*, *nequè vllo alio modo*; per quas dictiones clarius apparet formam, & ordinem præſcriptum, nullo modò variari poſſe à Minori Pœnitentiario, ſub nullitate exequutionis; dum forma obſeruanda eſt ad vnguem, etiam in minimis, cum ipſa det eſſe rei, & ideo ea ſublata, corruit actus, & nullo modo valere poteſt; vt ex *cap. Prudentiam de offic. delegat.*, & ibi *Panorm. num. 5.* maximè cum talis ſemper fuerit ſtylus Sac. Pænitentiariæ, qui facit Ius, cum ſit ſtylus Curiæ Pontificis, declarans talem eſſe eiuſdem Pontificis mentem, vt deſumitur ex *cap. quam graui. de crimine falſi*, *& ex cap. litteris de conſtit.*, & ibi Doctores. Stat

Stat igitur concluſio, Pœnitentiarium Apoſtolicum, nec licitè, nec validè poſſe vti facultate ſua, ordinaria, aut à Superioribus ſibi commiſſa, niſi in actu Sacramentalis Confeſſionis, cum adhoc ſibi præſcribatur, & limitetur facultas conceſſa, aut delegata, quod omninò obſeruare tenetur ſub nullitate cuiuſcumque actus; Mens enim, & intentio Maioris Pænitentiarij, Vicemgerentis D. Papæ, de ſe eſt clara expreſsè in ſuis litteris Apoſtolicis, quibus tenetur & ipſe Minor Pœnitentiarius, vt ſemper fuit in praxi; Vnde contra hanc praxim, & ſtylum facientem Ius, nunquam, & nullo modo agere poteſt, abſque nullitate ſui actus; ſicut enim Iudex exercere non poteſt ſuam Iuriſdictionem extra ſuum Territorium, *l. fin.* vbi DD. *ff. de Iuriſdict.* ita nec Pœnitentiarius, ſuam poteſt exercere Iuriſdictionem ordinariam, aut commiſſam, niſi in Tribunali Sacramenti Pœnitentiæ, tanquam in ſuo præſcripto, & limitato Territorio. Quod ſatis ſit quoad hoc dubium, quidquid alias alij ſenſerint, quod enim de ſe patet, probationibus non indiget.

De obligatione Pœnitentiarij Apoſtolici in exequendo.

An Minor Pęnitentiarius teneatur ad mandata Maioris Pęnitentiarij, quæ ordinariè exprimi ſolent in Breuibus Apoſtolicis, quæ à Tribunali expediuntur prò abſentibus, dum cum ſimplici reſcripto ad Memoriale exhibitum expedit Pęnitentes præſentes.

QVÆST. VII.

TEnetur Pænitentiarius ad mandata Maioris Pœnitentiarij expreſſa in formulis Tribunalis, licet cum ſimplici reſcripto ad Memoriale, exequutio gratiæ committatur prò præſentibus in Curia.

Digitized by Google

Probatur officium Pœnitentiarij proprium, & præcipuum eſt abſoluere, & diſpenſare Pœnitentes ad Sac. Pœnitentiariam recurrentes prò aliquo caſu Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ reſeruato, & hoc, aut facultate ordinaria in caſibus ſibi conceſsis, aut poteſtate commiſſa in caſibus ſibi exceptis: Hac de cauſa inſtituti ſunt Minores Pœnitentiarij ad expediendas gratias à Sac. Pœnitentiaria factas præſentibus in Curia; vnde vnum, & idem Corpus faciunt cum Tribunali, & ſunt de præcipuis officialibus eiuſdem Tribunalis, vt declarauit Benedictus XII. in litteris reformationis Sac. Pœnitentiariæ, & notat *Theſaurus in ſua Praxi tit.*40. *num.*2. tàm prò antiquis, quàm prò modernis, ſubrogatis à Pio V. ijſdem quos idem ſupreſsit: Ergo quilibet Pœnitentiarius tenetur ad praxim, & ſtylum eiuſdem Tribunalis, & ad ſeruanda mandata Maioris Pœnitentiarij, quotieſcumque aliquid ſibi committitur exequendum: Nam ſtylus Sac. Pœnitentiariæ facit legem *cap. quam graui de crim. falſi*; cum ſit Tribunal Pontificis, neque ab eo eſt recedendum, *Sanch. de Matrim. lib.*8. *diſp.*21. *num.*16. *cum citat.* ex eius enim immutatione, infertur falſitas gratiæ; *Panorm. in cap. ad hæc de Sent. excom.*, vbi & *Butrius num.*2. Igitur Pœnitentiarius, vt Miniſter Pontificis, tenetur omninò ſeruare ſtylum Tribunalis tamquam legem, dum ſtylus ipſe declarat mentem Pontificis, itaut talis hæc ſit, qualis eſt ſtylus: *Rota deciſ.*50. *num.*28. *par.*5. *recent.* aliter ex immutatione ſtyli, rectè inferri non poſſet falſitas gratiæ: Vndè ſi ſtylus, & obſeruantia Curiæ Romanæ debet obſeruari in omnibus alijs Curijs, etiam extra ſtatum Eccleſiaſticum, præſertìm in ordine ad gratias, & diſpenſationes, ac interpretationes litterarum Apoſtolicarum, vt habet *gloſs. in cap. cum olim in V. Anglicanis Eccleſijs de conſuetud.*, & *Rota part. prima deciſ.*196. *num.*2. *recent.* proùt de facto vbique ſeruatur, quoad litteras Apoſtolicas Sac. Pœnitentiariæ; Mirum certè eſſet, ſi in ipſa Vrbe, in eodem Tribunali, ab eiuſdem officialibus deputatis, & obligatis ad ſtyli obſeruantiam, alitèr putaretur, & peius ſi ſtylus ipſe immutaretur, irritas efficiendo ipſas gratias.

Acce-

Digitized by Google

Accedit, quod Pœnitentiario non committuntur reſcripta, niſi in caſibus eidem exceptis, & conſequentèr nonniſi vt delegatus procedit, dum gratias commiſſas exequitur: Delegatus autem ſequi tenetur ſtylum delegantis, vt pluries cenſuit *Rota deciſ. 251. num. 11., & deciſ. 74. part. 4. recent.*, quia vtitur iuriſdictione ipſius, & nomine eiuſdem procedit, vt ex ſe patet; Vnde cum vtatur eadem Iuriſdictione, debet vti etiam eodem ſtylo delegantis, ne in vſu iuriſdictionis diſcrepet ab ipſo: Igitur & Pœnitentiarius, dum vtitur Iuriſdictione Sac. Pœnitentiariæ in exequendis gratijs ſibi commiſsis, tenetur etiam vti ſtylo eiuſdem Tribunalis delegantis, ne alienam Iuriſdictionem exerceat alio ſtylo, quam exercet proprietarius; & ſic tenetur ad expreſſa in formulis.

Firmatur; quia minores Pœnitentiarij moderni, ſubrogati ſunt antiquis quos Pius V. ſuppreſsit, ad officium forum conſcientiæ ſolum reſpiciens: Ergo quod ſeruabatur ab antiquis, ſeruandum eſt à modernis in Miniſterio, ad quod Pontifex ipſos aſſumit, dum ſubrogatus induit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur: Tenebantur autem antiqui, & ſuppreſsi Pœnitentiarij ad obſeruantiam ſtyli, & formularum Tribunalis, itaut nullatenus ipſas poterant immutare; imò dum litteras expediebant ſuper caſibus ſibi à Papa tunc conceſsis, ijſdem Scriptoribus Tribunalis vti tenebantur, ne formulæ immutarentur, & ſtylus obſeruaretur; ſicut ad litteram etiam obſeruabant, dum præſentes expediebant, vtentes eodem ſtylo Tribunalis Pontificis tàm in litteris, quàm in voce: Ergo, & moderni ad eamdem obſeruantiam formularum tenentur, dum eadem iuriſdictione Pontificia vtuntur, cum eadem iuriſdictio regulari debeat eodem ſtylo, quo regulatur à concedente, præſertìm in eodem Tribunali: Vnde ſi in ſubrogato ſeruandum eſt id, quod ſeruabatur in principali, quia ſubrogatus cenſetur eadem perſona cum principali; eadem de cauſa à ſubrogato obſeruandum eſt, quod obſeruabatur à principali, nempè ſtylus Tribunalis, maximè cum à concedente iuriſdictionem ad talem obſeruantiam adſtringeretur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Firma-

Firmatur magìs; quia Tribunal Sac. Pœnitentiariæ, vt Supremum prò foro conſcientiæ, repreſentat perſonam Pontificis, & nomine ipſius procedit, cum exerceat propriam eiuſdem Pontificis iuriſdictionem; Vndè quidquid fit ab ipſo Tribunali, cenſetur factum ab ipſo Pontifice, qui Caput eſt eiuſdem Tribunalis: factæ autem & extenſæ fuerunt formulæ à Tribunali, ſecundum quas intendit, & vult quod exequantur gratiæ, quæ ab ipſo conceduntur Oratoribus recurrentibus, tàm in abſoluendo, quàm in diſpenſando, rehabilitando, aut aliquid aliud reſoluendo, vt ex eiſdem formulis clarè apparet; Ergo ſecundum eaſdem formulas, gratiæ ſunt exequendæ à Minori Pœnitentiario, nec ſibi permittitur ex vlla cauſa illas immutare, ſaltem in eſſentialibus, quæ inualidam, & irritam efficere poſſunt exequutionem; vt enim ſæpius fuit dictum, quilibet officialis alicuius Tribunalis, tenetur ad obſeruantiam praxis, & ſtyli proprij Tribunalis, tanquam ſub lege ipſum obligante.

Nec putarem, ab vllo præſumi poſſe præfatas formulas fuiſſe factas prò gratijs in partibus exequendis cum abſentibus, non autem prò conceſſis præſentibus in Curia, & commiſſis alicui ex Pœnitentiarijs trium Baſilicarum exequendis: Nam qui præſumere hoc auderet, nimis à via veritatis erraret; cum Tribunal in formulis extenſis præſcribat modum abſolutum, & diſtinctum exequendi gratias à ſe factas; conſequentèr obligare intendit quemcumque exequutorem ſuarum gratiarum, ſiuè præſentem in Curia, ſiuè abſentem, & præſertìm Pœnitentiarios, officiales Tribunalis, quibus ſtrictius incumbit onus obſeruandi ſtylum, & praxim proprij Tribunalis in formulis expreſſum, cum ex officio teneantur expedire Pænitentes, exequendo commiſſiones prò ipſis datas; & hoc ad præſctiptum Tribunalis, vt ſic ab omnibus ſeruetur idem ſtylus in exequendo, ſicut omnibus committitur eadem iuriſdictio Pontificia ad poſſe exequi.

Et vt clariùs appareat intentio Tribunalis, imò & Pontificis, quoad Pænitentiarios, vnum ſolum reſcriptum pluries vſitatum in Tribunali, quid etiam ſentiat in alijs, & intendat,

Digitized by Google

dat, poteſt indicare: ſolet reſcribere ad Memoriale expoſitum prò aliqua gratia, *in forma*: *Ad vnum ex Pænitentiarijs trium Baſilicarum*: quid intendit Eminentiſs. Maior Pœnitentiarius, aut D. Regens, per lij *in forma*? certè non aliud niſi ſtylum, & praxim Tribunalis, & quod gratia exequatur, iuxtà formulam qua vti ſolet idem Tribunal in ſimilibus delegationibus committendis; Et hac de Cauſa, in Collegijs Apoſtolicis Pœnitentiariorum, aſſernatur formularium Sac. Pænitentiariæ, vt in ipſo omnes videre poſſint, & ſcire ad quid teneantur iuxtà mentem Pontificis, & Tribunalis, quando ab eodem Tribunali fuerit eiſdem aliquid commiſſum prò exequutione.

Concludatur igitur, etiam Pœnitentiarium teneri ad mandata Maioris Pœnitentiarij, quæ exprimi ſolent in Breuibus Apoſtolicis à Tribunali concedi ſolitis prò abſentibus, dum fungitur ſuo munere cum præſentibus; quod tamen non prò præſentibus, ſed prò futuris Pœnitentiarijs ad eorum inſtructionem ſit dictum, cum quiſque teneatur ſcire, quæ ſpectant ad proprium munus, vt illud rectè exercere valeat ſecundum Doctores communitèr.

De opinione quam ſequi tenetur Pœnitentiarius in Dubijs.

An in caſibus dubijs, teneatur Pænitentiarius ſequi Sententias probabiliores, & certiores, relictis probabilibus tàm in abſoluendo, quàm in diſpenſando.

QVÆST. VIII.

POenitentiarius Apoſtolicus in caſibus dubijs tenetur ſempèr ſequi Sententias probabiliores, relictis probabilibus tantum.

Probatur: Officialis alicuius Tribunalis Curiæ Romanæ, tenetur ad ſtylum, & praxim proprij Tribunalis, tanquam ad legem,

Digitized by Google

legem, cum ſtylus, & praxis Curiæ Romanæ faciat legem, & declaret mentem Pontificis, qui caput eſt ſui Tribunalis, vt præmiſſum eſt in præcedenti quæſtione: Ergo, & Pœnitentiarius tenetur ad idem, hoc eſt ad ſtylum, & praxim ſui Tribunalis, cum ſit de præcipuis eius officialibus; ſemper autem Sac. Pœnitentiaria in actibus ſuis conſueuit ſequi probabiliores, & certiores Sententias, cum agitur de caſibus dubijs; Ergo hunc ſtylum Tribunalis tenetur ſequi etiam Pœnitentiarius: quod talis ſemper fuerit ſtylus Tribunalis, probatur: ſicut enim Tribunal hoc, eſt de primarijs Tribunalibus Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, ita ſemper omnis ratio eidem ſuaſit, obſeruare praxim eiuſdem Sedis Apoſtolicæ in actibus ſuis, quæ eſt vt in dubijs, ſemper amplectatur, quod tutius eſt ſaluti Animarum, nempè probabiliorem Sententiam, vt habetur in *cap. ad audientiam de homicid.* ibi: *In dubijs ſemitam debemus eligere tutiorem*, & in *cap. Iuuenis de Sponſal.* ibi: *in his quæ dubia ſunt, quod certius exiſtimamus, tenere debemus*, & in *cap. illud de Cleric. excomm. Miniſt.* ibi: *quia tamen in dubijs, via eſt tutior eligenda*; *& alibi ſæpè*; igitur ſi ipſum Tribunal conformiter ad praxim Pontificis ſemper proceſſit; multo magis officialis Tribunalis, qualis eſt Pœnitentiarius, procedere debet iuxtà praxim, & Tribunalis, & Pontificis, ſequendo in dubijs opiniones probabiliores, & certiores.

Nec dicatur, vt aliqui putant, eligere partem tutiorem in re dubia, non fuiſſe de præcepto, ſed de conſilio; nàm Canones allegati oppoſitum demonſtrant, dùm vtuntur verbis obligationem importantibus, non conſilium indicantibus; inquiunt enim; In dubio, pars ſecurior eſt tenenda: ſemitam debemur eligere tutiorem: quod certius exiſtimamus, tenere debemus, & ſimilia; qui modus loquendi non conſilium, ſed præceptum potius præſeferre apparet. Et certè ſi electio partis tutioris in re dubia, eſſet tantum de conſilio, Pontifex in *citat. cap. de Sponſalibus*, non iuſſiſſet talem iuuenem ſeparari à conſobrina Puellæ, cum qua, poſt Matrimonium contractum cum Puella nondum ſeptenni, ſecundum Matrimonium

contra-

contraxerat ; nec in *cap. Illud*; reſoluiſſet, Epiſcopum de rigore eſſe deponendum, quia in dubio ſolemnitèr celebrauerat, cum prò tranſgreſſione Conſilij, nec Epiſcopus deponi poſſit, vt in *cap. quiſquis præceptis* 14. *quæſt.*1. nec Matrimonium poſſit irritari, vt Doctores communiter &c.

Firmatur concluſio; quia Min. Pœnitentiarij ante B. Pium V. inter alia, etiam hoc Capitulum iurabant; *nec quemquam ſcientèr abſoluant à peccato, vel peccatis in aliquo caſu ambiguo*, vt diſpoſuerant Benedictus XII., & Eugenius Quartus in ſuis litteris reformatiuis Sac. Pœnitentiariæ: Igitur intentio Sedis Apoſtolicæ fuit ſemper, vt quod ipſa ſeruat in caſibus dubijs, & ambiguis, ſeruetur etiam à ſuis Miniſtris in Tribunali Sacræ Pœnitentiariæ, quod extenditur etiam ad modernos Pœnitentiarios, vt ſubrogatos antiquis à Pio V. cum prò omnibus militet eadem ratio, & qualitas, ſcilicet quod ſint Pœnitentiarij D. Papæ, ſicut militat prò ipſo Tribunali, quod etiam poſt Pium V. ſit idem Tribunal Pontificium, & eadem Pænitentiaria Apoſtolica, quoad forum conſcientiæ. Tenentur ergo Min. Pœnitentiarij ad ſtylum, & praxim Tribunalis, ſequendo in caſibus dubijs ſententias probabiliores, & certiores.

Magis firmatur, quia caſus dubij, qui occurrere poſſunt Penitentiario, omnes reſpiciunt forum conſcientiæ, & tendunt ad ſalutem Animarum, ſiuè ſint de abſoluendo, ſiuè de diſpenſando, ſiuè de commutando, ſiuè de aliquo alio caſu iudicando, aut remedium neceſſarium procurando; ad hunc enim finem inſtitutum eſt hoc Tribunal, vt inquit B. Pius V. in ſua Conſtitutione *Vt Bonus Pater &c.* vt omnes qui indigent auctoritate Pontificia, prò ſua neceſſitate ſpirituali, ab hoc Tribunali in foro conſcientiæ adiuuentur, & de remedio prouideantur: Ergo abſolutè tenetur Pœnitentiarius ſequi opinionem tutiorem, & certiorem: Nam apud Sacros Canones, eſt veluti quoddam Axioma, quod dubius in materia morali, in qua vertitur ſalutis periculum, teneatur Iudex Animarum ſequi partem tutiorem, proùt habetur diſertis verbis in Textibus ſupra citatis; qui non ſolùm reſpiciunt Pœnitentes in

D or-

ordine ad propriam directionem,ſed etiam Miniſtros, & Officiales fori pœnitentialis, vel quaſi pęnitentialis in ordine ad eorum reſolutiones; maximè cum pars tutior, quæ eligitur, ſit etiam fauorabilior ipſis pœnitentibus,dùm neceſſariò concedi debet, vtilius, & fauorabilius eſſe incedere per viam tutam, quam per viam periculoſam; Vnde *Gloſſ. in cap.vnic. in V. Æſtimare*, de Scrutinio; poſtquam dixit, generale eſſe, vt vbi vertitur periculum Animæ,præſumatur in deteriorem partem; ſtatim ſubdit; *ſed licèt videatur deterior, tamen melior,& tutior eſt*;quod etiam eo magis obſeruandum venit in hoc Tribunali Pontificio à quo diſcedunt Pęnitentes, putantes ſe renatos, & ab omnibus dubijs, quibus in proprijs Diœceſibus angebantur liberatos.

Nec obſtat iam dictis, *regula Iuris in 6.*, quod in pari cauſa, melior ſit conditio poſſidentis; ex qua poſſet quis inferre, neminem in dubio debere ſę iudicare culpabilem, & ſpoliare ſe poſſeſſione ſua: Nam regula dicta procedit in materia iuſtitiæ, & in foro iudiciali dumtaxat, non in materia aliarum virtutum, & in foro conſcientiæ,ſecundum veriorem ſententiam, vt habent *Sayr.in Claui.reg.lib.1.cap.13. num.9.& 36.* Angelus, Roſella, & Sylueſter, *V.Dubium*, & tenent communitèr *Canoniſtæ in cap. ad audientiam de homicid.* ac probant *Textus* ſupradicti de illo Epiſcopo, & de illo Iuuene,quorum vnus dicitur deponendus, & alter fuit ſeparatus à ſecunda Vxore, licet de caſibus dubijs ageretur, & hoc nullo reſpectu habito, quod eſſent in poſſeſſione, ſeù quod melior eſſet conditio poſſidentis; Aliter nunquam daretur caſus, vt quis teneretur tutiorem partem eligere, quod tamen præceptum, tàn. crebrò à Sacris Canonibus inculcatur: Reſoluendum igitur, Pœnitentiarium teneri conformare ſe ſtylo, & Praxi ſui Tribunalis, etiam eligendo in dubijs partem tutiorem, ſicut, & Tribunal ſemper proceſſit, & procedit in hac parte conformiter praxi eiuſdem Pontificis, cuius eſt Tribunal; agitur de materia, in qua vertitur ſalutis periculum, prò qua non eſt contendendum cum Deo de anterioritate, & potioritate poſſeſſionis; Igitur &c.

Digitized by Google

De qualitate Pœnitentiarij Apoſtolici in exequendo.

An Pœnitentiarius dum exequitur ſibi commiſſa à Tribunali, ſit merus Exequutor, an Iudex verus.

QVÆST. IX.

Pœnitentiarius exequendo gratias à Sac. Pœnitentiaria factas, & ſibi commiſſas, non eſt merus Exequutor, ſed Iudex delegatus in foro conſcientiæ &c.

Probatur: Delegatus Iudex cenſetur ille, qui ex alterius commiſſione Auctboritatem habet, cuius vices gerit: *cap. ſanè, & cap. cum olim de offic. & poteſt. Iud. deleg.*, & nuncupatur delegatus, vt ait *Syluester Verb. Delegatus, & Miran. in ord. Iudic. q. 2. art. 9.* ob deriuationem talis nominis à verbo *Delego*, quod idem ſignificat, ac vices meas alicui committo, proùt tradit etiam *Abb. in rub. de off. & pot. Iud. deleg.* Talis autem eſt Min. Pœnitentiarius, dum ſibi à Maiori Pœnitentiario, vel à Sac. Pœnitentiariæ officio, aliqua gratia exequenda committitur; ab eiſdem enim committentibus accipit authoritatem, & vices eorum gerit; merita cauſæ in diplomate, vel ſupplicij libello expreſſæ inquirendo cognoſcit; & ſecundum illa ad executionem procedit, aut eamdem ſuſpendit: ergo Iudex delegatus eſt cenſendus, cum in ipſo detur, quidquid ad verum Delegatum requiritur.

Firmatur, quia à Sac. Pœnitentiariæ officio nulla gratia emanat abſque hac clauſula, *Quatenus ſi ita eſt*, *vel quatenus ſi ita eſſe repereris*; quam conditionem tacitam ſemper in ſe habent litteræ Apoſtolicæ, quamuis non exprimeretur, & hoc in ordine ad quamlibet gratiam, *vt ex cap. 2. de reſcript.* vnde vigore ipſius, ſemper eſt verificanda narratiua gratiæ, & hoc per inquiſitionem circa expreſſa in litteris; alitèr gratia ſubſiſtere non poſſet, cum per dictam clauſulam mandatum reddatur conditionale, vt habet *Corrad. libr 7. cap. 6. num. 28.* Ergo per hanc eamdem clauſulam, Ma. Pœnitentiarius, aut Tribunal, dum committit Pœnitentiario executio-

nem alicuius gratiæ, etiam conſtituit Iudicem delegatum: Nam per ipſam, iuriſdictionem tradit ſuo delegato *cap. 2.*, *& cap. ex parte il 2. de reſcriptis*, *Goffred. in Summ. tit. de reſcriptis num. 54.* Vices ſuas eidem committit ad inquirendum de meritis cauſarum, quod per ſe ipſum non cognoſcit; Gratias ſuas conditionalitèr tantùm, & in forma commiſſaria, conceſſas, eidem committit, præſcribendo etiam formam procedendi in caſu, quo præces ſint veræ, & non falſæ: Et ſub nullitate actus, etiam ipſum obligat ad dictam inquiſitionem faciendam, vt tanquam delegatus attendat, & ſeruet fines mandati, proùt tenetur *cap. ſuper quæſtionum §. fin. de offic. Delegati*, *& cap. cum dilecta de reſcriptis*. Ex quibus omnibus vtique inferri poteſt, maiorem Pœnitentiarium per dictam clauſulam conſtituere ſuum Iudicem delegatum, quemcumque deputat ad ſuas gratias exequendas, cum nil plus deſideretur in vero delegato; Ergo Pœnitentiarius in exequendo ſibi commiſſa, eſt Iudex delegatus, non merus Exequtor, cum merus exequtor cenſeatur ille, qui deputatur poſt negotium plenè diſcuſſum, itaùt illi non remaneat, niſi actualis exequutio, quod non currit in Pœnitentiario, vt ex præmiſſis patet, & habet *Marcus Leo in praxi par. 1. de forma Votorum*, *cum iurib.*, *& allegatis ab ipſo*.

Non obſtat, quod aliqui ſentire videntur, litteras Pœnitentiariæ eſſe tantum prò foro conſcientiæ; conſequentèr continere gratiam iam factam, non faciendam, quia non niſi præuia inquiſitione Iudiciali poſſet conſtare, quod præces veritate niterentur, ſi eſſet gratia facienda, quod locum non habet in foro conſcientiæ: Ideo electus ad exequendum, inquiunt, eſt merus Exequutor.

Non obſtat, quia conceſſo quod ſimus in foro conſcientiæ, & etiam quod litteræ ſint de gratia facta; non ſunt tamen de gratia ſimpliciter, & in forma gratioſa facta, id eſt abſque meritis, ſed conditionaliter, & in forma commiſſaria, vt indicant verba præmiſſæ clauſulæ, *Quatenus ſi eſt ita*, quæ obligant Pœnitentiarium ad inquirendum principaliter, an caſus ſit occultus; & an cauſa finalis, propter quam gratia petitur, &

ob

ob quam tantum conceditur, & ſine qua non concederetur, eo modo quo exponitur, verificetur; Vnde ſi in inquiſitione cauſa finalis non verificatur, gratia facta, prò non facta habetur, nec delegatus poteſt quidquam validè exequi, cum teneatur ſeruare formam reſcripti ſub nullitate actus; Ideo ex hac parte, nil obſtat concluſioni.

Imò abſolutè etiam negatur in foro conſcientiæ, haberi non poſſe inquiſitionem ad ſciendum, an præces veritate nitantur: licèt enim haberi non poſſit ſequendo leges fori externi prò caſibus publicis; habetur tamen ſequendo leges eiuſdem fori conſcientiæ prò caſibus occultis, inquirendo in actu Sacramentalis Confeſſionis talem veritatem ab ipſo Oratore, cui creditur, niſi de oppoſito conſtet, vt habet *Sanch. de Matr. lib. 8. diſp. 35. num. 16. & Tibur. Nauar. in Manuduct. cap. 2. §. Notet ergo*; Ideo &c.

Magis firmatur totum; Gratia facta à Sac. Pœnitentiaria, nunquam cenſetur perfectè, & abſolutè facta, niſi tempore exequutionis verificentur expoſita prò tali gratia obtinenda, an ſcilicet, vera ſint, nec nè; quia licet gratia ſit iam conceſſa, non eſt tamen ſortita exequutionem, & vltimatum effectum, vndè adhuc requirit veritatem cauſæ, vt habet *Sanchez de Matr. lib. 8. diſp. 30. num.* 12. alios citans in caſu præciſo Sac. Pœnitentiariæ: Ergo dari debet Iudex Delegatus, qui hanc veritatem inquirat, & iudicet, nè maior Pœnitentiarius circonuentus, mittat manum in meſſem alienam, & faciat, quod non eſt ſibi conceſſum: Ad hoc autem faciendum, deputatur, & delegatur in Curia à Pontifice, & à maiori Pęnitentiario, ipſe Pœnitentiarius Apoſtolicus; Igitur ſic procedens ante gratiæ exequutionem, non eſt merus Exequutor, qualis eſt Deputatus poſt negotium plenè diſcuſſum, ſola actuali exequutione indigens; ſed verus Iudex delegatus, obligatus ad inquirendum prius de veritate cauſæ, antequam gratiam exequatur. Reſponderet fortaſſe aliquis, hoc totum habere locum, quando cauſa, quæ inquirenda remanet, eſſet finalis, in quo ſenſu procedit *Sanchez* cum ſupracitatis ab ipſo; Secus autem, quando cauſa eſſet ſolùm impulſiua.

Hoc totum libenter conceditur: ſed ex hoc ſolo ſimplici mo-

motiuo inſerri non poteſt, Pœnitentiarium eſſe merum exequutorem gratiæ, & non Iudicem delegatum; quia vigore clauſulæ *Quatenùs ſi eſt ita*, tenetur primario, & principalitèr inquirere de cauſa finali, an veritate nitatur; imò, & etiam inquirere de cauſa impulſiua, an verè ſit impulſiua nec nè, nè concedatur, aut negetur, quod concedi, aut negari non poteſt, & vt ſic tutius obligationi propriæ ſatisfaciat: Ideo reſponſio data confirmat, quod inquiritur, & non ſolum hoc, ſed etiam deſtruit aliud ſuppoſitum, ſcilicet clauſulam, *Si preces veritate nitantur*, eſſe tantùm inſtructionem ad procedendum: Nam quomodo poteſt eſſe ſimplex inſtructio, vt ſupponi videtur, ſi datur ad inquirendum, & procedendum? ſed conceſſo, quod ſit inſtructio, eſt tamen inſtructio præceptiua, qua non præmiſſa, nec licitè, nec validè, poteſt Pœnitentiarius venire ad exequutionem gratiæ; tenetur enim vt delegatus ſeruare formam reſcripti; & cum gratia facta, ſit conditionalis, conditione non impleta, corruet actus, vt communiter Doctores, quod nefas eſſet in Pœnitentiario: Attamen, dum termino Inſtructioni additur in ſuppoſito *ly ad procedendum*, poteſt in vero ſenſu concedi, dum per tale additum, conceditur Pœnitentiarium eſſe Iudicem delegatum, ex quo procedere in cauſa delegata, eſt proprium Iudicis delegati, quod eſt intentum præſentis Quæſtionis, & confirmatio præmiſſæ concluſionis; cui obſtare non debet, quod Pęnitentiarius in exequendo ſit Miniſter neceſſarius, non voluntarius, potens ad libitum ſuum gratiam exequutioni mandare, aut non mandare: licet enim ſit Miniſter neceſſarius poſt cognitionem veritatis precum, & tunc teneatur ad exequutionem gratiæ; attamèn ante dictam cognitionem, non eſt ſimpliciter neceſſarius, ſed conditionalitèr tantum, quatenus ſcilicèt ita eſſe repererit; qua veritate precum non reperta, non ſolùm non eſt Miniſter neceſſarius, ſed nec poteſt quidquam facere in ordine ad exequutionem: Vnde ex hoc nihil infertur contra concluſionem, cum Pœnitentiarius ſemper prius inquirere teneatur veritatem precum, antequam gratiam exequatur, & ſic officium Iudicis delegati exercere. Quod ſatis ſit, quoad Quæſtiones Præambulares &c.

FA-

Digitized by Google

FACVLTATES POENITENTIARII APOSTOLICI

Per Capita, & Dubia breuitèr diſpoſitæ, & conſideratæ:

PARS PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

De Iuriſdictione Pœnitentiarij, & abſolutione à peccatis.

DVBIVM I.

A quo habeat Pœnitentiarius ſuam facultatem, & Iuriſdictionem.

CONCLVSIO.

A Papa per Maiorem Pœnitentiarum ipſam habet.

PROBATVR. Ab illo habet Iuriſdictionem, cuius vices gerit in Miniſterio; Vices autem gerit Papæ in ſuo Miniſterio, vnde, & Pœnitentiarius D. Papæ ab eodem Ma: Pœnitentiario nuncupatur in Tabella, ſicut Pœnitentiarius Epiſcopi nominatur, qui ab Epiſcopo accipit Iuriſdictionem, & vices eius gerit; Igitur. Tum etiam, quia quidquid fit ab hoc Supremo Tribunali

Digitized by Google

bunali Sac. Pœnitentiariæ, totum cenſetur factum ab ipſo Pontifice, qui caput eſt eiuſdem Tribunalis, à quo omnes illud conſtituentes habent motum tanquam membra ipſius Pontificis, *l. quiſquis C. ad leg. Iul. Maieſt.* ibi: *Nos, & ipſi pars corporis noſtri ſunt, in quo nos ipſos numeramus*; Ergo Iuriſdictio tradita Pœnitentiario per maiorem Pœnitentiarium, cenſenda eſt data ab ipſo Pontifice, vt à capite Tribunalis; maximè cum ante Pium V. eidem daretur immediatè à Papa, & poſt dictum Pium, adhùc reguletur ab ipſo Pontifice, vt ex vltima Conſtit. ſuper facultatibus Ma: Pœnitentiarij §. *Nullus*: qui enim per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, vt ex commun. Iurib.: ſicut currit de alijs facultatibus Tribunalis. Non obſtat quod aſſumatur ad officium à Ma: Pœnitentiario, quia aſſumptus à Ma: Pœnitentiario ex permiſſione, & auctoritate Papæ, qui prius ipſum immediatè aſſumebat, cenſetur aſſumptus, & inſtitutus ab ipſo Papa, vt in ſimili, de Iuriſdictione Vicarij diſcurrit *Barboſ. par. 3. allegat. 54. num. 40. & 42.* maximè cum idem Pontifex det formam quoad examen præmittendum, vt ex *Conſtit. Clem. VIII.* qui ad ſalutare; & quo ad facultatem concedendam, *vt ex vltima Conſtit. loc. cit.*

D V B I V M I I.

An hæc Iuriſdictio Pœnitentiarij, ſit ad Vniuerſitatem Cauſarum.

C O N C L V S I O.

Ad Vniuerſitatem Cauſarum eſt cenſenda Iuriſdictio Pœnitentiarij.

PRob. Iuriſdictio cenſetur data ad Vniuerſitatem cauſarum, quando ſub vno Verbo vniuerſali, cauſæ alicui committuntur; Doctores paſſim; ab Vniuerſali termino in commiſſione poſito, vniuerſalitatem iuriſdictionis arguentes: Pœnitentiario autem datur facultas abſoluendi, ſub dictionibus

bus vniuerſalibus: nempè, abſoluere poſſit *quaſcumque perſonas à quibuſcumque caſibus, & Cenſuris*; quæ dictiones *quaſcumque, & quibuſcumque*, vniuerſales ſunt, & nullam patiuntur reſtrictionem, ſed omnes, & omnia compræhendunt abſque vlla limitatione; *Barboſ. clauſ. 96. cum alleg.* Igitur eſt ad vniuerſitatem cauſarum: Tum etiam quia talis cenſetur, quæ vniuerſalis tantum eſt quo ad cauſas, ſpecialis verò quo ad perſonas, vt ſi alicui committantur omnes cauſæ Mercatorum, vel Clericorum, aut Monialium, *Franc. in cap. cum cauſam num. 27. de appellat.* ſimiliter, quæ vniuerſalis eſt reſpectu perſonarum, licet non quo ad cauſas; vt ſi omnes cauſæ mutui talis territorij alicui aſſignentur *Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 31. num. 4. cum alleg.* Ergò multo magis verificari hoc debet de Iuriſdictione Pœnitentiarij, quæ vniuerſalis eſt, quo ad cauſas, & quo ad perſonas, cum vniuerſalior ſit, quæ talis eſt ex vtraque parte, quam quæ ex vna tantum.

Non obſtat, quod Pœnitentiario ſint reſeruati aliqui caſus, neque quod eius iuriſdictio ſit determinata reſpectu propriæ Baſilicæ, in qua tantum vult Pontifex hoc ſuum Tribunal adminiſtrari: Nàm quo ad primum, ſi de puro peccato loquatur, falſum eſt aliquod tale eſſe reſeruatum; tantum aliqui caſus ſunt reſeruati ratione Cenſuræ eidem annexæ; ſed ex hoc inferri non poteſt negatio vniuerſalitatis, ſed tantum negatio plenariæ Iuriſdictionis, quæ ſolum reſidet in ipſo Pontifice; nam etiam Maior Pœnitentiarius, & ipſi Epiſcopi habent caſus ſibi reſeruatos à Papa, vndè plenaria dici non poteſt eorum iuriſdictio, cum poſſit eſſe maior, *cap. Apoſtolicæ de præbend. in 6.* tamen cenſetur ad vniuerſitatem cauſarum, cum ſpecialis non ſit, ſed vniuerſalis, tàm quo ad perſonas, quàm quo ad cauſas: Quo ad ſecundum, ſola ſpecialitas loci, non tollit vniuerſalitatem deputationis, ſi quo ad cauſas, vel perſonas ſit vniuerſalis; ſicut ſuſtinetur de commiſſione ad omnes cauſas alicuius Territorij, vt habet *Sanchez loco cit.*, maximè cum per Vrbem, extra Baſilicam, ad Infirmos, & in carcere detentos, facultas Pœnitentiarij etiam extendatur: Igitur &c.

Digitized by Google

DVBIVM III.

An Pœnitentiarius poſſit ſuam iuriſdictionem alteri delegare.

CONCLVSIO.

Non poteſt Pœnitentiarius facultatem propriam alteri delegare.

PRob. Facultas eidem conceſſa eſt coarctata ad ipſum ſolum, & non eſt extenſibilis, ergò neque delegabilis: Patet antecedens ex terminis conceſſionem exprimentibus, cum dicitur; *Pœnitentiarij poterunt per ſe ipſos tantum abſoluere*: conſequenter facultas ei conceſſa coarctata eſt ad ipſius perſonam, cum dictio *tantum*, ſit reſtrictiua, & excludat cæteros; *Barboſ. dict.*401. ergo alteri eam non poteſt delegare.

Tum etiam, quia antiquis Pœnitentiarijs, ante B.Pium V. hoc fuit prohibitum per Benedictum XII. in ſuis litteris reformat. Pœnitentiariæ, quamuis in facultate modernos excederent; Ergò & modernos afficit eadem prohibitio, ex quo antiquis ſubrogati ſunt à Pio V.; cum ſubrogatus in locum alterius, compræhendatur ſub eadem diſpoſitione, & dicatur idem cum ipſo §.*Si igitur defunctus Auth.de hæred. ab inteſt. venien.*, *Rota par.6. deciſ.252. num.7., & 8. recent.*

Non iuuat *cap.ſuper quæſtionum* §.*Si verò de offic. Deleg.*, & ferè communis ſententia, quod deputatus, vel delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poſſit ſubdelegare; quia licet in Pœnitentiario talis ſententia locum habere deberet, ex quo eius iuriſdictio eſt ad vniuerſitatem cauſarum, ſicut fortè ante Benedictum XII. locum habebat, ex quo prohibitio ſubſequuta eſt, & ante ipſam nulla lege prohibebantur, maximè cum ſubrogati fuerint Cardinalibus Pœnitentiarijs, qui liberè officium adminiſtrabant. Nihilominus ſtante prohibitione.

Pon-

Digitized by Google

Pontificis hoc inhibentis, ſuperiori facultatem concedenti obediendum eſt, cum limitata, & reſtricta conceſſio, non poſſit extendere effectum vltra terminos ſuæ limitationis, & reſtrictionis, *l. qui Tabernas, ff. de contrahen. empt., Rot. deciſ. 232. num. 9., & deciſ. 690. num. 9. par. 1. recent.*;

DVBIVM IV.

An Pœnitentiarius ex eo quod non poteſt ſubdelegare, habeat ſolum miniſterium Iuriſdictionis, aut veram, & realem Iuriſdictionem.

PVtauit quidam fundatus in *cap. final. §. Cæterum de offic. Deleg.* Pœnitentiarium ſolum miniſterium iuriſdictionis, non ipſam iuriſdictionem obtinere, cum ſit aſſumptus, & deputatus ad poſſe pœnitentias iniungere, & aliquos abſoluere, quod ex citato capite ſolùm arguit miniſterium, non iuriſdictionem.

CONCLVSIO.

Quamuis Pœnitentiarius non poſſit ſubdelegare ob cauſam in præcedenti Dubio aſſignatam, adhuc veram, & realem Iuriſdictionem habet, non ſolum Miniſterium Iuriſdictionis.

PRob. Pœnitentiarius eſt Iudex conſtitutus à Pontifice in ſuo miniſterio exercendo cum facultate, & obligatione inquirendi, & iudicandi, vt ſupra fuit probatum in *Quæſtione IX. Præambulari*; Ergo Iuriſdictio ordinaria, aut delegata nullatenus eidem poteſt denegari, cum ſine Iuriſdictione nullus Iudex poſſit procedere; & defectus Iuriſdictionis ſit omnium maximus, quo ad annullationem actus, vt tradunt *Dec. conſ. 38. num. 7., Pariſ. conſ. 204. num. 102. lib. 2., & alij*: Ergo contra Pœnitentiarium Textus ille non valet, nec dici poteſt quod habeat ſolum miniſterium Iuriſdictionis.

Firmatur, quando Papa *loc. cit.* dicit prædicare Crucem, excommunicare, vel abſoluere aliquos, diſpenſare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, in his actibus, non committi iuriſdictionem, ſed certum potius miniſterium (ſunt verba Textus) verum eſt, quando committitur nudum miniſterium, hoc eſt ſine iuriſdictione aliqua; ſecus verò ſi miniſterium ſit veſtitum, ideſt cum iuriſdictione aliqua datum, vt ibidem tradunt *Hoſtien.*, *Butr.*, *& alij Canoniſtæ*: Et arguitur miniſterium nudum, ſecundum *Imolam ibidem*, quando in commiſſione non poteſt ſubintelligi clauſula, *ſi ita eſt*: Facultates autem, & commiſſiones datæ Pœnitentiario ad abſoluendum, diſpenſandum, & penitentias iniungendas, non ſunt datæ cum miniſterio nudo, ſed veſtito, dum in ipſis ſemper exprimitur, vel prò expreſſa habetur clauſula, *quatenus ſi ita eſt*, quæ iuriſdictionem præſefert, & ad inquirendum de veritate precum ipſum obligat ſub nullitate actus; Ergò Iuriſdictionalis eſt, non miniſterialis ſolum, facultas Pœnitentiarij.

Firmatur magis: excommunicatio debet fieri cum cauſæ cognitione *cap. Sacro de ſentent. excomm.* ſic etiam abſolutio: *cap. cum deſideres eod. tit.* ſic & diſpenſatio 1. *quæſt. 7. Tali*, *& cap. diſpenſationes*: Sicut, & iniunctio pœnitentiæ *cap. omnis, de pœnitent., & remiſs* Hæc autem cognitio cauſæ, aut fit per ipſum delegantem, aut per delegatum; Si per ipſum delegantem, & poſtea committat alicui, vt alium excommunicet, abſoluat, aut diſpenſet, talem pœnitentiam aſſignando; tunc vtique committitur nudum Miniſterium, quia ſic excommunicare, abſoluere, & diſpenſare non eſt niſi denuntiare aliquem excommunicatum, abſolutum, aut diſpenſatum, vt notat *Hoſtienſ. ſuper cap. citat.* ad quod faciendum nulla requiritur Iuriſdictio: Si verò fiat per Delegatum, committendo illi, vt cognita cauſa, aut veritate precum, procedat, excommunicet, abſoluat, & diſpenſet, iniunctis iniungendis, tunc Miniſterium commiſſum eſt veſtitum, & cum iuriſdictione, & de facto ipſe eſt qui excommunicat, aut abſoluit &c. licet exerceat iuriſdictionem delegantis: *Textus* autem

tem

Digitized by Google

tem allegatus in §. *Cæterum*, loquitur tantùm de commiſſione nuda, vt etiam exprimit in commiſſione prædicandi Crucem; quæ iuriſdictionem non requirit, nec vllam cauſæ cognitionem; non autem de commiſſione veſtita, qualem habet Pœnitentiarius D. Papæ, qui auctoritate Apoſtolica ſemper procedit, & cui nihil committitur, ſine cognitione, & inquiſitione veritatis precum: Ergo Textus ille non afficit Pœnitentiarium Apoſtolicum, nec dici poteſt, quod obſtet.

Et certè ſi Confeſſarijs electis tempore Iubilei, non obſtat hic textus, quia procedunt auctoritate Apoſtolica, vt ab omnibus conceditur; quomodo obſtare poteſt Pœnitentiario Apoſtolico, qui non prò diebus tantum, vt illi, ſed continuò facit, & exequitur auctoritate Pontificia, quod illis committitur durante Iubileo? Si Confeſſarijs Regularibus hæc verba, abſoluere, & pœnitentias iniungere in hoc Textu poſita, non denegant iuriſdictionem, eo quod ipſam habeant à Papa; quomodo denegare eamdem poſſunt Pœnitentiario D. Papæ, qui ab eodem omnem ſuam facultatem habet? Igitur procedens auctoritate Apoſtolica, procedit vt Delegatus, quia exercet iuriſdictionem delegantis in ijs, quæ illi committuntur, etſi ſit ad vniuerſitatem cauſarum, in aliqua poteſt ſubdelegare, quod etiam deberet verificari in Pœnitentiario ſecundum communem ſententiam in hac materia; non poteſt tamen ſuam facultatem delegare, non quia habeat ſolum Miniſterium Iuriſdictionis, vt ex hoc Textu prætenditur; ſed quia coarctata eſt Perſonæ, & per ſe ipſum tantum poteſt illam exercere ad maiorem ſecuritatem officij, cum iuriſdictio delegata coarctetur ad delegatum, & ad perſonam, ſi exprimatur, *Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 27. num. 20. cum citatis*; ſicuti in caſu præſentis Dubij currit.

Nec obſtat, quod Pœnitentiarius non procedat iuridicè ad modum fori externi: quià etiam in foro conſcientiæ, & interno, ſuo modo iuridicè proceditur, inquirendo, interrogando, & examinando Oratorem pœnitentem de veritate precum, cum obligatione reſpondendi ad interrogata veridicè ſub nullitate actus; in quo modo procedendi, idem Pœnitens.

nitens eſt Reus, Teſtis, & Actor, tàm prò ſe, quàm contra ſe, vt omnibus patet. Igitur &c.

DVBIVM V.

An Pœnitentiarius poſsit abſoluere quamlibet perſonam etiam à reſeruatis ab Ordinarijs.

CONCLVSIO.

Poteſt abſoluere quamlibet Perſonam etiam à reſeruatis ab Ordinarijs locorum.

PRob. Quia eſt de expreſsè conceſſis à Sanctitate Sua in Tabella, cum dicitur; *poſsit abſoluere quaſcumque Perſonas à quibuſcumque caſibus, & Cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis*: Ergo cum talis ſit voluntas Pontificis, cui omnia ſubijciuntur, non eſt de facultate dubitandum: ſicut enim Papa non dependet à reſeruatione Ordinariorum, ita independenter ab ipſis poteſt ſuam facultatem committere Pœnitentiario, cum talis reſeruatio ſolum afficiat, quos ipſi approbant prò Diœceſi propria.

Tum etiam, quia conceſſo maiori, conceditur etiam quod minus eſt, ſi in illo maiori contineatur, *cap. Ex parte de decimis*; continetur autem reſeruatio Ordinariorum, quo ad conceſſionem in reſeruatione Papali, tanquam quid minus in maiori, cum hæc difficilius concedatur; Ergo habens Pontificiam, habet & illam, quæ eſt Ordinariorum; quod habet locum præſertim in Pœnitentiario, cui conceditur facultas abſoluendi à peccatis, cum dictione *quibuſcumque*, quæ vniuerſalis eſt, omnia compræhendens reſeruata, tàm Pontifici, quàm Ordinarijs, ſtante præſertim altera dictione, *etiam*, antepoſita, reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, quæ eſt implicatiua exprimens caſum magis dubitabilem, nempè reſeruatos Sedi Apoſtolicæ, & implicans minus dubitabilem, nempè reſeruatos Ordinarijs *cap. vnico de commodat., & Clement. Religioſi*

de

Digitized by Google

de præſcript. Vnde & reſeruata Ordinarijs dici poſſunt etiam expreſsè conceſſa Pœnitentiario, cum pro expreſſo habeatur non ſolum, quod verbis ſpecialibus deſignatur iuxta *cap. Si Epiſcopus de præbend.* vbi *Gloſs.* ſed etiam, quod virtualitèr ineſt, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 916. *num.* 38., & *cap.* 957. *num.* 25. ſicut in dictione, *etiam*, virtualitèr inſunt reſeruata Ordinarijs.

Non obſtat, quod lex generalis non deroget conſuetudinibus particularibus *cap.* 1. *de Conſtit. in* 6. conſequenter, nèc facultas generalis abſoluendi à reſeruatis, derogare poteſt ſpecialibus reſeruationibus Ordinariorum: Nam lex generalis in tantum non derogat ſpeciali in quantum Pontifex non habet notitiam illius, quæ ratio aſſignatur in *cit. cap. de Conſtit.* Hoc autem non currit de Caſibus reſeruatis Ordinariorum, quos non ignorat ipſe Pontifex; Ideo, ſi facultatem dat Pœnitentiario abſoluendi à reſeruatis etiam Sedi Apoſtolicæ, extenditur facultas etiam ad reſeruata Ordinarijs: Igitur &c.

DVBIVM VI.

An poſſit abſoluere Regulares ab omnibus Caſibus etiam reſeruatis, licèt ex præſcripto Superiorum, aut ex Indulto Apoſtolico eiſdem ſit prohibitum extra Religionem propriam confiteri peccata ſua.

CONCLVSIO.

Poteſt Pœnitentiarius, non obſtante quacumque prohibitione, aut confirmatione, ſeù Indulto Apoſtolico, Regulares abſoluere etiam à reſeruatis.

PRob. Iſte caſus ſimiliter eſt de expreſsè conceſſis in Tabella; Ergo cum facultas detur à Pontifice, in quo eſt pleniſſima poteſtas; ſicut ipſe poteſt abſoluere Regulares à qui-

quibuſcumque peccatis, non obſtante quocumque Priuilegio dato, cum in omni conceſſione ſemper intelligatur excepta perſona loquentis. *l. Inquiſitio C. de ſolut.* vbi Doctores; ita eamdem facultatem ſuo Pœnitentiario poteſt committere, cum ſit Generaliſſimus omnium Religionum, & ſic potens eiſdem Regularibus concedere Confeſſarium, & licentiam confitendi ſua peccata extra Religionem, melius quam Superiores Regulares; præſertim cum ad hunc effectum, reuocet omnia ſtatuta, & priuilegia in contrarium, ſicut poteſt reuocare: Igitur &c.

Tum etiam quia Regulares, eo quod ſunt Regulares, cenſeri non debent inferioris conditionis, quam ſint ſæculares, præſertim in ordine ad ſalutem propriæ Animæ: Omnes enim ſunt eiuſdem Gregis Chriſti oues, Pontifici, & ſupremo Paſtori commiſſæ: Ergo, qua ratione Pœnitentiaria Papalis aperta eſt omnibus ſæcularibus, patere etiam debet omnibus Regularibus, tam quo ad peccata non reſeruata, quam reſeruata in Religione: Conſequenter Pœnitentiarius D. Papæ, vt eius Miniſter deputatus, poteſt eos abſoluere à quibuſcumque peccatis, non obſtante quocumque ſtatuto, & priuilegio in contrarium; & etiam quia reſeruata in Religione, pro non reſeruatis habentur à Pontifice.

Non obſtant priuilegia data in oppoſitum: quia ſunt reuocabilia etiam abſque cauſa à Concedente, vel eius Succeſſore, quando ſubditis ſunt conceſſa, vt deſumitur ex *cap. Clericis*, §. *Non obſtantibus de Immunit. Eccleſ.*, & habet *Suarez lib.* 8. *de leg. cap.* 37. *num.* 10. *cum communi*: Proüt de facto reuocantur à Pontifice ad hunc effectum: Ergo liberè abſolui poſſunt à Pœnitentiario, ſtante etiam obſeruantia ſubſequuta, quæ optimè interpretatur Priuilegia, & Conceſſiones; *cap. Cum veniſſent, de Inſtitut.*, *& capit. Cum dilectus de conſuetud.*

DV-

DVBIVM VII.

An Pœnitentiarius abſoluere poſsit etiam Moniales à peccatis in Confeſsione aliqua generali, aut ſpeciali auctoritate ſua ordinaria.

CONCLVSIO.

Abſolutè tenendum eſt hodie, non poſſe Pœnitentiarium abſoluere Moniales à ſuis peccatis, neque in generali, neque in ſpeciali Confeſsione.

PRob. Niſi conſtet de facultate Pœnitentiarij quo ad Confeſſiones Monialium, nec licitè, nec validè poteſt illas abſoluere; quia vt quis procedere poſſit, debet prius verificare fundamentum Iuriſdictionis, vt tradit *Gloſs. in Clem.* 1. *verb. repererint de offic. Deleg. cum alijs*; alias nulliter procederet *cap.* 2. *eod. tit.* vbi *Dec. not.* 1. *Rot. deciſ.* 214. *num.* 3. *par.* 2. *recentior.* Hæc autem facultas hodie conſtare non poteſt; Nam facultas Minoris Pœnitentiarij habetur per Eminentiſs. Maiorem; Maiori autem Pœnitentiario hodie eſt inhibitum Confeſſarios Monialibus concedere, vt ex vltima Conſtitutione ſuper facultatibus §. *Confeſſarios*; Ergo facultas Minoris Pœnitentiarij non extenditur ad Moniales, quia ſic illis concederetur Confeſſarius per Ma. Pœnitentiarium, quod à Papa prohibetur: Stante igitur hac noua prohibitione, non poteſt Pœnitentiarius Moniales abſoluere in ordinaria, aut generali Confeſſione ex defectu Iuriſdictionis in hac parte, qui defectus nullam omninò redderet abſolutionem, vt commune eſt apud Doctores.

Concluſioni præmiſſæ non obſtat, quod nomine Regularium veniant etiam Moniales, cum in diſpoſitione maſculinum concipiat fęmininum, vt ex *Text. in l.* 1. *ff. de verbor. ſignific.* præſertim in fauorabilibus, quæ latam recipiunt interpretationem; Vndè conceſſum Pœnitentiario prò

Regularibus, cenſeri poteſt etiam conceſſum pro Monialibus.

Non obſtat hoc, quia licet aliàs hoc valeret; alitèr nunc eſt cenſendum ſtante prohibitione vltimæ Conſtitutionis ſuper facultatibus, cum extincta iuriſdictione, extinguatur omne ius fundatum in ipſa, ſicut in hac parte concedendi Confeſſarios Monialibus, extincta remanet Iuriſdictio Maioris Pœnitentiarij, & etiam Minoris dependentis ab illa; cum Iuriſdictio elidibilis ope exceptionis per pronunciantem ſuper exceptione ipſo iure extinguatur, vt tradunt *Fagn. in cap. ſignificantibus de offic. Deleg. num.* 20., & ibidem *Butr. num.* 12., *&* *Imol. num.* 4.

Monialibus igitur tantùm exceptis, poteſt Pœnitentiarius Apoſtolicus abſoluere quaſcumque perſonas à quibuſcumque culpis, criminibus, & exceſſibus quantumcumque grauibus, & enormibus, tàm publicis, quàm occultis, quandocumque, & quomodocumque commiſſis, & perpetratis, dummodò talia peccata annexam non habeant aliquam Cenſuram eidem Pœnitentiario reſeruatam, de quibus in ſequenti Capite pertractatur.

CAP. II.

Digitized by Google

CAPVT II.

De abſolutione à Cenſuris conceſſis in Tabella.

CUM plurima, & varia ſint, quæ de cenſuris pertractantur à Doctoribus, & nota ſupponuntur ipſi Pœnitentiario ad prolixitatem euitandam, ea tantum ſeligentur in hac materia, quæ prò ratione inſtituti eiuſdem Pœnitentiarij magis neceſſaria ſunt, & vtilia; ſed antequam hæc ſub dubijs examinentur notandum, quod occurrente aliquo caſu ſub cenſura prohibito, conſiderandum etiam eſt, an cauſa aliqua concurrat, ob quam Pœnitens excuſetur ab incurſu cenſuræ; ſi enim hanc non incurrit ob ignorantiam inuincibilem Iuris, vel facti, aut ob impotentiam phyſicam, vel moralem faciendi id, quod ſub pęna cenſuræ faciendum præcipitur, aut ob aliam cauſam excuſantem traditam à Doctoribus, tunc nec abſolutione indigebit, cum ſolui non poſſit, qui non eſt ligatus; nec cenſura ligatus poteſt cenſeri, qui ſine contumacia, & ſine mortali culpa talem actum commiſit licèt prohibitum, ſicut currit de ignorante inuincibilitèr, & de impotente facere quod præcipitur, cum ad impoſſibile nemo teneatur, & de ſimilibus iuxtà Doctores.

DVBIVM I.

An Pœnitentiarius abſoluere poſſit à Cenſuris non reſeruatis.

CONCLVSIO.

Poteſt abſolue[illegible]

RAtio, quia eſt de expreſsè [illegible] conceſſis in Tabella, cum dicitur, *poſſit abſoluere à quibuſcumque caſibus, & ſententijs excommunicationis, alijſque Eccleſiaſticis Cenſuris*; Igitur. Tum etiam, quia habens Iuriſdi-

 ctionem

Digitized by Google

ctionem ordinariam, aut delegatam abſoluendi à peccatis mortalibus poteſt etiam abſoluere à cenſuris non reſeruatis; nam eo ipſo, quod Superior cenſuram non reſeruauit, cenſetur alijs etiam facultatem abſoluendi conceſſiſſe, vt patet ex *cap. nuper de ſent. excom.* Ergo conceſſum ſimplici Confeſſario, magis cenſendum eſt conceſſum Pœnitentiario Apoſtolico, ſtante præſertim facultate eidem expreſsè impertita: quod locum habet in omnibus cenſuris non reſeruatis, ſiuè Papales ſint, ſiuè Epiſcopales, cum de omnibus currat eadem ratio, & vbi eſt eadem ratio, ibi eſt eadem Iuris diſpoſitio *l. illud C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

DVBIVM II.

An poſſit abſoluere à Cenſuris, quæ ſunt reſeruatæ ab Ordinarijs.

CONCLVSIO.

Etiam ab iſtis poteſt Pœnitentiarius abſoluere non obſtante reſeruatione.

PRob. Facultas hæc eſt etiam de conceſſis in Tabella, dùm dicitur, *poſſit abſoluere à quibuſcumque caſibus, & ſententijs Excommunicationis, alijſque Eccleſiaſticis cenſuris etiam Sedi Apoſtolicæ quomodolibet reſeruatis*: Ergo facultas ſic conceſſa cum dictione vniuerſali ad omnes cenſuras, ſiuè Sedi Apoſtolicæ, ſiuè Ordinarijs locorum reſeruatas extenditur, dummodo aliqua ipſarum non ſit excepta, ſicut non reperitur excepta hæc, quæ reſpicit cenſuras Ordinarijs reſeruatas: facit ad hoc, quod præmiſſum eſt *in Dubio 5. cap.* 1. cum de peccatis reſeruatis fuit reſolutum; Firmatur quia in facultate Pontificis ſupra cenſuras includuntur etiam cenſuræ reſeruatæ Ordinarijs, quia Papa eſt fons totius iuriſdictionis: Ergo dum facultatem ſuam committit ſuo Pœnitentiario quo ad abſoluendum à cenſuris etiam reſeruatis ipſimet

ſimet

Digitized by Google

ſimet Pontifici, tradit paritèr poteſtatem ſuprà cenſuras Ordinarijs reſeruatas, cum ipſe ſit Ordinarius Ordinariorum, & Epiſcopus totius Vniuerſalis Eccleſiæ.

Non obſtat, quod per talem facultatis conceſſionem videatur inferri præiudicium Epiſcopis, dum ab alijs eorum Subditi abſoluuntur à cenſuris, à quibus ipſi nollent, dum cenſuras tales ſibi ipſis reſeruant: Non obſtat, quia in hac parte nullum præiudicium infertur Epiſcopis, dum Papa ſolùm vtitur Iure ſuo in committendo Pœnitentiario, quod ſibi conuenit vt Epiſcopus Epiſcoporum; qui autem vtitur Iure ſuo, nulli facit iniuriam *cap. cum Eccleſia verſ. quia de electíon.*; Sicut nec ipſi Epiſcopi vlli faciunt iniuriam vtendo Iure ſuo in reſeruatione cenſurarum: Et quatenus etiam ex commiſſione Pontificis in hac parte aliquod præiudicium haberent Epiſcopi (quod tamen non cognoſcitur) adhuc hoc eſſet per accidens, quod non obſtaret, ex quo ex iuſta cauſa procederet fundata in iure proprio, in quo nulli fit præiudicium *l. nullus ff. de reg. iur. l. iniuriarum* §. 3. *ff. de iniur.*, & ideo cum ceſſet præiudicium, corruit etiam Argumentum.

DVBIVM III.

An Pœnitentiarius abſoluere poſſit à Cenſuris latis per præcepta generalia, ſeù per Edicta Ordinariorum, V. G. contra Clericos deferentes arma, ſeù de futuris culpis.

CONCLVSIO.

Poteſt etiam à talibus Cenſuris abſoluere.

QVia aut non ſunt reſeruatæ, aut ſunt reſeruatæ: ſi non ſunt reſeruatæ abſoluere poteſt ab illis quilibet, qui à Cenſuris à iure latis non reſeruatis poteſt abſoluere iuxtà *cap nuper* §. *in ſecundo de ſent. excom* vt tenent *Imol. in cap. Graue n.* 14. *de præb. Theſaur. de pœnis p.* 1. *cap.* 24. §. *Dicendum* 4. cum alijs, & de communi teſtatur *Auil. par.* 2. *cap.* 7. *diſ.* 1. *dub.* 8.

apud

apud Theologos, ſed non apud Canoniſtas: ſi verò ſint reſeruatæ, adhuc continentur in facultate ſub dictione vniuerſali *à quibuſcumque*, quæ omnia complectitur; præſertim cum cenſura de futuris culpis, ſeù delictis dicatur lata per modum Iuris, ſeù legis, vt docent ſupracitati DD., & practicatur in Tribunali Sac. Pœnitentiariæ. Tùm etiam quia facultas Pœnitentiarij extenditur etiam ad reſeruata Sedi Apoſtolicæ cum dictionibus, *etiam*, *& quomodolibet*, quarum vigore, poteſt abſoluere etiam à reſeruatis ab Ordinarijs, vt ſupra, fuit dictum: Ergo idem dicendum eſt pariformiter de iſtis; cui enim conceditur quod eſt maius, cenſetur conceſſum etiam quod eſt minus *cap. ex parte de Decim.*

Non obſtat quod ſint latæ ab homine, ideſt ab Epiſcopo: quia cum latæ ſint per præcepta generalia, habentur vt latæ per modum Iuris, & legis, & ſic continentur ſub facultate: aduertendum tamen, quod caſus ſit occultus, & quod Epiſcopus non declarauerit delinquentem incurriſſe cenſuram; quia in publicis, & notorijs recurrendum eſt ad maiorem Pęnitentiarium prò facultate quam habet *Nauar. conſ. 2. in fin. de ſentent. excomm.*

D V B I V M I V.

An poſſit abſoluere à Cenſura lata per præceptum ſpeciale de futuro, V.G. ſi alicui Clerico fuerit inhibitum ab Epiſcopo ſub Cenſura, nè ſe ingerat in tali negotio, aut nè loquatur cum tali Muliere, & ille violauerit præceptum.

C O N C L V S I O.

Eodem modo tenendum eſt de iſta, ſicut dictum eſt de præcedenti, quod ſcil. poſſit ab ea abſoluere, ſi fuerit occulta, ſecus ſi fuerit publica, aut declarata, vel delata.

NAm quotieſcumq. tranſgreſſio hæc remanet occulta, nunquam dici poteſt, quod tranſgreſſor ſit nominatim excommu-

Digitized by Google

municatus, vel ſuſpenſus &c. quia cenſura hæc habetur ad ſimilitudinem cenſuræ à Iure, vel per edictum de futuris culpis *Innoc. in cap. Lateranenſi in princ. de præben. Suar. de cenſ. diſp. 3. ſect. 2. num.* 10. Ideo nunquam dici poteſt quis hac cenſura nominatim ligatus, niſi ſequatur ſententia declaratoria de incurſa, ſicut ſequi debet de alijs *Suarez ibidem diſp. 9 ſect. 2. num.* 10. *Theſaur. de pœnis par.* 1. *cap.* 24. §. *Dicendum ſecundo.* Ergo cenſura hæc vt occulta eſt extra exceptionem factam Minori Pœnitentiario non abſoluendi ab homine nominatim cenſuratos, aut prò talibus declaratos, vel denunciatos; & eſt extra exceptionem, concedendum eſt contineri ſub facultate abſoluendi ſub dictione vniuerſali *à quibuſcumque caſibus, & ſententijs*; nam prohibitum de vno, ideſt modo, cenſetur conceſſum de alio *l. cum Prætor ff. de iudic.* & multò magis, quando conceſſio eſt expreſſa, vt currit in ſubiecta materia.

Firmatur, quia nemo tenetur prodere ſeipſum Superiori pro foro externo, neque ſeipſum infamare, vt habet *Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 3. num.* 28., *&* 29. *cum citat.* Ergo qui ſic ligatus eſt tali cenſura occulta licèt reſeruata, abſolui poterit à Pœnitentiario D. Papæ, qui in occultis ſuper omnes poteſtatem habet, ſi non ſit ſibi excepta, ſicut non eſt hæc. Igitur. Et eodem modo poteſt Maior Pœnitentiarius ab eadem abſolui mandare, quamuis eſſet publica, ſed non deducta, vel declarata ex generali ſua facultate in foro conſcientiæ; cum Tribunal hoc Pontificium fundatum ſit ad fauorem ægentium fidelium, vt eis exemplò ſuccurratur, ne diutius in reatu, & ſordibus morentur, & nè quiſquam in grauiora pericula deducatur, vt inquit *B. Pius V. in ſua Conſtit. Vt bonus* §. 2. cum hinc præſertim in occultis, non poſſit oriri ſcandalum, neque turbari Iudicis iuriſdictio abſolutionem dando, *Suar. de relig. tom. 4. tract. vlt. lib. 9. cap. 2. n.* 21. Quod ſecus eſt dicendum, ſi tranſgreſſio delata, aut declarata fuerit ab Ordinario, nam tunc exceptio locum habet.

D V-

DVBIVM.

An Pœnitentiarius abſoluere poſſit à Cenſuris latis ab homine per Edicta generalia de præteritis culpis, V.G. per monitoria generalia contra non reſtituentes, vel non reuelantes.

CONCLVSIO.

Quoties tales Cenſuræ remanent occultæ, poteſt ab eiſdem etiam abſoluere.

PRob. Quouſque tales Cenſuræ remanent occultæ ſunt extra exceptionem factam Pœnitentiario, cum non ſint de nominatim excommunicatis, aut pro talibus declaratis, vel denuntiatis: Ergo continentur ſub facultate eidem data ad abſoluendum à quibuſcumque caſibus, & Cenſuris non exceptis; Talis enim vniuerſalitas facultatis etiam ad iſtas ſe extendit, dum exceptæ non reperiuntur; conceſſum enim dicitur quidquid expreſsè prohibitum non reperitur *l. nec non §. quod eius ff. ex quib. cauſ. maior.*

Firmatur; Per exceptionem dictam prouidit Pontifex, nè Iuriſdictiones Eccleſiaſticæ perturbentur in ordine ad Cenſuras ab homine latas: ſed per abſolutionem datam à Pœnitentiario ab his Cenſuris occultis nulla ſequitur perturbatio Iuriſdictionis; quia occultæ ſpectant ad Pœnitentiariam, publicæ verò quando ſunt ab homine ad ipſum Iudicem, qui eas protulit, aut Succeſſorem, aut Superiorem, aut eius Delegatum iuxta regulam, quod à ſententia ſpeciali ſolus lator abſoluit: quod occultæ ſpectent ad Pœnitentiariam ex ipſa exceptione, quæ firmat regulam in contrarium, vt communitèr Doctores *in rubr. de reg. iur. in 6.* euidenter deducitur, dum tantum de Cenſuris contra aliquem nominatim latis, aut delatis, aut declaratis loquitur, quæ publicum præſeferunt; Ergo in occultis ipſa exceptio firmat regulam in contrarium ad

fauo-

Digitized by Google

fauorem Pœnitentiarij, cùm tantùm publicæ excipiantur, & conſequenter ex hoc nulla ſequitur perturbatio iuriſdictionis, ſed obſeruantia Pontificiæ diſpoſitionis, & vſus iuris proprij à Pontifice conceſſi.

Verùm quidem eſt, quòd in ſimilibus caſibus, quando recurrentes pro abſolutione adhuc ſunt in mora, Sacra Pœnitentiaria eos non abſoluit, niſi ad reincidentiam, ſi termino repetito non ſatisfecerint, ſeù Edicto non paruerint; quòd & Minor Pœnitentiarius obſeruare debet, cum teneatur ad ſtylum Tribunalis, & cauere, nè contra Iuſtitiam ius cuiuſquam lædatur: notandum tamen, quòd ſicut monitoria non afficiunt niſi iniuſtè detinentes, & ſub peccato mortali obligatos ad reſtitutionem, non autem iuſtè detinentes, vt communitèr Doctores, quia excommunicatio non habet vim, niſi adſit mortale peccatum; Ita nequè ſcientes iuſtam retentionem ad reuelandum tenentur, cum non cenſeatur, Iudicem monitoria concedere, nequè per ipſa intentionem ligandi habere, quando Iuſtitia non eſt læſa: quod idem etiam alijs de cauſis habetur, vt apud Doctores, qui in ſimilibus caſibus ſunt conſulendi.

D V B I V M VI.

An poſſit abſoluere ab excommunicatione lata contra violantes Clauſuram Monialium ad malum finem.

C O N C L V S I O.

In caſibus occultis etiam iſtos poteſt abſoluere à præfata cenſura poſt violationem clauſuræ ipſo facto incurſa.

PRob. Sub vniuerſalitate terminorum exprimentium facultatem Pœnitentiarij *abſoluendi à quibuſcumque Cenſuris quomodolibet reſeruatis*, continetur iſte caſus, niſi exceptus reperiatur; nam dictiones *à quibuſcumque, & quomodolibet*, vniuerſales ſunt, quarum prima ex ſui natura ex-

tenditur ad omnes caſus; Secunda verò omnem pænitùs modum includit, vt in *Clement.2. verſ. Nè igitur de ſent.excom.*, & ex ſui ſignificatione excludit reſtrictionem *Gloſſ.in Clem. 1. de re iudic.* Præſens autem caſus non eſt de exceptis Pœnitentiario in Tabella; Ergò ſub illius facultate continetur, ſi ſit occultus, cùm dictiones vniuerſales vniuerſalitèr ſint intelligendæ, ſi de exceptione non conſtet, vt currit in præſenti caſu.

Firmatur; omnis alius ingreſſus in Monaſterium Monialium ſub Cenſura Papæ reſeruata prohibitus, eſt ſub facultate Pœnitentiarij, ſi ſit occultus, & eidem non exceptus, proùt apparet ex ſpecialibus clauſulis, quibus facultas concipitur: Ergò & ingreſſus ad malum finem, ideſt ad aliquem actum luxurioſum committendum, vt habet *Graff. lib.1. de caſibus reſeruatis cap.3. num.9. & 11.* ſub eadem facultate continetur; licèt enim in genere peccati grauius ſit hoc, & ſi ſit cum fornicatione ſacrilegium grauiſſimum committatur contra eius votum caſtitatis, vel etiam contra conſecrationem, tamen in ordine ad reſeruationem quilibet ingreſſus prohibitus æqualitèr eſt Papæ reſeruatus, ſiuè fuerit ob curioſitatem, ſiuè prætextu alicuius facultatis reuocatæ, ſiuè ad malum finem, aut ob aliam cauſam ſinè legitima licentia, vt ex ſtylo Curiæ generali ſuſtinet *Theſaur. de pœn. par.2. V. Clauſura cap.4.* cum citatis ab ipſo: Igitur habens facultatem abſoluendi ab omnibus Cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, vt habet Pœnitentiarius ab omnibus ingreſſibus in Clauſuraam Monialium prohibitis, poterit abſoluere, ſiuè fuerint ad aliquem finem luxurioſum, ſiuè ad alium finem non inhonerum. Dixi in caſibus occultis, quia in publicis nec Maior Pœnitentiarius poteſt manum apponere niſi ſupplicante Epiſcopo, ſeù Ordinario pro delinquentibus, vt ex Bulla ſuper facultatibus §.*Moniales* habetur.

Quod dictum eſt de ingredientibus Clauſuram Monialium ad malum finem, idem eſt dicendum de ijſdem Monialibus violantibus eamdem Clauſuram exeundo ad malum finem luxurioſum: nam in caſibus publicis nec à maiori Pœnitentiario

tiario abſolui poſſunt, niſi ſupplicauerit Epiſcopus, ſeù Ordinarius: In occultis verò vtique poteſt idem Ma. Pœnitentiarius illas abſoluere, & abſolui mandare independenter à quocumque: quòd nullo modo poteſt facere Min. Pœnitentiarius, niſi de mandato, & commiſſione Eminentiſſimi Maioris Pœnitentiarij, vt eſt de ſtylo Sacræ Pœnitentiariæ pro caſibus particularibus, vt in manuſcriptis adnotationibus ad Bullam ſuper facultatibus *facultate* 16. comprobatur.

DVBIVM VII.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere ab Excommunicatione lata à Sixto V. in Conſtitutione incip. Effrenatam contra procurantes abortum fœtus animati effectu ſubſequuto, licèt eius abſolutio ibidem fuerit Papæ reſeruata.

CONCLVSIO.

Abſoluere poteſt etiam ab iſta.

PRob. Non eſt de exceptis eidem Pænitentiario; Ergo cenſenda eſt de conceſſis ſub dictione vniuerſali *à quibuſcumque Cenſuris*; cum exceptio declaret, quod veniat in conceſſione quidquid non eſt exceptum, vt tradunt *Natt. conſ.* 159. *num.* 31. *Aretin. conſ.* 142. *num.* 2. *& alij*. Imò, & de expreſsè conceſſis ſub terminis *etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis*, qualis eſſet iſta; cum expreſſum eodem modo dicatur id, quod verbis generalibus exprimitur, ac ſi ſpecialiter, & in indiuiduo fuiſſet expreſſum; vt habet latiſſimè *Menoch. conſ.* 287. *num.* 7. *& ſeqq. Rot. par.* 6. *deciſ.* 205. *num.* 3. *recent.*

Firmatur; quia hanc reſeruationem factam à Sixto abſtulit *Gregor. XIV. in Conſtit. incip. Sedes Apoſtolica*, & ſolum ipſam reſeruauit locorum Ordinarijs, vt obſeruant *Quaran. V. Abortus* §. *Nota per hanc*, *Homobon. de caſ. reſeru. p.* 3. *caſ.* 6. *& alij*: Ergò & ex hac parte multò magis poteſt Pœnitentiarius ab illa abſoluere, cum ſuper caſus reſeruatos Ordinarijs teneat facultatem.

Digitized by Google

Non obſtat reſeruatio facta à Sixto V. quocumque modo fuerit concepta: quia hodiè ſtandum eſt Conſtitutioni Gregorij eidem deroganti; Vndè hodiè caſus hic non eſt amplius Papalis, ſed Epiſcopalis, cum poſteriora derogent prioribus *ex iurib. comm.* maximè quando priorum mentio fit in poſterioribus, vt currit in caſu cum expreſſa derogatione.

DVBIVM VIII.

An poſſit Pœnitentiarius abſoluere ab excommunicatione lata in cap. Si quis ſuadente Diabolo 17. q.4. contra inijcientes manus violentas in Clericum.

CONCLVSIO.

Similitèr abſoluere poteſt ab hac cenſura eos, qui Clericum, aut Sacerdotem percuſſerunt, vulnerauerunt, aut occiderunt, dummodò caſus ſint occulti.

PRob. Solùm Presbytericidium publicum eſt ſibi in Tabella exceptum: Ergò ſi fuerit occultum cenſendum eſt ſibi conceſſum vigore exceptionis, quæ firmat regulam in contrarium, vt ſæpiùs ſupra fuit dictum: Etſi Presbytericium occultum eſt de ſibi conceſſis, multò magis ſola percuſſio, aut vulneratio occulta erit etiam conceſſa, cui enim conceditur quod maius eſt, & minus cenſetur conceſſum *l. non debet ff. de reg. iur. & cap. Ex parte de Decim.*, minus enim ſemper ineſt in eo, quod plus eſt *l. in eo ff. de reg. iur.*

Imò ab eadem cenſura etiam abſoluere poteſt, licèt actus illi iniurioſi eſſent probabiles in iudicio, dummodò ad forum non fuerint deducti: nam cum ſolum Presbytericidium publicum excipiatur, cæteri actus quamuis probabiles in iudicio cenſendi ſunt conceſſi, ſi aliundè non excipiantur; aliundè autem ex Tabella non poſſunt eſſe excepti, niſi quatenus eſſent deducti ad forum; aut cenſura eſſet declarata, aut denuntiata incurſa ab illatore iniuriæ, quæ non ſupponuntur fa-

cta.

cta: Igitur &c. Quod eò magis etiam probatur, dùm crimen quo ad vſque ſit Iudici delatum, licèt in ſe probabile ſit in iudicio, ſi interim non probetur, nec ad Iudicem deferatur, adhuc cenſetur occultum ſecundum praxim Sac. Pœnitentiariæ, vt notat *Tiburt. Nauar. in manuduct. cap. 3. §. Ne autem*. Ergò multò magis ſub ratione occulti, à Cenſura iſtis actibus annexa ipſe Pœnitentiarius poterit abſoluere, licèt delictum eſſet probabile; ſicut delictum delatum ad Iudicem, ſed non probatum, elapſo anno præſumitur occultum; nàm præſumitur non factum, vt notat *Gloſſ. in cap. Omnipotens verb. Denunciantur in fin. de accuſat.* & habet *Marc. Leo in praxi de occulto pag. mihi* 132. Hæc quo ad Clericos, & Sacerdotes: quo verò ad Epiſcopos, & alios Eccleſiæ Prælatos, infra pertractabitur.

DVBIVM IX.

An poſsit abſoluere ab excommunicatione lata in Bulla Cœnæ contra præſumentes abſoluere à caſibus in eadem Bulla exceptis ſine facultate.

CONCLVSIO.

Poteſt & ab iſta abſoluere, ſi remaneat occulta, & non ſit deducta.

PRob. Negari non poteſt, quin etiam hæc contineatur ſub dictione vniuerſali *à quibuſcumque cenſuris*, ſi non excipiatur in Tabella: Talis autem exceptio quò ad hanc non reperitur, conſequentèr inter conceſſas eſt numeranda; præſertim cum & reſeruatæ Sedi Apoſtolicæ ſint conceſſæ, inter quas, & iſta numeratur, ſi habeatur pro reſeruata: Imò & tenenda eſt pro expreſsè conceſſa, dum continetur ſub terminis illis generalibus *etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis*, quorum vigore habetur ac ſi ſpecialiter exprimeretur, vt dictum eſt *ſupra in Dubio Septimo*.

Eir-

Firmatur; quia talis cenſura aut eſt de reſeruatis Papæ, aut non: Si eſt de reſeruatis, vt ſuſtinent *Felin.in cap.Paſtoralis §.Præterea num.9.de offic.Ordin. Viuald. in eandem Bullam §.Quod ſi fortè num.19. & alij*, ex modo dictis facultas ſufficientèr apparet: ſi autem non eſt de reſeruatis, vt defendunt *Suar.de cenſur. diſp.21. ſect.3. verſ. Secundò dicendum, Sayr.lib.3.cap.25.num.7.Nauar.Toletus, & alij*, multò magis facultas ſubſiſtit, cum à Cenſura non reſeruata quicumque Confeſſarius approbatus pro culpis mortalibus poſſit abſoluere: Ergò occulta remanente hac cenſura, ab illa poteſt abſoluere Pœnitentiarius. Quod idem eſt dicendum de Cenſura excommunicationis lata contra præſumentes abſoluere à caſibus, vel Cenſuris ab Ordinarijs locorum ſibi reſeruatis; nam & ſic præſumentes poteſt Pœnitentiarius ab eadem abſoluere, cum de vtraque currat eadem paritas, & ratio; & vbi eſt eadem ratio, ſit etiam idem ius non extenſiuè tantùm, ſed compræhenſiuè *l. His ſolis verſ. Satis etiam C. de reuocan.donat. Panorm.in cap.fin.num.10.de reſcript., & alij.*

D V B I V M X.

An poſſit illum abſoluere, qui, cum Sacerdos non eſſet, miſſam celebrauit, vel Sacramentalitèr abſoluit abſque errore in intellectu.

C O N C L V S I O.

Poteſt hunc abſoluere, ſi nullum errorem habuerit in Intellectu.

PRob. Nulla Cenſura reperitur lata contra non promotum ad Presbyteratus ordinem, qui miſſas celebrauit, vel Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrauit, licèt talia crimina ſint depoſitione digna, ſi ſit Eccleſiaſticus, & degradatus, ſit tradendus brachio Sæculari morte puniendus, vt ex *Conſtit. Greg. XIII. incip. Officij noſtri, Clem.VIII. Et ſi alias, & Vrbani*

bani VIII. Apoſtolatus Officium: Ergò ſola delinquentis nefaria, & ſacrilega temeritas vt peccatum grauiſſimum abſolutioni ſubijcitur; Poteſt autem Pœnitentiarius abſoluere *à quibuſcumque culpis, criminibus, & exceſſibus quantumcumque grauibus, & enormibus quomodocumque commiſſis, & perpetratis, tàm publicis, quàm occultis, vt ex Bulla ſuper facultatibus, & ex Tabella apparet;* Ergò & ab hac ſacrilega temeritate poteſt abſoluere, cum nec excepta, nec reſeruata à Sede Apoſtolica reperiatur.

Firmatur, quia non reſeruatio eſt ratio, cur inferior abſoluere poſſit tàm à peccatis, quàm à Cenſuris, quæ non ſunt reſeruatæ, & deſumitur *ex cap. Nuper de ſent. excomm.*, quia cum Conditor Canonis abſolutionem ſibi ſpecialitèr non reſeruauit, eò ipſo conceſſiſſe videtur facultatem: Hoc autem totum currit de hoc grauiſſimo crimine nullibi reſeruato; Igitur ſub dictione *à quibuſcumque caſibus* in facultate expreſſa etiam crimen hoc continetur tanquam particulare ſub vniuerſali.

Non obſtat, quòd crimen hoc ſit caſus ſpectans ad S. Officium: quia licèt quo ad pœnam illi debitam in foro externo, ſpectet ad præfatum Tribunal, quo verò ad abſolutionem in foro Sacramentali, ſpectat etiam ad Sac. Pœnitentiariam, & ad alios &c. qui omnes prius inquirere diligenter tenentur, an in ſacrilegio hoc committendo, error aliquis in intellectu delinquentis interceſſerit, quia ſi hæreticè hoc feciſſet, à Minori Pœnitentiario abſolui non poſſet, tanquam hæreticus per actum externum.

Quod dictum eſt de iſto ſacrilegio in ordine ad abſolutionem, idem eſt dicendum de Sacerdote plures miſſas eodem die celebrante; ſemel enim dumtaxat poteſt Sacerdos celebrare in die, vt habetur *cap. Sufficit de conſecrat. diſt. 1. cap. Te referente, cap. Conſuluiſti de celebrat. miſſar.* excepto die Natalis Domini, & caſu neceſſitatis, vt ex *d. cap. Conſuluiſti Laym. lib. 5. tract. de Sacrificio Miſſæ cap. 4. num. 6.* Cenſuram tamen nullam incurrit pluries in die celebrans, grauiſſimè tamen peccat, & grauiſſimis ſubiectus eſt pœnis à S. Officio in-

fligendis,

fligendis, ſi denuntiatus ſub poteſtate Tribunalis venerit: Interim à Pœnitentiario abſolui poterit ab exceſſu ſacrilego, ſicut de præmiſſis fuit dictum, ſi nullum errorem habuerit in intellectu, circa quod diligens inquiſitio eſt præmittenda.

DVBIVM XI.

An poſſit abſoluere Confeſſarium, qui in Sacramentali Confeſſione pœnitentem ad inhoneſta ſollicitauit, & nè ipſum denuntiaret, etiam poſtea abſoluit:

CONCLVSIO.

Nunc quoque Confeſſarium, qui tam nefandum ſcelus commiſit, poteſt Pœnitentiarius abſoluere.

PRob. quò ad ſimplicem ſollicitationem ſine abſolutione: Etiam hoc impium, & nefandum ſcelus ſub nulla Cenſura eſt prohibitum, vt apparet ex Conſtit. Pij IV. incip. *Cum ſicut nuper*, & Greg. XV. *Vniuerſi*; quamuis pro criminis qualitate, & circumſtantijs diuerſis, & grauiſſimis pœnis à S. Officio ſit puniendus, qui tale ſcelus committere auſus fuerit: Ergò Confeſſarius, qui in Confeſſione pœnitentem tantùm ſolicitauit, abſolui poteſt à Pœnitentiario, ex quo tale peccatum ſacrilegum non eſt illi exceptum; cum etiam in ordine ad abſolutionem Sacramentalem conceſſum dicatur quidquid expreſsè prohibitum non reperitur *l. nec non §. quod eius ff ex quib. cauſ. maior.* Confirmatur ex ſollicitatione, & abſolutione ſimul. Abſoluens ſollicitatam ab onere denuntiandi eum, qui ſollicitauit, incurrit excommunicationem latam contra abſoluentes à caſibus reſeruatis à Sede Apoſtolica, aut ab Ordinarijs ſine facultate, vt ſupra fuit dictum *in Dubio Nono*; Reſeruata eſt autem Tribunali S. Inquiſitionis excommunicatio lata contra non denuntiantem eum, qui ſollicitauit in Confeſſione, vt patet ex ipſo met Edicto: Ergò abſoluens ab hoc onere denuntiandi ſollicitatam, incurrit excommunicationem

Digitized by Google

tionem latam contra abſoluentes ſine facultate à reſeruatis: ſed, hoc non obſtante, adhuc Pœnitentiarius abſoluere poteſt Confeſſarium reum tàm à ſcelere, quàm à Cenſura, cùm nihil ex his ſit ei reſeruatum; conſequentèr multò magis à ſola ſollicitatione, quæ minorem requirit facultatem, poterit abſoluere. Igitur &c.

Hic tamen duo notari poſſunt: Primum, quòd Confeſſarius Sollicitator non obligatur ſe ipſum denuntiare, cum nullus teneatur ſe ipſum prodere *cap. Cum non deceat de elect. in 6.* maximè cum in Edicto præcipiatur ſola denuntiatio aliorum, non ſui, vt legenti Edictum patere poteſt; ſollicitata verò libera non reperitur ab onere denuntiandi, licèt Sollicitator mediante abſolutione data intenderit ab hoc ipſam liberare; quia talis abſolutio fuit data ſine poteſtate, & ideò fuit inualida, cum actus ex defectu poteſtatis ſit nullus, ac perindè habeatur, ac ſi non factus fuiſſet *cap. 2. de translat. Prælat.*, *& Clem. 1 de Immun. Eccleſ.* vnde nec poteſt inducere aliquem effectum, qualis eſſet hæc non obligatio, vt ex *cap. illud de iur. patron.* Imò ſententia oppoſita eſt vna de propoſitionibus damnatis ab Alexandro VII. *ſeptima in ordine*. Alitèr in hac forma poſſet quiſque illudere Edictum S. Officij, abſoluendo ſollicitatam ab onere denuntiandi, & ſic impunè poſſet fieri, & continuari ſollicitatio, & nulla eſſet prouiſio facta per Edictum.

Secundum, conforme erit charitati admonere Pęnitentem, vt prudentèr ſibi conſulat præueniendo, & veniam humilitèr petendo ab Inquiſitore S. Officij, antequàm præueniatur, vt ſic priuilegio ſpontè comparentium frui valeat, & minus confuſibilitèr tractetur, proùt conſulit *Lup. ſuper Edictum S. Inquiſitionis p. 1. lib. 4. diſt. 5. art. 3. diffic. 2. §. Verum pag. 67.* cùm partes Confeſſarij ſint conſulere bono Pœnitentis.

In caſibus ſollicitationis nunquàm obliuiſcatur Pœnitentiarius expreſsè monere ſuos Pœnitentes ſollicitatos de obligatione denunciandi ſollicitantem iuxta mandatum Gregorij XV. in Conſtit. *Vniuerſi Dominici gregis.* Hoc idem obſeruare tenetur quilibet Confeſſarius etiam contra ſeipſum, ſi

ſollicitator exiſteret, & Pœnitentiæ Sacramentum ſollicitatæ adminiſtraret: Imò ſi ſollicitatam à ſe, aut ab alio abſolueret, prætermiſſa dicta monitione, ſiuè negatiuè ipſam non monendo de obligatione, ſiuè poſitiuè eidem dicendo, non teneri amplius ad quemquam denuntiandum, adhuc idem Confeſſarius teneretur ipſam monere de præfato onere; quoties prudenter, & ſine periculo fractionis ſigilli poſſet hoc facere.

DVBIVM XII.

An poſſit abſoluere ab Excommunicatione lata à Pio V. in Bulla incip. Regularium, *& à Greg. XIII. incip.* Vbi gratiæ, *contra Mulieres ingredientes Clauſuram Regularium ad malum finem, aut ob aliam cauſam non permiſſam.*

CONCLVSIO.

Mulieres ingreſſas in Clauſuram Regularium quocumque prætextu, & ſine probibito abſoluere poteſt Pœnitentiarius à Cenſura incurſa, ſi occulta ſit, & non deducta.

PRob. Hæc Excommunicatio Papæ reſeruata non eſt de exceptis ipſi Pœnitentiario in Tabella, & continetur ſub terminis vniuerſalitatem præſeferentibus, quibus facultas exprimitur: Ergò etiam ab iſta poteſt abſoluere, cum generalitas verborum nihil incompræhenſum relinquat *Dec. conſ.* 84. *num.* 13. *lib.* 3., *Rot. par.* 6. *deciſ.* 198. *num.* 4. *recent.*, & quod exceptum non reperitur ſub generali conceſſione contineatur.

Firmatur; quia in ordine ad hanc violationem Clauſuræ ſolùm excipitur caſus ipſius Regularis Mulierem introducentis intra Clauſtra ad inhoneſtos actus: Ergò pro Muliere introducta etiam ad malum finem luxurioſum caſus eſt de conceſſis; nam exceptio firmat regulam in contrarium, *Gloſ.*, *&*

& Doctores in rubr. de reg. iur. in 6. præſertim quia exceptio declarat, quòd veniat in conceſſione quidquid non eſt exceptum, vt tradunt *Natt. conſil.* 159. *num.* 31., *Decian. in l.* 1. *num.* 20. *ff. de reg. iur.*, *& alij*: maximè cum in exceptione, quæ fit in Tabella, ita exprimi potuiſſet *Mulier introducta*, ſicut fuit expreſſus *Regularis introducens*, & tamen illa non fuit expreſſa; ſignum quod ſub exceptione non fuerit compræhenſa, nec Pontifex voluerit ipſam compræhendere. Non dicatur hanc excommunicationem latam à præfatis Pontificibus afficere tantùm mulieres violantes Clauſuram Regularium, prætextu licentiam in dictis Bullis reuocatarum.

Quia ſtylus Curiæ, & Sac. Pœnitentiariæ in praxi receptus eſt ad oppoſitum, etiam quo ad Mulieres non prætextu licentiarum intrantes, vt habet *Bonacc. de clauſur. quæſt.* 5. *punct.* 2. *&* 3., qui ſtylus Curiæ interprætatiuus Conſtitutionis Papæ vbique ſeruandus eſt, *Rot. par.* 1. *deciſ.* 196. *num.* 2. *recent.*, & de facto paſſim recurritur ad Sedem Apoſtolicam pro tali abſolutione; eodem modo, & ex iiſdem rationibus dicendum eſt, etiam Regulares introducentes Mulieres intra Clauſtra, ſed non ad inhoneſtos vſus, poſſe abſolui à Pœnitentiario ab excommunicatione, ſi occulta remaneat; quia reſeruatio, ſeù exceptio, cum ſit odioſa, eſt ſtricti Iuris, & ſtrictè accipienda, *Sanch. lib.* 4. *ſumm. cap.* 40. *num.* 15. Vndè cum tantùm excipiatur caſus Regularis introducentis Mulierem intra Clauſtra ad malum finem luxurioſum, quoties talis introductio non fit ad dictum finem, nunquam continetur ſub exceptione data, & dicta; cum in ſimilibus caſibus non interueniat finalis cauſa exceptionis, nempè impediendi luxurioſam introductionem cum difficili obtentu abſolutionis; ad quem finem nullus Pœnitentiarius trium Baſilicarum Vrbis poteſt Regularem introducentem abſoluere, neque ab exceſſu, neque à Cenſura, vt infra ſuo loco.

Digitized by Google

DVBIVM XIII.

An poſſit abſoluere ab Excommunicatione lata contra Religioſos Apoſtatas à Religione, ſi venerint ad aliquam ex Baſilicis pro abſolutione habenda.

CONCLVSIO.

Poteſt illos abſoluere poſt reditum ad Religionem, vel ſaltem poſt reaſſumptum habitum regularem, ſi dimiſerint cum firmo propoſito, & breui termino ſe præſentandi intra Clauſtra ſuis Superioribus.

PRob. Eſt de expreſsè conceſſis in Tabella, & continetur ſub generali facultate data, ſed limitata ad circumſtantias in concluſione expreſſas: Ergò concurrentibus dictis circumſtantijs abſolutionem eiſdem impertire poteſt Pœnitentiarius, cum in tali caſu operetur iuxta mentem concedentis facultatem, & ad præſcriptum facultatis datæ.

Non poteſt quidem eos abſoluere, niſi firmum habeant propoſitum redeundi ad Religionem; nam cum hac limitatione conceſſa eſt facultas, & conceſſio limitata non poteſt extendere effectum vltra terminos ſuæ limitationis *l. qui Tabernas ff. de contrahen. empt.*, & *DD. communiter cum Rot. par. 1. deciſ. 690. num. 9. recent.*

Neque ſi habeant animum reuertendi, ſed non perſeuerandi ſub regulari obedientia, imò iterum apoſtatandi, quia in tali caſu, propoſitum non eſt firmum, nec poſſunt dici deſijſſe eſſe Apoſtatæ, ſed perſeuerare in Apoſtaſia, ex quo habent animum reuertendi ad ſæculum, & non permanendi in Religione; ſicut qui recedit ab aliquo loco, & ſtatim reuertitur, non cenſetur receſſiſſe *cap. Diuortium de pœnit. diſt. 2.*, & *l. 1. §. Qui præſens ff. de verbor. obligat.*, non enim redijſſe dicitur, qui habet animum reuertendi, & breui eſt reuerſurus

rus *cap. Nam & ego de verbor. ſignif.*, *& cap. Relatum de Cler. non reſident.* Ideò tales Apoſtatæ non ſunt abſoluendi vt impęnitentes: nec poſſunt abſolui deficiente conditione, & circumſtantia requiſita in facultate data.

Nec ſimiliter poteſt eos abſoluere, ſi ante regreſſum ad Religionem velint prius componere cum ſuis Superioribus, vt mitius quo ad pęnas tractentur, aut procurare tranſitum ad aliam Religionem, niſi prius à Tribunali Sac. Pœnitentiariæ fuerit obtenta facultas eos abſoluendi ad reincidentiam per tempus aſſignandum, vt eſt ſtylus eiuſdem Tribunalis; quo tempore non permittitur, quòd celebrent, ſi ſint Sacerdotes, donec ad habitum, & obedientiam reuerſi fuerint, *Theſaur. in prax. S. P. tit.* 17.

Ante reaſſumptionem habitus abſolui vtiquè poſſunt Ultramontani, vel aliàs longè diſtantes, ſed ad reincidentiam, congruo tempore illis aſſignato, ad illum reaſſumendum, & ſuis Superioribus ſe præſentandum, ſi propter inopiam, vel aliud graue impedimentum habitum ſtatim reaſſumere nequeant, vt ex ipſamet Tabella apparet; & iuſtè quidem, quia ad impoſſibile nemo tenetur, *cap. Nemo de reg. iur. in 6.*, & legitimè impeditus ob graue impedimentum, quod nonniſi cum magna difficultate ſuperari poteſt, excuſatur ab obligatione legis, cum valde difficile habeatur pro impoſſibili, *Sanchez lib. 5. de matrim. diſp. 5. num. 4. cum iurib.*, *& DD. allegat.* Igitur &c.

DVBIVM XIV.

An poſſit abſoluere ab Excommunicatione Papæ reſeruata lata contra cooperantes Apoſtaſiæ Religioſorum Ordinis Prædicatorum, vel Minorum, aut alterius Ordinis habentis communicationem in priuilegijs prædictarum Religionum.

CON-

CONCLVSIO.

Cooperantes Apoſtaſiæ dictorum Religioſorum, ideſt auxilium, conſilium, vel fauorem præbentes Apoſtatæ, aut eum receptantes, ſeù retinentes abſolui poſſunt à Pœnitentiario ab Excommunicatione incurſa.

PRob. Cenſura hæc continetur ſub verbis illis vniuerſalibus, *poſſit abſoluere à quibuſcumque Cenſuris etiam Sedi Apoſtolicæ quomodolibet reſeruatis*, cum verba generalia generaliter ſint intelligenda, quatenus per alia verba non limitentur, vt docent *Bart. conſ.76. num.5. verſ. Nec obſtat lib.*1., *Rot. par.7. rec. deciſ.*104. *n.*4. generalitas autem facultatis conceſſæ non limitatur quo ad hanc cenſuram abſoluendam, cum inter exceptas non computetur, vt in Tabella apparet: Igitur poteſt Pœnitentiarius ab illa abſoluere, vtpotè contenta ſub vniuerſali facultate, dum non excepta cenſentur conceſſa.

Firmatur: Sicut Cenſura latæ ſententiæ contra facientem lata non ligat cooperantes, niſi verba legis tacitè, vel expreſsè ipſos compræhendat, vt de communi teſtatur *Theſaur. de pœn. par.* 1. *cap.*10. *cum Nauar., Sanchez, & alijs*; Ita nec reſtrictio facultatis in ordine ad facientem, vllo modo ſe extendit ad cooperantes, niſi ex tenore reſtrictionis, ſeù exceptionis tacitè, vel expreſsè id compræhendatur: Vtrobique enim agitur de materia odioſa, in qua fieri debet ſtricta interpretatio, ita vt non extendatur vltra propriam verborum ſignificationem, vt ex *cap. Pœnæ de pœnit. diſt.* 1., *& cap. odia de reg. iur. in 6.* Vndè in ſimilibus caſibus non fit extenſio de perſona in perſonam, etiam ex identitate rationis, *Theſaur. ibid.*

Exceptio autem, licèt non abſoluta, ſed ſub aliquibus circumſtantijs tantùm Pœnitentiario facta in ordine ad abſoluendos Apoſtatas reſpicit ſolùm ipſos Religioſos, à quibus com-

commiſſa eſt Apoſtaſia, & nullo modò tacitè, vel expreſsè compræhendit cooperantes, vt ex terminis ipſius exceptionis apparet; Ergo quamuis iſti cenſuram contra ipſos latam incurrunt, de qua loquitur *Theſaur. de pœn. par. 2. verb. Apoſtaſia cap. 2. §. Decimo primo*; tamen quo ad abſolutionem, hanc impertire illis poteſt Pœnitentiarius, ſi occulta remaneat, & non ſit deducta; quia eſt intra limites ſuæ poteſtatis, & circumſtantiæ reſtringentes facultatem quo ad Apoſtatas, nullo modo adaptari poſſunt cooperantibus ipſis Apoſtatis: Vndè cenſenda eſt de conceſſis.

Hìc tamen aduertendum eſt quo ad receptantes, & retinentes Religioſos Apoſtatas, quòd ſi inculpabiliter hoc faciant ex ignorantia iuris, vel facti, aut eos recipiant vt conſanguineos, & amicos, aut ad alium finem, quàm ad fauendum eorum Apoſtaſiæ, talem cenſuram non incurrunt, nec indigent abſolutione, proùt in ſimilibus caſibus diſcurrunt Doctores in ordine ad incurrendam aliquam cenſuram ſic cooperando; cum nec talis ſit mens ferentis cenſuram contra receptantes, aut retinentes cenſuratos delinquentes.

DVBIVM XV.

An poſſit abſoluere ab Excommunicatione lata à Pio IV., Gregorio XIII., & Concil. Trid. ſeſs. 25. cap. 19. de reform., *ac renouata à Clemente VIII. in Bulla incip.* Illius vices contra Duellantes, cooperantes, aut aliter ad illud concurrentes.

CONCLVSIO.

Poteſt abſoluere ab hac cenſura tam Duellantes, quam cooperantes, aut alio modo prohibito illam incurrentes, ſi delictum remaneat occultum, & non ſit deductum ad forum contentioſum.

PRob. Quo ad cenſuras occultas, & non deductas generalem facultatem habet Pœnitentiarius, niſi inter eidem excep-

exceptas aliqua computetur; nam exceptio etiam generalem iuriſdictionem reſtringit, vt communiter Doctores: Hæc autem lata contra Duellum committentes, aut aliquo modo ad illud concurrentes, non connumeratur inter eidem exceptas, vt ex Tabella liquet; conſequenter ſi occulta remaneat, & non deducta, vt præſertim ex Duello minùs ſolemni ſolet remanere, & aliquando etiam ex formato quò ad aliquos poteſt euenire; tunc abſolui poteſt à Pœnitentiario, cùm ſic contineatur ſub eius poteſtate.

Firmatur; quia per exceptionem factam Pœnitentiario in Tabella declaratur mens, & intentio concedentis facultatem, nempe, quòd exceptis tantùm ibidem non conceſſis, cæteros caſus relinquat ſub generali facultate conceſſa, ſcilicet abſoluendi *à quibuſcumque Cenſuris etiam Sedi Apoſtolicæ quomodolibet reſeruatis*, quia exceptio firmat regulam in contrarium *Gloſs.*, *&* *Doctores in rubric. de regul. iur. in 6.*

Inter caſus autem Pœnitentiario exceptos hic caſus Duellantium non exprimitur, vt fuit præmiſſum: Ergò mens, & intentio facultatem concedentis eſt, quòd ſub generali facultate conceſſa contineatur, & ſit relictus; cùm voluntas concedentis non operetur, niſi quatenùs exteriùs manifeſtatur *l. ſi repetendi ff. de condit. ob cauſ.*, & notat *Rota par.* 1. *deciſ.* 354. *num.* 6. *recent.* Igitur &c.

Hanc Cenſuram incurrunt,, Omnes in quacumq; Mundi parte non ſolùm in Duello pugnantes, ſed & prouocantes, ſuadentes, equos, arma, commeatus præbentes, comitantes, chartulas, libellos, litteras, nuncios mittentes, ſcribentes, aut quomodolibet circa iſta cooperantes, ſocios de induſtria ſpectatores, Patrinos, fautores, defenſores, locum præbentes, & breuiter omnes, qui huius criminis quomodocumque participes fuerint, ſeù prædictis ſe quoquomodo immiſcuerint, etiamſi neque effectus pugnæ ſit ſubſequutus, neque acceſſus ad locum, & etiam ſi diffidatio non fuerit parti aduerſæ intimata, ſi per eos cooperantes non ſteterit, quominùs intimata fuerit ,, Sunt verba Bullæ Clementis VIII. ſupra cita-

Digitized by Google

citatæ omninò videndæ, cum in hac materia caſus aliquis occurrerit; cum Cenſura incurratur tàm ob duellum formatum, ſeù ſolemne, quod fit Principe dante campum francum, & conditione interueniente de loco, armis, Patrinis, ſpectatoribus, & tempore; quàm ob duellum minus ſolemne, quod fit inter duos condicto ſolùm tempore, & loco, *Theſaur. de pœn. par. 2. verb. Duellum cap. 1.*

Non obſtat, quod Clemens VIII. mentionem non faciat in ſua Bulla citata *de aſsignatione loci, & temporis:* quia eius Bulla intelligenda eſt iuxta communem vſum loquendi, & iuxta ſenſum aliarum Conſtitutionum, quæ in ipſa confirmantur, in quibus fit ſermo de pugna, ſtatuto loco, & tempore, quæ conditiones loci, & temporis ita ſunt de eſſentia Duelli, quòd altera ipſarum deficiente non ſit locus huic Conſtitutioni, *Theſaur. ibid. cap. 4.* & ſufficiant ſolùm innitæ per pactum tacitum, & virtuale, *Sanchez lib. 2. cap. 39. num. 28. cum Theſaur. loc. cit.*

CAPVT

CAPVT III.

De Abſolutione à Cenſuris in Bulla Cœnæ latis.

ANtequam ſub dubijs ponatur facultas Pœnitentiarij quo ad caſus in hac Bulla ſub Cenſura prohibitos prænotandum venit, ipſum non poſſe abſoluere ab omnibus Caſibus contentis in viginti Capitibus eiuſdem Bullæ; licèt enim in Tabella facultas ſub terminis generalibus exprimatur, nempè quod poſſit *abſoluere ab omnibus Caſibus, & Cenſuris etiam in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis*; attamèn quia in Caſibus poſteà exceptis, nonnulli numerantur ex eadem Bulla deſumpti, quorum aliqui nec Maiori Pœnitentiario ſunt conceſſi, hac de cauſa generalitas conceſſionis reſtricta remanet, cùm per ipſas exceptiones mens, & intentio concedentis facultatem manifeſtetur, conſequenter ab omnibus abſoluere non poteſt; Vndè ad maiorem commoditatem, & facilitatem in præſenti quoque diſpoſitione prius de conceſſis, poſtea de exceptis pertractabitur.

DVBIVM I.

Ex Canone iv.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere ab Excommunicatione lata contra ſurripientes naufragantium bona, qui in Mari naufragium paſſi ſunt.

CONCLVSIO.

Poteſt eos abſoluere, dummodò quod raptum eſt non excedat extimationem quinque ſcutorum, ſecùs autem ſi exceſſerit.

PRob. quia prohibitum de vno, cenſetur de altero conceſſum, *l. cum Prætor ff. de Iudic.* In Tabella autem ſolùm prohibetur abſoluere ſurripientes bona Naufragantium, quan-

quando ſurreptu m excedit valorem præmiſſum; ergò quando non excedit, cenſendum eſt conceſſum, ſiquidèm incluſio vnius eſt excluſio alterius *cap. Nonnè de præſumpt.*, maximè quòd exceptio firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis, vt communiter Doctores.

Firmatur: Facultas limitata licèt non poſſit extendere effectum vltra terminos ſuæ limitationis, quia excederet limites conceſſionis, tamèn intrà terminos conceſſionis liberè poteſt effectum habere, cùm talis ſit intentio concedentis, quæ deſumitur ex verbis conceſſionis *Rot. part. 4. deciſ. 271. num. 2. recen.* Ergò dùm valor rei ſurreptæ non excedit extimationem quinque ſcutorum, talis Surreptor abſolui poterit à Penitentiario ab Excommunicatione huius Bullæ incurſa, vt incluſa in facultate ſibi conceſſa, & intra limites conceſſionis. Dixi Surreptor, & huius Bullæ: Quia contra retinentes iniuſtè bona Chriſtianorum naufragantium alia Excommunicatio latæ ſententiæ eſt fulminata *in cap. Excommunicationi de raptor.*, quæ tamèn non eſt reſeruata, vt *ex Theſaur. de pœn. par. 2. verſ. Naufragium cum citat.*

Hanc Bullæ cenſuram incurrunt omnes ſurripientes cuiuſcumque gradus, ſtatus, & conditionis, non obſtante quocumque priuilegio, conſuetudine, aut prætextu, & non ſolùm ſurripientes, qui clàm, & occultè, ſed etiam Raptores, qui per vim bona rapiunt, & hoc ſi bona ſint Chriſtianorum cuiuſcumque Nationis illi ſint, & quocumque modo Naues nauigantium ſint paſſæ, & in quocumque Mari, vt ex verbis Bullæ: Etiamſi talia bona in Nauibus Infidelium veherentur, vel ab Infidelibus fuerint aſſicurata, quod idem eſt dicendum, ſi capiatur ipſa Nauis iàm exonerata, aut eius inſtrumenta; nàm verbum illud Bullæ, *cuiuſcumque generis bona*, generale eſt complectens omnia, *Bonac.*, *Duard.*, *& alij*: ad quam incurrendam ſufficit ſimplex ſurreptio, hoc eſt iniuſta acceptio, quia in Bulla nulla fit mentio de mora in reſtituendo.

Non incurrunt hanc Cenſuram ſurripientes, quotiès excuſantur à mortali culpa: Hinc paruitas materiæ excuſat; ignorantia iuris, & facti excuſat: accipiens talia bona animo

reſtituendi vero Domino non incurrit, neque ſi bona pro derelictis habeantur, neque ſi bona ſint Infidelium, quos Eccleſia non protegit, neque ſi ſint Fidelium, ſed deferrentur ad Infideles contra Eccleſiæ prohibitionem, neque ſi ſint Piratarum Chriſtianorum, qui Hoſtibus æquiparantur; dummodò talia bona non ſint eadem numero Chriſtianorum, & iniuſtè à Piratis ablata, neque ſi iuſtè ſurripiantur in compenſationem, neque ſi extra Nauem, Mare, & littus auferantur, quia Bulla de his non loquitur, ſed de his, quæ in Naui, Mare, & littore ſurripiuntur, vndè incluſio vnius eſt excluſio alterius: quod idem eſt dicendum de mandante, conſulente, iubente, ratum habente, auxilium, vel fauorem præſtante, aut ablata recipiente, quia ſumus in materia pœnali, in qua verba ſunt ſtrictè interpretanda; & quia Pontifex nihil de iſtis hìc diſponit, ſicut alibi facit; dummodò prædicti non participent in crimine ſurreptionis, ita vt dici poſſint Socij, & cooperantes, quia tunc inciderent in Cenſuram, cùm eſſent veri Fures.

D V B I V M II.

Ex Canone vj.

An poſſit abſoluere falſificantes Litteras Apoſtolicas, aut falsò fabricantes ab Excommunicatione contra ipſos lata in Bulla Cœnæ.

C O N C L V S I O.

Poteſt Pœnitentiarius abſoluere eos, qui hanc Cenſuram incurrerunt ob falſificationem, vel falſam fabricationem, aut ſignationem Litterarum, ſeu Supplicationum Summi Pontificis, aut Vicecancellarij, vel alterius vices ipſorum gerentis, qui omnes in hac Bulla excommunicantur, ſi non fuerint declarati, vel denunciati.

NOtandum hìc, Litteras Apoſtolicas cenſeri illas, quæ nomine Summi Pontificis expediuntur, ſiue ſint Bullæ, quę plum-

Digitized by Google

plumbeo Sigillo expediuntur, ſiue ſint Breuia, quæ cera rubea Annulo Piſcatoris ſignantur: Supplicationes verò eſſe illas petitiones, quæ in ſcriptis Summo Pontifici, aut Vicecancellario, aut alteri vicem ipſorum gerenti exhibentur ad obtinendam gratiam, v.g. Diſpenſationem, Indulgentias &c. aut ad obtinendam Iuſtitiam, v.g. vt cauſa alicui mandetur definienda, vt ſentiunt communiter Doctores, & in harum Litterarum, ſeu Supplicationum falſificatione, ſeu falſa fabricatione, aut ſignatione conſiſtit materia, ſeu actio prohibita ſub hac Cenſura.

Hoc ſuppoſito probatur concluſio: Facultas hæc continetur ſub generali conceſſione abſoluendi ab omnibus Cenſuris etiam in Bulla Cęnæ Domini reſeruatis, niſi inter exceptas numerentur. Habetur enim pro regula generali, & indubitata etiam *ex Rot.par.4. deciſ.497. num.2. recent.*, quòd Iuriſdictione conceſſa cum reſeruatione quorumdam caſuum, cætera omnia, præter reſeruata, conceſſa cenſentur: Caſus autem præſentis Cenſuræ inter exceptos, ſeu reſeruatos non connumerantur, vt ex Tabella conſtat; Igitur inter conceſſos ſunt habendi, & ſic ab hac Cenſura poteſt Pœnitentiarius abſoluere, ſi occulta remaneat, & non ſit deducta.

Firmatur; quia per hæc verba, *poſſit abſoluere etiam à reſeruatis in Bulla Cœnæ*, aliqua facultas procul dubio conceditur ſuper caſus eiuſdem Bullæ, alitèr fruſtratoria eſſet talis conceſſio, quod præſumi non poteſt: Si autem tàm à non exceptis quàm ab exceptis abſoluere non poteſt Pœnitentiarius, nulla facultas per præfata verba eidem concederetur, & ſic eſſet fruſtranea conceſſio, cùm nihil operaretur, quòd nullatenùs eſt præſumendum, ſed tenendum, quòd in non exceptis valeat abſoluere, dùm exceptio firmat regulam in contrarium, ſicùt pro regula habetur. Igitur &c.

Incidit in hanc Cenſuram Bullæ, qui falsò fabricat Litteras Apoſtolicas, qui falsò ſignat Supplicationes Apoſtolicas, qui dictas Litteras, aut Supplicationes falſificat aliquid addendo, vel minuendo, licèt modicum, quo varietur verus ſenſus à Papa intentus, licèt ſolùm tempus in litteris expreſſum mute-

Digitized by Google

tetur, qui falſificat Litteras Apoſtolicas aliqua ex cauſa etiam inualidas modò litteræ ſint completæ, *Alter.*, *Bonacc. contra Duard.*, & quamuis Litteris, vel Supplicationibus falſificatis poſtea non vtatur: Ad hoc autem vt falſificans dictas Litteras Cenſuram hanc incurrat, debent tales Litteræ eſſe expeditæ, ideſt ſignatæ, & munitæ ſigillo, ſeu plumbo, itaut nihil eis deſit addendum ab Officialibus, quia ſumus in materia pœnali, in qua ſtricta interpretatio eſt facienda; & non appellantur litteræ Apoſtolicæ, quæ nondùm ſunt perfectæ, ſicut Teſtamentum appellari non poteſt illud, in quo eſſentialis defectus reperitur, *l. Paulus ff. de verb. ſignif.*, quòd idem cenſendum eſt de falſificante Supplicationes Apoſtolicas nondùm abſolutas ob eamdem rationem.

Non incidit, qui falſificat Litteras Sacræ Congregationis Cardinalium, Sacræ Pœnitentiariæ, aut Epiſcopi, aut Nuncij, aut Legati à làtere, aut Datarij, quia non expediuntur nomine Papæ, aut Vicecancellarij, ſed nomine eorumdem proprio: neque qui errorem Grammaticæ corrigit, aut aliqua verba addit, vel detrahit, non variato ſenſu à Papa intento: neque qui litteras corrigit iuxtà mentem Pontificis in Supplicatione expreſſam; quæ tamen correctio propria auctoritate non eſt facienda, ſed per aliquem ex Deputatis ad hoc in Curia, niſi neceſſitas alitèr ſuadeat: neque qui vtitur litteris à Pontifice obtentis, ſed inualidis ob aliquem defectum: neque qui impetrat Litteras Apoſtolicas mentito nomine ſibi falsò impoſito, aut illas comburit, aut lacerat, itaut contra ſenſum à Papa intentum inſeruire non valeant: neque qui apud ſe retinet Litteras falſificatas, aut Litteras falſas fabricare incepit, ſed pœnitentia ductus illas non perfecit: neque qui à dictis Litteris verbum aliquod abraſit animo addendi aliud, ſed pœnitens factus non addidit, & priùs verbum appoſuit: neque qui falſificat Litteras à Pontifice ſcriptas tamquàm perſona priuata alicui Amico; ſecùs ſi illas ſcriberet vt perſona publica, & vt Pontifex licèt nondum conſecratus. Quod ſimiliter dicendum eſt de fauente, conſulente, aut mandante falſificationem, quia cùm ſimus in pœnalibus, &

odio-

Digitized by Google

odioſis, verba ſunt ſtrictè, & propriè interpretanda *Bonacc.* , *Duard.quæſt.*3. Incurrunt tamen iſti, ſicut & omnes alij falſarij non comprehenſi in Bulla Cœnæ, excommunicationem *cap. Ad falſariorum* : *de crimin. falſ.* , ſi ſint Laici, quæ non eſt reſeruata ; ſi verò fuerint Clerici priuationem omnium Officiorum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum ipſo iure, & perpetuò ; degradandi etiam, ſi fuerint conuicti falſarij *ibidem*, vbi *cap. Licèt*, multos modos enumerat Pontifex, quibus falſitas hæc committitur, videatur.

DVBIVM III.
Ex Canone vij.

An poſſit abſoluere deferentes, ſeu tranſmittentes Arma, & alia vſui bellico idonea ad Turchas, vel alios Chriſtiani nominis inimicos, aut ad Hæreticos expreſsè, & nominatim declaratos à Papa.

CONCLVSIO.

Poteſt ſimiliter iſtos abſoluere ab hac Excommunicatione, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati.

PRob. rationibus pro dubio præcedenti poſitis, quia etiam hic caſus non eſt de exceptis in Tabella ; Ergò continetur ſub generali facultate conceſſa, *abſoluendi etiam à caſibus in Bulla Cęnæ Domini reſeruatis* ; quid quid enim ſub reſeruatione, ſeu exceptione non continetur, ſub generali conceſſione cenſetur conceſſum, cùm verba generalia generaliter ſint intelligenda, quatenùs per alia verba non limitentur *Rot. par.7. rec.dec.*104. *n.4. Bart.conſ.*76. *num.5. verſ. Non obſtat lib.*1. Hic notandum, quòd hoſtes Chriſtiani nominis cenſentur illi Infideles, qui in odium nominis Chriſtiani Chriſtianis Bella inferunt, vel facilè illaturi creduntur, ſi ſe eis præbeat occaſio, itàut, vel actu, vel habitu, ſeu in præparatione ani-

mi

mi Chriſtianorum inimici dici poſſint *Theſaur. de pœn.part.2. verſ. Arma cap.8. cum citat.* Hęretici verò expreſsè, & nominatim à Sede Apoſtolica declarati (ſic habet hodierna Bulla 1698.) dicuntur illi, qui nomine proprio, ſeu alia demonſtratione æquiualente, vt cũ ſub nomine Principis talis ſtatus, ſeu Regni declarãtur Hęretici, vt olim fuit factũ de Regina Angliæ. Hodiè tamen nullus Princeps hęreticus reperitur, ſic expreſsè, & nominatim declaratus; non enim ſufficit eſſe excommunicatos declaratos ſub nomine generico, vt omnes Luterani, Caluiniſtæ &c., vt notat *Filliuc. num.* 128. *Bonac. punct. 3. n.5. Theſ. ibidem, & alij.*

Incurrunt hanc Cenſuram omnes cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, & ſexus, vt ſignat particula *Omnes* poſita in Bulla, quæ omnes includit, & neminem excludit qui ad Saracenos, Turchas, & alios Chriſtiani nominis hoſtes, vel ad Hęreticos expreſsè, & nominatim à Summo Pontifice declaratos deferunt, vel tranſmittunt Equos, Arma, ferrum, filum ferri, ſtamnum, Chalibem, omniaque alia metallorum genera: Item lignamina, canapem, funes ex canape, vel ex alia materia, & ipſam materiam funium, & alia huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant ſunt verba Bullæ, quorum extenſio *in Bonacc., Filliucc.*, & alijs haberi poteſt. Similiter incurrunt mandantes Arma, & alia ſupradicta deferri Infidelibus, quia hoc eſt tranſmittere: etiam auxilium, conſilium, & fauorem quomodolibet præſtantes ijſdem Infidelibus independenter à dicta delatione, & tranſmiſſione, effectu tamen ſequuto, in damnum Chriſtianorum, vt probabiliùs tenet *Bonacc. punct. 2. num. 25.*, & omnes quocumque titulo à quocumque loco, & ad quemcumque locum deferant, & quocumque tempore tranſmittant, & non obſtante quocumque priuilegio.

Non incurrit qui aliquid ex prohibitis ad hoſtes defert probabili gnorantia iuris, & facti laborans, neque qui mortis metu, aut famis neceſſitate compulſus, neque qui Arma detulit, ſed non tradidit pœnitentia ductus, aut ex aliquo accidente; neque qui detulit ad purè Schiſmaticos, Romano Pontifici tan-

tantùm inobedientes, & contumaces; neque ſi ad infideles Hoſtes in auxilium tamen Chriſtianorum; neque tandèm in alijs Caſibus, in quibus alitèr non præſumitur de voluntate Pontificis Legislatoris, à quà lex robur, & vires accipit, vt *ex Duardo, Bonaccina, & alijs &c.*

DVBIVM IV.
Ex Canone viij.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere ab Excommunicatione lata in Bulla Cęnæ contrà impedientes, ſeu inuadentes eos, qui victualia, & alia neceſſaria ad vſum Romanæ Curiæ conuehunt.

CONCLVSIO.

Poteſt abſoluere etiam ab hac Cenſura, ſi delinquentes non fuerint declarati, vel denuntiati exceptis Principibus, & alijs Ius Imperij habentibus &c. in caſibus publicis, de quibus infrà.

PRob. ſimiliter ex rationibus ſupradictis: Tùm quia facultas hæc non eſt de exceptis in Tabella; ergò cenſenda eſt conceſſa: Tùm quia continetur ſub generali facultate conceſſa *etiam à Caſibus in Bulla Cęnæ reſeruatis*, cùm ſit vnus de illis; Ergò intrà limites Iuriſdictionis Pœnitentiarij etiam continetur, cùm permiſſum, & conceſſum cenſeatur, quod aliquo iure prohibitum non reperitur *cap. Cum illarum de ſent. excom.*, ſtante præſertim generali facultate conceſſa iàm præmiſſa.

Notandum hìc, quòd hæc cenſura procedit etiam contra non ſubditos temporaliter Eccleſiæ Romanæ, & quòd eſt lata in fauorem Curiæ Romanæ, ideſt loci, vbi Papa reſidet cum tota Audientia Cauſarum Sedis Apoſtolicæ, non in fauorem Vrbis Romæ, *Theſaur. de pęn. par. 2. verb. Annona cap. 3.* Vndè ſi Papa cum tota ſua Curia reperiretur Bononiæ, aut alibi, &

K quis

Digitized by Google

quis prohiberet victualia deferri ad eum locum, ligaretur hac Cenſura, quòd non ſequeretur, ſi prohiberet deferri talia Romam, niſi pars Curiæ moraretur etiam Romæ ad Cauſas expediendas nomine Pontificis, quia in tali caſu etiam impediens talia deferri Romam incideret in Cenſuram; nàm Curia etiam Romæ exiſteret, cum eadem ſit ratio totius, & partis, l. *quæ de tota ff. de rei vindic. Bonacc. qu. 9. punct.* 1. *num.* 11.

Aduertendum etiam, quòd in Caſibus publicis abſolui non poſſunt ab hac Cenſura Principes, nec alij Ius Imperij habentes, etiam Vicario nomine, nec Perſonæ Dominia, & Reſpublicas repræſentantes, ſeù illorum, & illarum adminiſtrationem habentes, vel habere ſolitæ, nàm expreſsè excipiuntur in Tabella §. *Principibus*; ſunt etiam exceptæ Maiori Pœnitentiario in Bulla §. *Nequeat*. Incurrit in hanc cenſuram, qui impedit deferentes victualia ad Romanam Curiam obſtando, vel detinendo ſiuè per vim, aut metum, ſiuè mendacijs, deceptione, aut alia iniqua ratione: Item qui eoſdem inuadit illos aggrediendo, vt ſpoliet, interficiat, vel damnum, ſeù iniuriam inferat: qui etiam prohibet, nè talia deferantur, ſiuè id fiat auctoritate publica, ſiuè priuata: qui eoſdem perturbat, ideſt impedit obſtando quocumque modo verbis, vel factis: Item qui defendit per ſe, vel per alios hæc facientes, dummodo iniuſtè hæc fiant. Nomine autem victualium hic intelliguntur omnia neceſſaria non ſolùm ad eſum, potum, & veſtitum Romanæ Curiæ, ſed neceſſaria etiam ad conuenientem, & decentem Curialium ſtatum, & etiam illa, quibus vtuntur Curiales in ſuis muneribus obeundis, & negotijs expediendis, videantur *Bonaccini Duard.*, *Filliuc.*, *& alij Doctores* de hac materia tractantes. Quæ victualia nullo modo impediri poſſunt, ſiuè deferantur curru, ſiuè nauibus, ſiuè iumentis, ſiuè humeris.

Non incurrit, qui res ſuas non vult vendere, ne deferantur ad Romanam Curiam: Probabilis ignorantia Iuris, & facti, & paruitas materiæ excuſant ab hac Cenſura incurrenda: neque incurrit, qui ex iuſta cauſa impedit: neque qui deferentem victualia in carcerem detrudit ob patratum crimen,

aut

aut ad ſoluendum debitum: neque qui de manu furis eripit ſuum equum deferentem victualia: neque qui ob priuatam inimicitiam inuadit deferentem victualia *Bonac. cum alijs.* contrà *Vgolin.:* neque qui mandat, aut conſulit prohiberi, aut impediri hanc delationem, quia de ijs non loquitur Bulla, ſicut alibi facit, quandò vult iſtos compræhendere, *Bonac.* Contra impedientes deferri ad Vrbem Romam Frumenta, & Blada intra quinquaginta milliaria Vrbi proxima fertur excommunicatio à Clemente VII. in Bulla. *Ad Sacrum* contra Barones, & alios particulares; contrà verò Prælatos fertur ſuſpenſió à Diuinis, & abſolutio eſt reſeruata Papæ, & hanc præfati incurrerent, licèt Papa, & Curia Romana non manerent Romæ, quia non eſt lata in fauorem eiuſdem Curiæ, ſed Vrbis: ab ipſa tamen poteſt abſoluere etiam Pœnitentiarius, ſi prædicti non fuerint declarati, vel denuntiati, *Theſi Bonac. loc. cit.*

DVBIVM V.
Ex Canone ix.

An Pœnitentiarius abſoluere poſſit ab excommunicatione Bullæ lædentes ſua, aut aliorum opera ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel ab eadem recedentes, & ſine Iuriſdictione eos vexantes in Curia commorantes.

CONCLVSIO.

Etiam iſtos poteſt Pœnitentiarius abſoluere à Cenſura, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati.

PRob. Iſtorum caſus ſimilitèr eſt de contentis ſub generali facultate eidem data, *abſoluendi ab omnibus caſibus etiam in Bulla Cœnæ reſeruatis*, & non eſt de exceptis in Tabella; Ergò inter conceſſos eſt computandus; ex quo enim non excipitur, cenſendus eſt conceſſus; cum exceptio firmet

regulam in contrarium. Notandum, quòd venientes ad Curiam Sedis Apoſtolicæ, & in ea commorantes, aut ab eadem recedentes cum rebus ſuis, de Iure communi dicuntur eſſe ſub ſpeciali protectione Sedis Apoſtolicæ *cap. vnic. de Cler. peregrin.* Hinc ad incurrendam huius Canonis Cenſuram neceſſe eſt, vt qui læduntur in itinere, aut vexantur in Vrbe, veniant formalitèr ad Sedem Apoſtolicam, ideſt prò negotijs, quæ expediuntur in Curia Romana, ſiuè ſint gratiæ, ſiuè iuſtitiæ, ſiuè reſpiciant iuriſdictionem Spiritualem Pontificis, ſiuè temporalem; verba enim formalitèr ſunt accipienda, *Bonac. cum alijs*: quod idem ſentiendum eſt de commorantibus in Curia, aut ab eadem recedentibus, vt ſaltem primariò, & principali intentione propter talia negotia commorentur in Vrbe, vel ab ea recedant. Incurrit hanc Cenſuram quicumque per ſe, vel per alios interficit quocumque modo aliquem accedentem ad Sedem Apoſtolicam, aut recedentem, vel commorantem in Curia, vt infra; Item qui alicui ex dictis membrum aliquod abſcindit, ſeù mutilat; Item qui aliquem iniuſtè ſpoliat veſtibus, pecunijs, armis, equis, ſcripturis, & alijs Mobilibus, quæ ſecum defert, etiam ſi vnica re tantùm priuetur, aut aliquis ex eius familia, & comitatu ſpolietur; Item qui aliquem ex dictis capit, aut iam captum detinet, quocumque modo impediendo, ne ad Sedem Apoſtolicam accedat, aut liberè recedat; Item qui contrà aliquem iam in Vrbe morantem ad negotia peragenda, vſurpata temerè iuriſdictione, aliquam ex dictis actionibus in hoc Canone prohibitis exercuerit; Secùs ſi non auctoritatiuè, ſed vt perſona priuata vexauerit, ad differentiam lædentis venientem, aut recedentem, qui cenſuram incurrit, ſiuè publica, ſiuè priuata auctoritate læſerit: mandantes, vel iubentes etiam incurrunt, vt ex verbis Canonis habetur, ibi -- *ſua, vel aliorum opera*. Secundùm probabiliorem ſententiam non eſt neceſsè, quòd præfatæ actiones prohibitæ fiant in accedentes ad Sedem Apoſtolicam vt accedentes reduplicatiuè, ſed ſatis eſt ex quacumque cauſa fiant; tutiorem hanc Sententiam ſequendo iuxtà ſtylum Sac. Pœnitentiariæ, quia,

vbi

Digitized by Google

vbi ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & ius generalitèr loquens generalitèr eſt intelligendum.

Vi huius Canonis ix. non incurrit, qui in aliquo caſu prohibito perpetrando ex aliquo capite excuſatur à mortali culpa: neque qui venientem leuitèr percuſſit, ſed percuſſus ex propria culpa, aut ex incuria Medici mortuus eſt: neque qui aliquem tantùm verberat, aut partem aliquam carnis abſcindit, capillos, vel barbam, aut dentes euellit, quia propriè non mutilat: neque qui ſurripit clàm, aut dolo curat ſibi pecuniam tradi à venientibus, quia hoc eſt furari, non ſpoliare, quod rapinam, & violentiam importat: neque qui aliquem detinet, ne occidatur ab Inimicis: neque qui commorantem in Curia in rixa occidit, aut furando ſpoliat, quia id non facit auctoritatiuè; neque qui dat conſilium, fauorem, aut auxilium ad occidendum, vel mutilandum, niſi & ipſe ſit cooperator ad actum prohibitum, quia Bulla de iſtis non loquitur in hoc Canone, vt facit in illis, quando vult, & ipſos cenſura ligari.

DVBIVM VI.
Ex Canone x.

An poſſit abſoluere à Cenſura Bullæ lædentes in perſona vel rebus, quas deferunt, Romipetas, ſeù Peregrinos ad Vrbem Romam cauſa deuotionis, ſeù peregrinationis accedentes, & in ea morantes, aut ab ipſa recedentes.

CONCLVSIO.

Abſoluere poteſt Pœnitentiarius lædentes Romipetas, aut Peregrinos præfatos à Cenſura Bullæ, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati.

PRob. hæc facultas, ſicut probata fuit in præcedenti Dubio; Nam & iſtorum caſus eſt de contentis ſub generali facultate *abſoluendi etiam à caſibus in Bulla Cœnæ reſeruatis*, & non

& non eſt de exceptis in Tabella, Ergò inter conceſſos eſt numerandus, ſicut fuit, & præcedens; nàm à ſimili ad ſimile valet argumentum, quia de ſimilibus idem eſt iudicium *l. non poſsunt*, *& l. ſeq. ff. de legib.* quod procedit, quando in vtroque ſimili adeſt eadem ratio, & æqualis Iuris diſpoſitio in vtroque, vt communiter DD. ſicut currit in præſenti argumento, in quo adeſt eadem ratio, & æqualis iuris diſpoſitio in vtroque ſimili. Notandum hìc, quòd Romipetæ tantùm, ſeù Peregrini Romam venientes cauſa deuotionis gaudent priuilegio huius Canonis, & ſub protectione Sedis Apoſtolicæ ſecuri conſiſtunt, *cap. arguta 2. qu. 6.*, non alij Peregrini ad alia loca ex deuotione proficiſcentes: qui Romipetæ accedentes dicuntur, ſtatim ac à ſuo domicilio diſcedunt, licèt ſint adhuc in via, quia Pontifex intendit eos tueri in toto itinere venientes, & reuertentes: agitur enim de cauſa fauorabili ipſis Peregrinis ad Vrbem venientibus.

Incurrit hanc cenſuram quicumque gladio, baculo, ſaxis, veneno, aut alia ratione aliquem ex præfatis ad Vrbem venientem, in ea morantem, aut ab ea diſcedentem interfecerit, mutilauerit, aut vulnerauerit, partem aliquam corporis ictu aperiendo: Item ſi aliquem cęperit, aut captum detinuerit, quocumque modo ipſum impediendo ab itinere incæpto.

Item ſi iniuſtè, & violentèr alicui res, quas ſecum defert abſtulerit, quòd eſt propriè deprædari; quòd procedit etiam ſi res alicui ex eius familia, aut mulioni ſecum iter agenti, auferatur: Etiam Peregrinus aliquam actionem hìc prohibitam in alium Peregrinum, ſeù Romipetam exercens incurrit, quia Pontifex in Bulla generalitèr, & diſtinctè loquitur, & eodem modo generalitèr, & indiſtinctè eſt intelligendus: Vexans etiam Turcam, Iudæum, Hæreticum, vel excommunicatum, aut alia cenſura ligatum accedentem ad Vrbem cauſa conuerſionis, vel deuotionis incurrit, cum & iſtis conueniat ratio diſpoſitionis huius Canonis: ſicut & incurrit, qui auxilium, fauorem, vel conſilium dederit ad præmiſſa perpetranda effectu ſequuto, vt ex Bulla habetur, & ex *Bonac. punct. 1. num. 15.*

Non

Non incurrit, qui in dictis actionibus agendis excuſatur à mortali culpa: Qui ob probabilem ignorantiam Iuris, & facti excuſatur à cenſura, cum ignorans dici non poſſit contumax: Paruitas materiæ in caſibus, in quibus dari poteſt, etiam excuſat ab hac cenſura incurrenda: Neque incurrit, qui ſolùm verberat, ſeù percutit ſine vulnere, aut ſciſſione in corpore: Neque qui vulnerat, aut occìdit aliquem ex præfatis ad ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Neque qui iuſtè aliquam ex dictis actionibus contra Romipetam exequitur, *Duard. in fine cum alijs*: Neque qui furtim pecunias, aut res alias eidem ſurripit, cum hoc non ſit depredari: Neque tandem, qui lædit Peregrinum euntem ad S. Iacobum in Compoſtella, ad Sacrum Domini Sepulcrum, ad Sacram Ædem Lauretanam, ad alium locum deuotionis gratia, quia Romipeta, aut Peregrinus ad Vrbem Romam dici non poteſt, qui ſolus à Sede Apoſtolica in hoc Canone ſub patrocinio ſuſcipitur, & gaudet huius Canonis Priuilegio.

D V B I V M VII.
Ex Canone xij.

An poſſit abſoluere lædentes per ſe, vel per alios ad Romanam Curiam prò ſuis negotijs recurrentes, tàm Eccleſiaſticos, quàm Sæculares ad ſenſum Canonis xij. *Bullæ Cœnæ.*

C O N C L V S I O.

Poteſt Pœnitentiarius etiam iſtos abſoluere à Cenſura Bullæ, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati.

PRob. Eamdem facultatem, quam habet ſuper dictos in ſuperioribus Dubijs, habet etiam ſuper iſtos, cum ſub eadem facultate, aut facultatis exceptione omnes contineantur: Poteſt autem illos abſoluere, eo quòd contineantur ſub gene-

generali facultate *abſoluendi etiam à caſibus in Bulla Cœnæ reſeruatis*, & non ſubſint vlli exceptioni; Ergò & iſtos poteſt abſoluere, cum par, & eadem ratio currat etian de iſtis; Vbi eſt enim eadem ratio, adeſt etiam eadem legis diſpoſitio non extenſiuè, ſed compræhenſiuè *l. his ſolis verſ. ſatis etiam cautè C. de reuocan. donat.*

Notandum hìc, quòd licèt recurrentes ad Romanam Curiam prò cauſis, & negotijs protegantur à Sede Apoſtolica in Canone nono Bullæ Cœnæ iuxtà ſuperiùs dicta in Dubio V. proteguntur ſimilitèr in hoc Canone xij. cum maiori extenſione excommunicationis, dum fertur contrà omnes illos, qui occìdunt, vel quoquomodo percutiunt, vel bonis ſpoliant per ſe, vel per alios directè, vel indirectè perſonas quaſcumque Eccleſiaſticas, vel Sæculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotijs recurrentes, vel in eadem Curia ea proſequentes, eorumque Procuratores, Negotiorum geſtores, Aduocatos, Agentes, Auditores, Iudices, ſi iſta fiant occaſione dictarum Cauſarum, ſeù negotiorum Curiæ; quæ excommunicatio afficit non ſolum principales delinquentes, ſeù committentes, & executores, ſed etiam auxilium, conſilium, & fauorem præſtantes cuiuſcumque dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, vt ex Textu Bullæ clarè apparet: quæ vltima verba ſunt obſeruanda, cum per ipſa excepta remaneat facultas in caſibus publicis, quo ad Principes, & alios Ius Imperij habentes, vt in Tabella §. *Principibus*. Incurrit qui aliquem ex ſupra nominatis quoquo modo interficit, aut percutit, manibus, fuſte, aut alia ratione; etiam qui vulnerat, aut mutilat; datur enim percuſſio etiam cum vulnere, & mutilatione: Item qui recurrentem ad Curiam, aut alium aliquem ex dictis, bonis ſuis mobilibus, aut immobilibus ſpoliat ob recurſum factum, aut cauſam, & negotium prò quo in Curia, agitur: ſiue etiam recurrens aliqua ex dictis actionibus offendatur Domi manens, & per alium in Curia cauſam ſuam proſequens; ſiuè offendens offendat aliquem ex dictis pe ſe, vel per alium directè, vel indirectè: Incurrit etiam auxilium, conſilium, vel fauorem præſtans ad aliquam ex dictis actioni-

bus

Digitized by Google

bus perpetrandam, effectu ſequuto ſecundùm *Bonaccinam*, etiàm non ſequuto effectu ſecundùm *Duardum*.

Non incurrit, qui alicui ex dictis conſpuit in faciem, rumpit Pallium, aut aquam deſupèr immittit; Nequè qui aliquem occìdit, vulnerat, aut percutit ob priuatam inimicitiam, aut ob defenſionem, nequè qui aliquem bonis ſpoliat ſolùm, vt furetur, aùt in compenſationem; Nequè qui percutit, aut ſpoliat fratrem, filium, aut alium conſanguineum recurrentis, aut alterius cauſam in Curia Agentis, quia de iſtis Bulla non diſponit; Nequè qui percutit, aut ſpoliat, qui recurſum habuit, & peracto negotio Domum reuertitur, qui amplius non dicitur recurrens, & Canon ſolùm loquitur de recurrente ad Curiam, & in ea Cauſam proſequente; incurrit tamen illam Canonis noni, vbi etiam tuentur recedentes à Curia; Neque qui aliquam ex dictis actionibus committit, ſed ſine culpa mortali ex aliquo capite, quam culpam mortalem cenſura ſemper prærequirit.

DVBIVM VIII.
Ex Canone iij.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere ab excommunicatione lata contra Piratas, Curſarios, & Latrunculos maritimos diſcurrentes Mare Pontificium.

CONCLVSIO.

Omnes præfatos abſoluere poteſt à Cenſura Bullæ, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati.

PRob. Sub generali facultate conceſſa Pœnitentiario *abſoluendi etiam à caſibus in Bulla Cœnæ reſeruatis*, etiam caſus iſte continetur, cùm ſit vnus de prohibitis in eadem Bulla: Ergò abſoluere poteſt talem actum perpetrantes à Cenſura incurſa, niſi facultas quò ad iſtos ſit excepta: In Tabella autem facultatum caſus iſtorum, de quibus inquiri-

Digitized by Google

quiritur, non reperitur exceptus, vt ex eadem patere poteſt; Igitur pro conceſſo habendus eſt, ex quo ſub generali facultate non reſtricta continetur; nam conceſſio per verba generalia generalitèr eſt intelligenda, quatenùs per alia verba non limitetur, *Rot. part. 7. deciſ.* 104. *num.* 4. *recent.*, ſicut limitatur, & excipitur in caſibus declaratis, vel denuntiatis, nè ſequatur turbatio inter iuriſdictiones. Notandum, Piratas, vulgò *Corſari*, vel Latrunculos maritimos dici illos, qui quaſi ex officio, bello non indicto, nauticum latrocinium exercent, ſeù animo depredandi ſe nauigationi dederunt; ſeù qui verſantur principalitèr in agendis prædis in Mari, *Bonac. quæſt.* 4. *pun.* 1. *num.* 1. *cum alijs*; dicuntur autem Piratæ, qui Nauibus biremibus, vel triremibus vtuntur; latrunculi verò, qui exiguo nauigio, & paruo apparatu prædantur *Bonac.*.

Per Mare Pontificium intelligitur Mare Tyrrenum, & Adriaticum, quæ ad temporale dominium Eccleſiæ pertinent, & vult Pontifex tuta habere, præſertìm quò ad illum Maris locum, qui dicitur Romana Statio, incipiens à Monte Argentario vſque ad Terracinam propter maiorem propinquitatem ad Vrbem, & Pontificis reſidentiam *Duard. quæſt.* 3.

Incurrit, qui ſolùm diſcurrit Mare Pontificium animo prædandi, etiamſi nulla præda ſequatur: qui inchoauit nauigationem cauſa Belli, vel Mercaturæ, ſed poſteà incipit diſcurrere Mare animo prædandi: qui Nauim inſequutus eſt in Mare animo prædandi: qui Nauim inſequutus eſt in Mare, ſed eam ſpoliat in flumine, ad quod ſe receperat, vt eſſet in tuto: qui in flumine, aut alio in loco ſe abdit, vt Nauigantes incautos aggrediatur: qui diſcurrit Mare animo prædandi, tàm Fideles, quàm Infideles; ſecùs ſi tantùm Infideles ſecundùm probabiliorem, dummodò iſti non deferant merces in commodum Fidelium, quia tunc incurrerent, ſicut incurrunt omnes fautores, receptatores, & defenſores Piratarum, niſi metus grauis fautores excuſet, vt remigantes coactè in Triremibus Turcarum; aut niſi Pirata in Domo excipiatur titulo conſanguinitatis, vel amicitiæ non formaliter vt Pirata.

Non

Non incurrit, qui indicto Bello etiam iniuſto res Aduerſariorum ſurripit: nequè qui ſuborta rixa aliquem ex eadem Naui occidit; aut aliquid alteri in eadem Naui clàm furatur: nequè qui nauigat cauſa negotiationis, ſed incidentèr aliquando prædatur, niſi animo prædandi aliquando nauigare cæpiſſet: nequè qui in lacu, aut flumine prædatur: nequè qui diſcurrit Mare animo occidendi, vel ſpoliandi alterum Piratam, niſi intendat ſimul ſpoliare etiam alios Fideles; hic enim, & ſimiles dici non poſſunt Piratæ, vel Latrunculi maritimi ad mentem Pontificis, excommunicationem fulminantis contra deprædantes in ſuo Mari.

D V B I V M IX.
Ex Canone j.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere eos, qui ſcienter legerint, vel retinuerint libros in Bulla Cœnæ prohibitos, ideſt libros Hæreticorum hæreſim continentes, vel de Religione tractantes.

C O N C L V S I O.

Poteſt eos abſoluere ab excommunicatione lata in eadem Bulla, ſi non habuerint complices, vel fautores, aut ipſi in Iudicio delati non fuerint.

PRob. Quod Pœnitentiario non eſt exceptum, etiam in ordine ad caſus Bullæ Cœnæ, cenſendum eſt eidem conceſſum, ſtante generali facultate ſibi data abſoluendi à præfatis caſibus; ſicut enim exceptio reſtringit facultatem, ita caſus non excepti remanent ſub facultate. Caſus autem iſtorum, de quibus inquiritur, non eſt de exceptis Pœnitentiario, niſi habuerint complices, vel fautores, aut delati fuerint in Iudicio, vt ex Tabella; Ergò ſaluis limitationibus cenſendus eſt conceſſus, cum limitata conceſſio etiam ſuum habeat effectum intra limites conceſſionis; ſecùs extra limites.

Digitized by Google

Notandum, quòd verba illa in exceptione poſita, ſcil. ſi habuerint complices, vel fautores, reſpiciunt tantùm illos, qui ex lectione libri prohibiti hæreſim aliquam hauſerunt, & in tali hæreſi habent complices, vel fautores; nam iſti abſolui non poſſunt, niſi poſtquàm præfatos denuntiauerint; non autem illos, qui ex tali lectione nullam hæreſim contraxerunt; in iſto enim caſu non eſt neceſſe quemquam denuntiare, ex quo nulla interuenit hæreſis; ſed ſatis erit, quòd in Iudicio non fuerint delati, adhoc vt poſſint abſolui, & talis eſt ſtylus Sac. Pœnitentiariæ vniformis menti Pontificis, vt in Bulla ſuper facultatibus §. *Eos tantùm*, & deducitur etiam ex verbis ſequentibus in eadem exceptione, ſcil. *niſi tamen complices degant in Regionibus palàm infectis &c.* videatur Tabella &c.

Notandum etiam, quòd ad incurrendam hanc excommunicationem tres conditiones requiruntur. Prima, vt Auctor libri, qui legitur, ſit Hæreticus. Secunda, vt contineat hæreſim, vel tractet de Religione. Tertia, vt ſcientèr legatur, quarum vna deficiente, excommunicatio hæc non incurritur ex lectione, *Bonac.*, *Layman.*, *&* *alij*.

Incurrit, qui aliquem ex præfatis libris publicè, vel occultè legit: etiam qui oculis tantùm ſinè voce percurrit, quæ in libro continentur: qui ſolum proæmium libri, ſiuè præfationem, ſiuè epiſtolam ad Lectorem legit licèt liber non ſit Typis impreſſus: etiam famulus, qui iuſſu Domini ſui talem librum legit, niſi ex graui metu hoc faciat: qui aliquem ex prædictis libris retinet, quocumque modo retineat, ſiuè in Domo propria, ſiuè aliena, ſiuè nomine proprio, ſiuè alieno. Item incurrunt Impreſſores, ideſt qui quouis modo proximè concurrunt ad impreſſionem, & qui quomodolibet aliquem ex præfatis libris defendit: debet liber continere hæreſim, vel tractare de Religione ex profeſſo, non incidentèr, ideſt tractare de Sacra Scriptura, de articulis Fidei, de aliquo Sacramento, de rebus ad Cultum Dei, vel Sanctorum ſpectantibus; aut de Theologia Scholaſtica, & ſatis eſt, quòd vnam tantùm hæreſim contineat, licèt ex profeſſo de hæreſi non tractet, ad incurrendam excommunicationem, quæcumque pars legatur.

Non

Digitized by Google

Non incurrit, qui legit librum Catholici, in quo per ignorantiam inſertus eſt aliquis error contrà fidem : quæcumque ignorantia excuſat legentem, retinentem, & imprimentem: paruitas materiæ etiam excuſat : qui ſolùm audit legentem, non incurrit vigore textus Bullæ: legens librum Paganorum, aut Græcorum non ligatur hac cenſura : neque qui librum Hæreticum propria auctoritate comburit, & non tradit Inquiſitori ex vi Bullæ Cœnæ: neque qui legit, aut retinuit librum Hæretici, in quo nec continetur hæreſis, neque tractatur de Religione : Incurrit tamen aliam excommunicationem latam in Indice librorum prohibitorum, *regula decima*, quæ tamen nulli eſt reſeruata, quæ afficit legentes, aut retinentes libros Hæreticorum, vel cuiuſuis Auctoris ſcripta ob hæreſim, vel falſi Dogmatis ſuſpicionem, damnata, & prohibita.

D V B I V M X.

Ex Canone v.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere Pedagia, ſeù Gabellas nouas imponentes, vel augentes in Terris ſuis, præterquàm in Caſibus à Iure, vel ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis.

C O N C L V S I O.

Poteſt eos abſoluere ab Excommunicatione Bullæ Cœnæ, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati.

PRob. Quia neque hic caſus eſt de exceptis ipſi Pœnitentiario : Ergò eſt de contentis ſub facultate eidem conceſſa, *abſoluendi ab omnibus caſibus etiam in Bulla Cœnæ reſeruatis*; ſola enim exceptio, ſeù reſeruatio reſtringit facultatem generaliter ad omnes caſus datam, vt commune eſt apud Doctores.

Notandum, hanc Cenſuram non afficere Principes, qui in ſuis Terris ſupremam habent facultatem, nullumque Superiorem in temporalibus agnoſcunt, quia in Iure contra huiuſmodi Perſonas nulla extat prohibitio quò ad hanc materiam: Afficit.

Digitized by Google

Afficit quidem omnes alias Perſonas, ſupremi Principis poteſtatem non habentes, ſiuè Mulieres, ſiuè Titulati, ſiue ſine titulo, quia Papa excommunicat omnes, quæ dictio vniuerſos, & ſingulos compræhendit.

Notandum ſecundò, Pedagium, & Gabellam in præſenti Textu Bullæ ferè idem importare, nam ſignificant quodcumque tributum, quod imponitur pro tranſitu viarum, aut pro mercibus inuectis; ſiuè ſoluatur pro fabrica, & conſeruatione Pontium, & aptatione Viarum, ſiuè Nauium ad transferendum; Vndè imponentes noua Pedagia, noua Portaria, & his ſimilia, quocumque nomine nuncupentur, & pro quacumque re imponantur, incidunt in hanc excommunicationem: *Duard.*, *Sayr.*, *& alij*, quod etiam verificatur de augentibus Gabellas impoſitas, & ipſas exigentibus, vt ex ipſo Textu Bullæ clarè habetur.

Incurrit Princeps Superiorem recognoſcens in Terris ſuis, qui noua Pedagia imponit, aut auget antiqua tributa: qui habita facultate imponendi tributum ſuper vna re, imponit ſuper altera, vel imponit maius: Incurrunt, qui talia tributa exigunt, & exactioni cooperantur, vt qui accipiunt pecuniam, qui ſcribunt, qui explorant ea, quæ feruntur: Incurrit etiam Princeps ſupremus Gabellas iniuſtè imponens, cum à Iure hoc non habeat, vt intendit Pontifex in Bulla, *Bonac.*, *Duard.*, & *alij* ſecundùm veriorem ſententiam.

Non incurrit, qui cum licentia Superioris noua Pedagia imponit, vel auget: Neque qui ex conſuetudine hanc facultatem habet: Neque qui Gabellam antiquam ex cauſa intermiſſam de nouo exigit: Neque qui mandat, conſulit, aut hortatur noua tributa imponere, quia non exprimuntur in Bulla: Nequè incurrit Exactor aliquid recipiens ſpontè datum: Nequè qui exigit tributa probabilitèr ignorans eſſe illicita: Nequè qui per metum grauem eadem exigit: Nequè qui aggreditur Viatores, ab ipſis pecuniam extorquens, fingens ſe eſſe Gabellarum Exactorem: Nequè incurrit imponens Taxas, Taleas, Collectas, & his ſimilia, quia non continentur ſub nomine Pedagij, ſeù Gabellæ, de quibus loquitur Pōtifex in hoc Canone.

DV-

DVBIVM XI.
Ex Canone j.

An Credentes, Receptatores, Fautores, & Defenſores Hęreticorum abſolui poſſint à Pœnitentiario ab excommunicatione contrà eos lata in Bulla Cœnæ.

CONCLVSIO.

Poteſt eos abſoluere, ſi nullum errorem in intellectu pertinacitèr habuerint.

PRob. Actus, ſeù caſus iſtorum non ſunt excepti Pœnitentiario in Tabella; Ergò cenſendi ſunt conceſſi in generali facultate eidem data, *abſoluendi ab omnibus caſibus, etiam in Bulla Cœnæ reſeruatis*: Nam licèt Hæreticos per actum externum abſoluere non valeat, vt præmiſſum eſt; tamen cum ſimus in odioſis, exceptio, quò ad Hæreticos, eſt ſtrictè intelligenda, & non amplianda ad non Hæreticos, quales habendi ſunt iſti, de quibus mouetur præſens Dubium.

Quod vt clarius appareat, notandum nomine credentium Hæreticis, de quibus ſolùm poteſt eſſe difficultas, hic non venire illos, qui pertinacitèr credunt erroribus Hæreticorum, licèt implicitè tantùm, aut in genere; quia etiam iſti Hæretici ſunt, ſicut qui dictos errores tenent explicitè, & in ſpecie, iuxta *cap. Excommunicamus il 2. de Hæretic.*, vbi Pontifex indiſtinctè loquens, habet; *Credentes autem eorum erroribus, Hæreticos ſimiliter iudicamus*; & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; Sed dicto nomine venire illos, qui Hæreticorum erroribus nullo modo credentes, credunt tamen eos eſſe viros bonos, & ita erga eos ſunt affecti, familiares, & obſequentes, vt hoc aliquo modo redundet in fauorem Hæreſis: Vnde iſti licèt non ſint Hæretici, excommunicantur tamen, vt eis credentes in *cap. Excommunicamus il 1. de Hæretic.*, & tunc ſolùm Hæretici iudicantur, ſi infrà annum ſatisfacere contempſerint, poſtquàm fuerint excom-

excommunicatione notati: Ita ex *Abb. Panorm. in cit. cap.* §. *Credentes numero* 12., *Io: de Anania ibidem* §. *Credentes numero primo*, *Marian. Soccin. ibidem numero* 36. & alijs, quos citat, & ſequitur *Farinac. de hæreſi quæſt.* 182. *num.* 128. *&* deſcribit *Tabien. verb. Excommunicatio* 5. *caſu* 4. §. 12. eſſe illos, qui ſcienter, & ex propoſito ſæpe adeunt Hæreticos; eorum conciones aliquandò audiunt; litteras eorum hinc inde deferunt; ducatum in itinere eis præbent; & alia ſimilia faciunt, quæ fieri nequeunt, niſi ab homine affecto ergà Hæreticos: Vnde & ſuſpecti ſunt de hæreſi, & excommunicantur *in cit. cap. Excommunicamus il* 1. & etiam hìc in Bulla Cœnæ per particulam, *ac eis credentes*, *ſeu credentes Hæreticorum*, quæ denotat aliud genus Perſonarum diſtinctum ab Hæreticis, quocumque modo ſint tales, vt ex rationibus magis patebit.

Nam in Bulla Cœnæ illi credentes Hæreticorum excommunicantur, qui prius à Iure communi ſub ijſdem terminis credentium Hæreticorum erant excommunicati; diſpoſitum enim hìc in Bulla eſt deſumptum à Iure; & ſola abſolutio à Cenſura in Iure non reſeruata per Bullam ipſi Pontifici reſeruatur: Credentes autem Hæreticorum à Iure excommunicati, ab ipſo Iure non cenſentur Hæretici, vt patet *ex cit. cap. excommunicamus il* 1. vnde ſumptum eſt, quod hìc in Bulla diſponitur; Nam ibi credentes Hæreticorum non declarantur ſtatim Infames, & ad officia inhabiles, vt ipſo facto ſunt Hæretici, ſed niſi infra annum reſipuerint, poſtquàm fuerint excommunicatione notati: Ergò dum Pontifex in Bulla excommunicat credentes Hæreticis, non loquitur de credentibus erroribus Hæreticorum, quos vt Hæreticos cum alijs Hæreticis prius excommunicauit per particulam Canonis *omnes*, *& ſingulos alios Hæreticos*, ſed de alijs nullo modo credentibus erroribus, quales ſunt ſupradicti: qua de cauſa in Bulla præcisè exprimuntur, ſicut & in *cap. ſupracit.* credentes Hæreticorum, & non legitur credentes erroribus Hæreticorum.

Firmatur; quia tàm in præmiſſo *cap. Excommunicamus il* 1. quàm hìc in Bulla eodem modo, & ad eumdem finem excommuni-

municantur Credentes, ſicut & Receptatores, Fautores, & Defenſores Hæreticorum; vtrobique enim omnes ſimùl ſub eodem tenore, & ordine verborum in deteſtationem hæreſis excommunicantur, vt communiter conceditur, & apparet ex textibus: Cæteri autem à Credentibus non excommunicantur in præfatis textibus, eò quod defendant hæreſes, ſeù Hæreticorum errores, aut faueant eiſdem erroribus, quia procùl dubio etiam ipſi Hæretici eſſent, ſi cum Hæreticis idem ſentirent, ac defenderent; ſed excommunicantur, quià ipſas Perſonas errantes, ſeù ipſos Hæreticos recipiunt, fauent, aut defendunt motiuo hæreſis, vt notat etiam *Duard. in Bull. can. 1. quæſt. 32. nu. 1.*, quas actiones quilibet manens Catholicus præſtare poteſt, vt cum communi ſentiunt *Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 10. num. 7.*, *Trullench. ibid. lib. 1. cap. 3. dub. 9. num. 3.*, *& Lupus in Edict. S. Offic. par. 2. diſt. 5. art. 1. difficult. 1.*, addentes etiam, quòd duplicem excommunicationem incurreret, qui ſimùl eſſet Hæreticus, & Hæretici Receptator, aut Defenſor: Vnam, quià Hæreticus, alteram, quià Receptator, aut Defenſor: Ergò eodem modo diſcurrendum eſt de Credentibus Hæreticorum, quòd non excommunicantur in Bulla, eò quod credant erroribus Hæreticorum, & ſint Hæretici; ſed quià credunt Perſonis Hæreticorum modo ſupradicto, & ſine errore in intellectu; nimis ſcilicèt affectos, familiares, & obſequentes ergà Hæreticos ſe oſtendentes, quod reſultare videtur in fauorem hæreſis; ſed actiones tales etiam manentes Catholici adhùc præſtare poſſunt, licèt ſuſpectos de hæreſi ſe reddant; ſicut etiam ſe reddunt de hæreſi ſuſpectos Receptatores, Fautores, & Defenſores ex proprijs actionibus, vt communiter tenetur; Igitur &c.

Hìnc patet reſponſio ad fundamentum ſententiæ oppoſitę, ſuſtinentis illos dici Credentes Hæreticorum ad ſenſum Bullę, qui eorum erroribus credunt, & non ālitèr hac ſola ratione: Receptatores, Fautores, & Defenſores Hæreticorum non excommunicantur in Bulla, niſi receptent, defendant Hæreticos, illiſque faueant, vt Hæretici ſunt, ideſt in fauorem hæreſis: Ergò eodem modo ſunt intelligendi Credentes Hæreticorum, vt excommunicentur in Bulla, quatenùs credunt

Hæreticis, vt Hæretici ſunt, & conſequenter eorum erroribus. Patet inquam reſponſio; nàm in primis negatur ſuppoſitum in antecedente, quòd ſcilicèt prænominati non excommunicentur in Bulla, niſi talia faciant in fauorem hæreſis reduplicatiuè; quià tales primariò excommunicantur vt Hæretici, cùm nullus ferè, niſi ſit Hæreticus, talia præſtare poſſit ob defenſionem, & fauorem hæreſis reduplicatiuè, vt benè notat *Pueron. in Bull. Cœnæ cap.* 1. *num.* 136., *&* 146., ſed excommunicantur prædicti in Bulla, ſi talia præſtent ex cauſa tantùm, ſeù ex motiuo hæreſis, licèt non propter hæreſim, ſeù in fauorem hæreſis, vt patet in Receptante, Fauente, aut Defendente Hæreticum, ne capiatur, dùm à Iudice vt Hæreticus, & ob hæreſim inquiritur; quem omnes concedunt incurrere excommunicationem Bullæ, ſolùm quià talia facit ex cauſa, & motiuo hæreſis, vt diſtinguit, & docet *Tolet. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 8. in ſubiecta materia. Et eadem de cauſa negatur, quod ſupponitur in conſequente, nempè Credentes Hæreticorum non excommunicari in Bulla, niſi quatenùs credunt Hæreticis vt Hæreticis, ideſt eorum erroribus; quià etiam iſti primariò excommunicantur cum Hæreticis, cùm ſint veri Hæretici, ex quo credunt erroribus Hæreticorum; ſed vt Credentes Hęreticorum excommunicantur etiam cum Receptatoribus, Fautoribus, & Defenſoribus, ſi credant perſonis Hæreticorum, & non eorum erroribus, nimiam æſtimationem, familiaritatem, & obſequium eis præſtando, vt dictum eſt ſupra, & hoc ex ſolo motiuo hæreſis: qua de cauſa, & motiuo zelantes Fidei eos nunquàm adeunt; familiaritatem cum eis nolunt; eorum Conciones nunquàm audiunt; nihilque ſingulare cum eis volunt; ſicut faciunt ex oppoſito, qui Hæreticis credunt ſecundùm hanc ſententiam, quam *Alter. in Bull. Cœnæ diſp.* 2. *cap.* 3. non ſolùm probabilem, ſed & Iuri conformem fatetur, & conſequenter etiam ad ſenſum Bullæ, cum diſpoſitum in ipſa ab ipſo Iure communi ſit deſumptum, vt ſupra &c.; maximè cum in Bulla poſt Hæreticos quoſcumque, qui ob hæreſim principaliter excommunicantur, ſimul poſtea excommunicentur Credentes, Receptatores, Fautores, & Defenſores Hæreticorum tantùm acceſſoriè, ſicut &

in

in Iure ſimul, & eodem ordine excommunicantur, ex qua benè argui poteſt, ſententiam conformem Iuri communi eſſe etiam conformem menti Pontificis, & Bullæ Cœnæ.

Sequendo igitur hanc ſententiam, quam tenui etiam in Adnotationibus manuſcriptis ad Bullam ſuper facultatibus Maioris Pœnitentiarij *facul.* 13. §.8. *num.* 18., cùm ſic Credentes Hæreticis dici non poſſint Hæretici, ſequitur poſſe abſolui à Minori Pœnitentiario ab excommunicatione lata in Bulla contra Credentes, Receptatores, Fautores, & Defenſores Hæreticorum, cùm de omnibus currat eadem ratio, quòd non ſint Hæretici, qui tantùm excipiuntur in Tabella, iuxta regulam, excluſio vnius eſt incluſio alterius.

Incurrunt vt Credentes Hęreticorum ſecundùm hanc ſententiam, qui nimis affecti ergà eos, eorum conciones aliquando audiunt; eos ſepè adeunt, & viſitant; litteras eorum hinc indè deferunt; ducatum in itinere eis præſtant; eorum libros ſuſcipiunt; alimoniam dant, & pecuniam accomodant, ac alia ſimilia ſcienter, & ex propoſito faciunt, quibus nimis affectos, & de hæreſi ſuſpectos ſe oſtendunt: Ignorantia tamen, & ſimplicitas multos poteſt excuſare &c.

Incurrunt vt Receptatores, qui ſcientes eos Hæreticos hæreſis cauſa ipſos recipiunt; qui eos occultant, vt manus Iuſtitiæ effugiant, dùm vt Hæretici inquiruntur: non eſt neceſse, quòd ſint nominatim denuntiati; neque quòd recipiantur ad docendam, vel defendendam hæreſim reduplicatiuè, quod non niſi alter Hæreticus præſtare poteſt, ſed ſufficit, quòd fiat motiuo, ſeù cauſa hæreſis: Excuſantur, qui hoc faciunt ob conſanguinitatem, vel amicitiam, vel miſericordiam, vel ob timorem mortis, vel ex ignorantia probabili, aut ex cauſa puri hoſpitij, non ex motiuo hæreſis, aut pro defenſione bonorum, corporis, animæ, aut famæ. Incurrunt vt Fautores, & Defenſores, qui verbo, facto, aut omiſſione Hæreticis fauent, aut eos defendunt motiuo hæreſis: Verbo, vt qui clamoribus eos adiuuant ad Iuſtitiæ manus effugiendas; euadendi viam eos edocent; accuſatores, denuntiatores, aut teſtes eis reuelant; ſcienter pro ipſis intercedunt, ne pro hæreſi puniantur; & qui eos inſtruunt ad

Digitized by Google

celandam veritatem, quando fuerint examinati.

Facto, ſeù opere; qui eis Dignitates, aut honores conferunt, aut ad illas eos ſcienter præſentant; qui communionem ſcienter ab ijſdem recipiunt; qui Eccleſiaſticæ ſepulturæ eos tradunt, niſi ignorantia, aut timore excuſentur: Item qui proceſſum contra eos fabricatum lacerant, concremant, aut quomodolibet corrumpunt, abſcondunt, aut falſificant: qui eos adiuuant quocumque modo ad Carcerem confringendum, vt indè aufugiant, & ipſis aufugientibus auxilium quoquomodo præſtant ad euadendum Iuſtitiæ manus; Omiſſione, qui cùm poſſint, & debeant, Hæreticos non fugant, non capiunt, non denuntiant, non accuſant, non puniunt, & contra eos procedere negligunt, aut iuridicè interrogati veritatem contra eos dicere nolunt; Verum eſt, quòd metus mortis, aut alius metus cadens in conſtantem Virum ſolet excuſare, cùm leges humanæ non obligent cum certo, ac probabili vitæ diſcrimine.

Sententia hæc ſic examinata Pœnitentiario D. Papæ hoc in loco proponitur, vt in hac parte menti ipſius Pontificis váleat ſe conformare, cùm Iuri, & Bullæ ſit conformis: Excommunicatis in Bulla omnibus, & ſingulis Hæreticis cuiuſcumque nominis, & Sectæ; poſtea diſponitur de eorum Credentibus, Receptatoribus, Fautoribus, & Defenſoribus tanquàm Perſonis ab Hæreticis diſtinctis; conſequenter ob diuerſa motiua iſti, & illi in Bulla excommunicantur: Per hanc ſententiam incedentes iuxta litteram Bullæ non confundunt Credentes Hæreticorum cum Hæreticis; neque actiones Credentium cum actionibus Fautorum; ſicut facit alia ſententia, vt ſe ſuſtineat; ſed hæc omnes & ſingulos diſtinctè conſiderat, ſicut de omnibus, & ſingulis diſtinctè diſponitur: ſint ne tandem Credentes Hæreticorum poſiti in Bulla ad maiorem declarationem, vt volunt, qui hos confundunt cum Credentibus eorum erroribus; poſſet concedi, ſi in Bulla legerentur poſt Apoſtatas à Fide, ſed cùm legantur cum Receptatoribus, & alijs, vſque quo dictum probetur, cenſetur voluntarium, & potiùs ad declinandam vim rationum huius ſententiæ: Ideo &c.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IV.

De Cenſuris in Bulla Cœnæ latis, à quibus Minor Pœnitentiarius abſoluere non poteſt abſolutè, aut tantùm in Caſibus occultis.

DVBIVM I.
Ex Canone j.

An Pœnitentiarius Minor poſſit abſoluere Hæreticos externos ab excommunicatione Bullæ Cœnæ.

CONCLVSIO.

Non poteſt eos abſoluere, ſi per actum externum hæreſim internam manifeſtauerint.

PROB. Quià caſus iſtorum eſt de expreſsè exceptis in Tabella; Ergò facultas ad ipſos non poteſt extendi, cùm in hac parte reſeruetur, & expreſsè denegetur. Ad incurrendam hanc Cenſuram non ſufficit ſola hæreſis interna, quia Eccleſia non iudicat actus merè internos: Neque ſola externa, quia non adeſt error in Intellectu; & hæreſis definitur, quòd ſit error intellectus liber, & pertinax contrà fidem in eo, qui fidem ſuſcepit; Sed requiritur interna, & externa ſimul, integrantes vnum peccatum, quatenùs interna verbo, aut ſigno aliquo hæreticali ſufficienter manifeſtatur, & humano modo cognoſci poteſt.

Hinc Cenſurã non incurrit, qui mente reuoluens hæreſim profert verba aliqua imperfecta, vt ſi dicat, ità eſt, hoc ſentio: Vel faciat ſigna indifferentia, vt ſi annuat capite, aut femur percutiat, & ſimilia; quia hæc audiens, aut inſpiciens, non magis hæreſim, quàm aliquid aliud poteſt iudicare. *Bonac.*

Neque

celandam veritatem, quando fuerint examinati.

Facto, ſeù opere; qui eis Dignitates, aut honores conferunt, aut ad illas eos ſcienter præſentant; qui communionem ſcienter ab ijſdem recipiunt; qui Eccleſiaſticæ ſepulturæ eos tradunt, niſi ignorantia, aut timore excuſentur: Item qui proceſſum contra eos fabricatum lacerant, concremant, aut quomodolibet corrumpunt, abſcondunt, aut falſificant: qui eos adiuuant quocumque modo ad Carcerem confringendum, vt indè aufugiant, & ipſis aufugientibus auxilium quoquomodo præſtant ad euadendum Iuſtitiæ manus; Omiſſione, qui cùm poſſint, & debeant, Hæreticos non fugant, non capiunt, non denuntiant, non accuſant, non puniunt, & contra eos procedere negligunt, aut iuridicè interrogati veritatem contra eos dicere nolunt; Verum eſt, quòd metus mortis, aut alius metus cadens in conſtantem Virum ſolet excuſare, cùm leges humanæ non obligent cum certo, ac probabili vitæ diſcrimine.

Sententia hæc ſic examinata Pœnitentiario D. Papæ hoc in loco proponitur, vt in hac parte menti ipſius Pontificis váleat ſe conformare, cùm Iuri, & Bullæ ſit conformis: Excommunicatis in Bulla omnibus, & ſingulis Hæreticis cuiuſcumque nominis, & Sectæ; poſtea diſponitur de eorum Credentibus, Receptatoribus, Fautoribus, & Defenſoribus tanquàm Perſonis ab Hæreticis diſtinctis; conſequenter ob diuerſa motiua iſti, & illi in Bulla excommunicantur: Per hanc ſententiam incedentes iuxta litteram Bullæ non confundunt Credentes Hæreticorum cum Hæreticis; neque actiones Credentium cum actionibus Fautorum; ſicut facit alia ſententia, vt ſe ſuſtineat; ſed hæc omnes & ſingulos diſtinctè conſiderat, ſicut de omnibus, & ſingulis diſtinctè diſponitur: ſint ne tandem Credentes Hæreticorum poſiti in Bulla ad maiorem declarationem, vt volunt, qui hos confundunt cum Credentibus eorum erroribus; poſſet concedi, ſi in Bulla legerentur poſt Apoſtatas à Fide, ſed cùm legantur cum Receptatoribus, & alijs, vſque quo dictum probetur, cenſetur voluntarium, & potiùs ad declinandam vim rationum huius ſententiæ: Ideo &c.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IV.

De Cenſuris in Bulla Cœnæ latis, à quibus Minor Pœnitentiarius abſoluere non poteſt abſolutè, aut tantùm in Caſibus occultis.

DVBIVM I.
Ex Canone j.

An Pœnitentiarius Minor poſſit abſoluere Hæreticos externos ab excommunicatione Bullæ Cœne.

CONCLVSIO.

Non poteſt eos abſoluere, ſi per actum externum hæreſim internam manifeſtauerint.

PROB. Quià caſus iſtorum eſt de expreſsè exceptis in Tabella; Ergò facultas ad ipſos non poteſt extendi, cùm in hac parte reſeruetur, & expreſsè denegetur. Ad incurrendam hanc Cenſuram non ſufficit ſola hæreſis interna, quia Eccleſia non iudicat actus merè internos: Neque ſola externa, quia non adeſt error in Intellectu; & hæreſis definitur, quòd ſit error intellectus liber, & pertinax contrà fidem in eo, qui fidem ſuſcepit; Sed requiritur interna, & externa ſimul, integrantes vnum peccatum, quatenùs interna verbo, aut ſigno aliquo hæreticali ſufficienter manifeſtatur, & humano modo cognoſci poteſt.

Hinc Cenſurã non incurrit, qui mente reuoluens hæreſim profert verba aliqua imperfecta, vt ſi dicat, ità eſt, hoc ſentio: Vel faciat ſigna indifferentia, vt ſi annuat capite, aut femur percutiat, & ſimilia; quia hæc audiens, aut inſpiciens, non magis hæreſim, quàm aliquid aliud poteſt iudicare. *Bonac.*

Neque,

Digitized by Google

Neque qui amico reuelat hæreſim ſuam conſilij cauſa ad remedium Animæ ſuæ; aut illam detegit Confeſſario Sacramentaliter, aut conſilij cauſa; Nam talis manifeſtatio non eſt peccatum exterius hæreſis, cùm à bono fine cohoneſtetur.

Ad incurrendam hanc Cenſuram ſufficit actus externus etiam occultus, & nulli notus, dummodo internam hæreſim manifeſtet, & etiam licèt nullus ad talem actum aduertit, quando factus fuit coram alijs: ſuper iſtos tamen caſus Maior Pœnitentiarius poteſtatem habet, & facultas ab eodem poteſt haberi, ſicut etiam haberi poteſt in alijs Caſibus pro foro Conſcientiæ, in quibus non eſt neceſſe complices, vel conſcios denuntiare, ſcilicet quando ijdem complices, vel conſcij mortui ſunt; ſeù ſunt ex Regionibus palàm infectis, & in illis degunt; cùm tunc finis legis locum habere non poſſit: ſecus autem ſi ex illis Regionibus eſſent, in quibus viget auctoritas Sancti Officij, vt ex Bulla ſuper facultatibus Maioris Pœnitentiarij. §. *Eos tantum &c.*

D V B I V M II.
Ex Canone j.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere Apoſtatam à Chriſtiana fide internum, & externum.

C O N C L V S I O.

Non poteſt talem abſoluere, ſi non ſolùm mente, & Corde, ſed etiam verbo, aut facto receſſerit à fide.

PRob. Facultas etiam hæc eſt de expreſsè exceptis in Tabella; Ergò eſt denegata, & non contenta ſub generali data; Tum etiam, quia eodem modo eſt diſcurrendum de Apoſtata à Fide, ſicut de Hæretico interno, & externo ſimul, cum omnis Apoſtata ſit Hæreticus, licèt non è conuerſo, eò quòd Hæreticus pro parte recedit à Fide, Apoſtata verò in totum, vnde Apoſtata peior eſt Hæretico: Igitur ſi Hæreti-

cum

cum etiam per actum externum abſoluere non poteſt Pœnitentiarius, multò minus Apoſtatam ſimiliter internum, & externum ſimul, ſtante præſertim exceptione pro vtroque.

Licèt Apoſtata ſit etiam Hæreticus, duplicem tamen excommunicaiionem non incurrit, alteram videlicet vt Hæreticus, & alteram vt Apoſtata, ſed vnam tantùm latam in Bulla Cœnæ: quia Apoſtaſia non differt ſpecie ab Hæreſi, ſed tantùm ſecundùm magis, & minus; quia vt fuit præmiſſum, Hæreticus pro parte, Apoſtata verò in totum recedit à Fide: Maior autem, aut minor receſſus à Fide ſpeciem non mutat; Ergò nec excommunicatio duplicatur in Apoſtata, licèt ſit etiam Hæreticus.

Ad hanc cenſuram incurrendam non ſufficit ſola interna Apoſtaſia, neque ſola externa in verbis, aut factis, ſed vtraque ſimul requiritur, ſicut prædictum fuit de Hæretico; cùm Eccleſia non iudicet de internis, nec ſolus actus externus ſufficiat ad conſtituendum Apoſtatam ſine interno receſſu à Fide: ſatis vtiquè eſt actus externus licèt occultus cum interno receſſu ad incurrendam dictam cenſuram: Ex dictis ſequitur, quòd quicumque fidem exteriùs abnegauit verbis, aut factis, ſiuè per vim, aut metum grauem, ſiuè ſpontè ex deſperatione, aut aliqua vtilitate, aut ſenſualitate ductus, interiùs tamen illam corde, & animo firmiter tenuit, hanc cenſuram non incurrit in foro Conſcientiæ, & poteſt abſolui à proprio Confeſſario ab hac etſi grauiſſima culpa, vt habet *Theſaur. de pæn. V. Apoſtata cum Dian.*, & *Homob.* Sacra tamen Pœnitentiaria ſolet & tales adigere, vt prius abiurent coram S. Officio, *Theſaur. ibidem*, ad quam praxim Tribunalis etiam Minor Pœniteatiarius tenetur vt Officialis eiuſdem Tribunalis.

D. V.

DVBIVM III.
Ex Canone j.

An poſſit abſoluere Schiſmaticos, ſcilicet, qui receſſerunt ab obedientia Vniuerſalis Eccleſiæ, vel Romani Pontificis, vt Pontifex eſt, per actum externum.

CONCLVSIO.

Nullum iſtorum poteſt Pœnitentiarius abſoluere ab excommunicatione contra eos lata in Bulla Cœnæ, ſi tales fuerint per actum externum, & cum pertinacia.

NAm etiam caſus iſtorum eſt de expreſsè exceptis in Tabella; Ergò eſt extra limites facultatis datæ Pœnitentiario; & conſequentèr nullum à dicta Cenſura poteſt abſoluere, cùm per exceptionem, ſeù reſeruationem Superior adimat Inferiori facultatem abſoluendi à reſeruatis. Notandum hìc, duplex ſchiſma dari; Vnum iunctum cum hæreſi, cùm quis non credit, Papam eſſe Caput Eccleſiæ, vel non credit vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam, & etiam recedit ab obedientia vnius, aut alterius: Aliud verò ſine Hæreſi, cùm quis credens credenda præfata tantùm recedit ab obedientia Papæ, vt Caput Eccleſiæ, aut ab obedientia Vniuerſalis Eccleſiæ, nolens cum membris eiuſdem Eccleſiæ communicare; & iſti ſunt, qui principalitèr hìc excommunicantur in Bulla; nam primi vt Hæretici cum Hæreticis in eodem Canone excommunicantur. Hinc eſt, quòd licèt omnis Hæreticus ſit Schiſmaticus, non tamen èĉontra omnis Schiſmaticus eſt Hæreticus, vt ex *Baſſeo verb. Schiſma n.3. cum citat.* Notanda eſt etiam differentia inter excommunicationem, quæ ob hæreſim incurritur, & illam, quæ ob ſchiſma: nam prima non incurritur, niſi cum actu externo adſit etiam error in mente; ſecunda verò ob ſchiſma ſolo actu externo incurritur abſque errore in mente; eo quòd ſchiſma ſatis

tis

Digitized by Google

tis conſumetur in opere externo,ſiuè per verba, ſiuè per facta, ſiuè per alia ſigna ſchiſmatis manifeſtatiua. Incurrit hanc excommunicationem, qui recedit à Summo Pontifice; aut alios auocat ab eius ſubiectione, vt Summus Pontifex eſt; aut qui non vult cum aliquibus communicare, ſolùm quia ſunt Subditi Papæ, vt Papa eſt: qui gerit ſe vt Papam, & Caput Eccleſiæ, cùm non ſit canonicè electus, & qui ſcienter hunc ſequuntur. Qui abſque Pontificis auctoritate Concilium generale congregat; aut legitimè iam diſſolutum proſequitur: qui Regem Angliæ vt Eccleſiæ Caput extrinſecè tantùm habet, licèt non intrinſecè.

Non incurrit, qui non obtemperat præcepto Papæ, quia ſibi graue, & incommodum eſt, nequè qui Perſonam Papæ prauo animi affectu proſequitur, & ſic non vult eius mandato parere, modò non intendat ſe ab illius obedientia ſubtrahere, vt Papa eſt: nequè qui non vult Papam recognoſcere vt Principem temporalem alicuius Patriæ; non enim recedit à Papa, vt eſt Caput Eccleſiæ, ſed vt eſt Princeps talis loci: neque qui ſe ſubtrahit ab obedientia Epiſcopi, ſeù ſui Prælati, quia non recedit à Capite vniuerſalis Eccleſiæ; nequè ligantur hac cenſura Fautores, Receptatores, & Defenſores Schiſmaticorum, quia de iſtis nihil diſponitur in Bulla Cœnę, ſicut diſponitur de Fautoribus, Defenſoribus, Receptatoribus, & Credentibus Hæreticorum: Incurrunt tamen excommunicationem latam à Paulo V. in Bulla incip. *Cum ex Apoſtolatus officio*, quæ tamen non eſt reſeruata. Ideo &c.

Notandum, quòd de Schiſmaticis Hæreticis hìc non diſponit Bulla, ſed de puris Schiſmaticis non Hæreticis, quia inquit *Duard. quæſt. 56. num. 6.* in eodem Canone excommunicantur Hæretici, qui dicuntur largè Schiſmatici: Ergò nè excommunicatio deindè lata contrà ſchiſmaticos videatur eſſe ſuperflua, dicendum eſt, illam comprehendere eos, qui purè, & ſtrictè ſunt ſchiſmatici, & nullo modo Hæretici: nam pœnalia debent ſtrictè interpretari, ſic *Duardus*: ſed quæſò cur idem *Duardus* hac eadem ratione non eſt vſus, dum egit de Credentibus Hæreticorum? nonnè dantur tales Credentes

Digitized by Google

etiam de Iure ſine errore? nonnè ante Credentes excommunicantur prius Hæretici in eodem Canone? nonnè ita ſuperflua cenſeri poteſt excommunicatio contrà Credentes, ſicùt contrà Schiſmaticos? de vtriſque currit eadem ratio; ergò ſicut valet argumentum pro Schiſmaticis, quòd non excommunicentur, qui ſunt Hæretici, ſed tantùm puri Schiſmatici per particulam Bullæ, *necnon Schiſmaticos*; ita valere debet pro Credentibus Hæreticorum, quòd per illam particulam, *ac eis Credentes*; ſeù *Credentes Hæreticorum*, non excommunicantur Credẽtes erroribus Hæreticorum, ſed puri Credentes Hæreticorum, qui nullo modo ſunt Hæretici, vt ſupra fuit dictum *in Dubio 3.* Ex hac doctrina *Duardi* omnibus communi magis firmatur, quod ſupra fuit reſolutum &c.

D V B I V M IV.
Ex Canone ij.

An poſſit abſoluere Appellantes ab ordinationibus, ſeù mandatis Papæ ad vniuerſale futurum Concilium.

C O N C L V S I O.

Non poteſt Minor Pœnitentiarius abſoluere eos ab excommunicatione Bullæ, qui in præmiſſis caſibus appellauerint à Papa ad præfatum futurum Concilium.

PRob. Huiuſmodi Appellantes à Papa ad Concilium cenſentur Schiſmatici, & vt tales ſunt habendi, vt iubet Iulius II. *in extrauag. ſuſcepti regiminis*, tanquàm Schiſmaticos, & malè de fide ſentientes huiuſmodi haberi. Ergò non habens facultatem ſuprà Schiſmaticos, nec habere poteſt ſupra huiuſmodi Appellantes, qui inducere videntur ſchiſma, & rebellionem in Eccleſia, dùm per appellationem (quæ fit à minori Iudice ad maiorem) falsò iudicant, Concilium generale auctoritatem habere ſupra Papam, & ſic eſſe Iudicem maiorem,

Digitized by Google

rem, cùm ècontra veritas ſe habeat, maiorem ſcilicet eſſe Papam, cùm ab ipſo conſtringi poſſunt Concilia, & ipſe à nullo, & omnia Concilia Romanæ Eccleſiæ auctoritate facta ſint, & robur acceperint; nec Concilium dici poſſit, quod ſine auctoritate Summi Pontificis celebratur, ſed Conciliabulum, ſeù Conuenticulum, *vt in cap. ſignificaſti de elect.* & ibi *Fagnan.* & communitèr Doctores. Igitur ſi Pœnitentiario expreſsè excipitur facultas quò ad Schiſmaticos, etiam quò ad huiuſmodi Appellantes cenſenda eſt expreſsè excepta, licèt verbis ſpecialibus non deſignetur in Tabella, cùm etiam expreſſum dicatur, quod ab expreſſo reſultat *l. ſi ita §. qui Filio ff. de bonor. poſſeſs. ſecund. tab.*, *Rot. par. 2. deciſ. 62. nu. 5. recent. cum alleg.*

Qui verò auxilium, conſilium, vel fauorem dederint ad huiuſmodi appellationem faciendam, contrà quos ſimilitèr fertur excommunicatio in Bulla, vtiquè abſolui poſſunt à Pęnitentiario, cùm reſpectu iſtorum non detur exceptio in Tabella nequè explicita, nequè implicita in ordine ad ſchiſma; & in odioſis non ſit facienda extenſio vltrà verborum proprietatem, & ſignificationem, ſicùt nec præfati excommunicantur in Bulla cum principalibus, niſi & ipſi exprimantur, vt communiter &c. Ponitur etiam conſilium, quia ſic habet *Bulla* 1698.

Hanc excommunicationem incurrunt omnes, & ſinguli cuiuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis fuerint, qui appellauerint ab Ordinationibus, ſeù Mandatis Papæ ad futurum Concilium Generale: Vniuerſitates verò, Capitula, vel Collegia, quæ excommunicari non poſſunt *cap. Romana de ſent. excomm.*, ligantur Interdicto, quotieſcumque eodem modo deliquerint, quod Interdictum perſonale eſt, & ligat omnes de Vniuerſitate, vel Capitulo, etiamſi non omnes, ſed tantummodò maior pars concurrerit ad appellandum, nam factum à maiori parte cenſetur factum à toto Capitulo *cap. cum inter Canonicos de elect.*, quod etiam ſequitur, licèt ipſum Capitulum non appellauerit, ſed tantùm fauorem præſtiterit appellanti, quia vna pars legis aliam declarat, & Papa

Digitized by Google

in Bulla intendit ligare non ſolùm Appellantes,ſed etiam auxilium, vel fauorem præſtantes. Incurrunt omnes, qui appellant ad futurum Concilium non ſolùm à ſententijs, & mandatis particularibus , ſed etiam à Cenſuris , & pœnis communibus: etiam ab ordinationibus ſolùm temporalem Papæ Iuriſdictionem concernentibus , quia lex non diſtinguit *Bonac.*, quamuis ordinationes iniuſtæ eſſent, aut factæ ex ira , quia militat eadem ratio, ob quam Papa hanc pœnam tulit .

Non incurrunt Appellantes à ſententijs, & ordinationibus alicuius Epiſcopi, aut Prælati, etiàmſi Cardinalis ſit,ad futurum Concilium vniuerſale; neque Appellantes à Collegio Cardinalium , Sede vacante , ad futurum Concilium : neque præſtantes auxilium, conſilium , aut fauorem ad reſiſtendum præceptis poſt interpoſitam appellationem : neque eadem facientes in ordine ad appellandum , ſi ignorantèr ſecerint ob ignorantiam probabilem,quæ excuſat à cenſura &c.

D V B I V M V.
Ex Canone vij.

An poſſit abſoluere nunciantes Turcis, & alijs Chriſtiani nominis inimicis, aut Hæreticis pertinentia ad Statum Reipublicæ Chriſtianæ, & Catholicæ Religionis in damnum Chriſtianorum .

C O N C L V S I O.

Non poteſt Pœnitentiarius tales abſoluere ab excommunicatione lata contrà eos in Bulla Cœnæ .

PRob. Nam facultas hæc eſt de expreſsè exceptis in Tabella : conſequentèr caſus iſtorum eſt extrà Iuriſdictionem eidem datam : Vndè defectu Iuriſdictionis non poteſt huiuſmodi delinquentes abſoluere à cenſura contrà eos lata, & per delictum incurſa .

Notandum, Infideles illos cenſeri Chriſtiani nominis hoſtes,

Digitized by Google

ſtes, qui Chriſtianos deteſtantur, quia Chriſtiani ſunt; vnde Chriſtianorum ſemper hoſtes ſunt actu, vel habitu, & hac de cauſa bellum cum eis gerunt, vel geſſerunt, vel animo parati ſunt ad illud gerendum: Vt ſunt Turcæ, Tartari, Mauri, Iudęi habitantes in Terris Infidelium, Apoſtatæ à fide, & ſimiles odio habentes Chriſtianos, vt tales &c.

Nomine verò Hæreticorum hìc non venire illos tantùm, qui ſunt nominatìm excommunicati, ſed etiam Hæreticos quoſcumque notorios, & manifeſtos, quia Canon in hac parte non diſtinguit, & agitur de fauore Religionis.

Notandum etiam per Statum Reipublicæ Chriſtianæ, de quo certiorari non debent præfati hoſtes nominis Chriſtiani, intelligi Statum temporalem, nõ ſolùm totius Chriſtianitatis, ſed etiam cuiuſuis Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, Caſtri, Oppidi, & Communitatis, non autem quòd reſultat in damnum alicuius particularis Perſonæ; ſicut per ſtatum Catholicæ Religionis intelligitur ſtatus alicuius Epiſcopatus, Ciuitatis, & Communitatis in ordine ad conſeruandam, & augmentandam Religionem Catholicam.

Hinc ſequitur, excommunicationem hanc incurrere omnes, & ſingulos, qui per ſe, vel per alios certiores faciunt pręfatos hoſtes, & Hęreticos de rebus concernentibus Statum alicuius Chriſtianæ Reipublicæ in damnum Chriſtianorum, & Religionis Catholicæ in ſenſu præmiſſo; Nam Bulla loquitur per particulam, *omnes*, quæ omnes includit, & nullum excludit; loquens etiam de Principibus expreſsè: Incurrunt nunciantes huiuſmodi, etiamſi ex tali nunciatione nullum damnum ſequatur Chriſtianis, quia in Bulla per ſe, & primò prohibetur nunciatio Infidelibus, aut Hæreticis, & hoc ſiue huiuſmodi ſint in Terris Chriſtianorum, ſiuè in ſuis, ſiuè pacificè cum Chriſtianis viuant, ſiuè non, ſiuè oretenùs fiat, ſiuè per litteras, aut alio quocumque modo, mediatè, aut immediatè, quia Bulla abſolutè, & ſimplicitèr loquitur, & totum diſponit ad fauorem Chriſtianorum, & Catholicæ Religionis, vt ex ipſo Textu Canonis clarè apparet.

Non incurrunt, qui ad præfatos hoſtes litteras, aut Nuncios.

cios miſerunt, ſed ad illos non peruenerunt aliqua ex cauſa, quæcumque illa ſit: nequè ſi talis nunciatio non tendat in perniciem Chriſtianorum, vt ſi quis dictis hoſtibus nunciaret, talem in Pontificem, aut Cardinalem fuiſſe promotum; Principes Chriſtianos concordes viuere, & alia huiuſmodi; An autem incurrat, qui vi tormentorum, aut ob grauem metum tormentorum detegit Infidelibus concernentia Statum Chriſtianæ Reipublicæ in perniciem Chriſtianitatis; alij affirmant, alij negant, vt eſt videre in *Bonac. quæſt.8. punct.4. num.9.*; Pœnitentiarius ſequi tenetur tutiorem iuxtà ſtylum Tribunalis in dubijs, iudicando talem indigere abſolutione, quæ pars tutior, licèt durior videatur, magis tamen fouet Animę, de cuius ſalute agitur in foro conſcientiæ; auxilium, conſilium, aut fauorem præſtantes ad talia præfatis Inimicis nuncianda, etiam incurrunt eamdem cenſuram; iſtos tamen abſoluere poteſt Pœnitentiarius, cùm exceptio poſita in Tabella, de iſtis non loquatur, & in odioſis non ſit facienda extenſio.

DVBIVM VI.
Ex Canone xiij.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere Appellantes à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum ad laicam poteſtatem, aut impedientes executionem, vel impetrationem earumdem litterarum.

CONCLVSIO.

Nullum iſtorum poteſt abſoluere minor Pœnitentiarius ab excommunicatione Bullæ in caſibus publicis; in caſibus verò occultis poteſt eos abſoluere.

PRob. Per actus iſtorum affertur præiudicium libertati Eccleſiaſticæ, dùm violatur auctoritas, & Iuriſdictio Sedis Apoſtolicæ, eidem præferendo laicam poteſtatem per ap-

pel-

pellationem, quæ eſt à minori Iudice ad Superiorem prouocatio *cap. placuit* 2. *q.* 2., non è contrà; aut eam impediendo in ſuis actibus, & deliberationibus, impediẽdo exequutionem, vel impetrationem litterarum Apoſtolicarum: Violatores autem Immunitatis, vel libertatis Eccleſiaſticæ in caſu publico abſolui non poſſunt à Min. Pœnitentiario, cùm huiuſmodi caſus ſit de expreſsè exceptis in Tabella: Igitur nullum ex præfatis abſoluere poteſt in caſu publico.

Notandum, quòd procedit hæc excommunicatio contra appellantes, ſeù recurrentes, etiamſi appellatio non fuerit admiſſa à laica poteſtate, quia Pontifex prohibet appellationem, & recurſum, & non requirit admiſſionem *Bonac. q.* 14. *punct.* 1. *num.* 28.

Etiam notandum, quòd procedit hæc excommunicatio contrà impedientes executionem præfatarum litterarum publica poteſtate, ſeù publicæ poteſtatis auxilio, quia *Textus* ſolùm loquitur in hoc ſenſu, & talis eſt praxis Sac. Pœnitentiariæ; licèt alij putent procedere etiam contrà impedientes ſola poteſtate priuata, vt habet *Theſaur. de pœn. verb. Iuriſdictio cap.* 14. *in fin.* Contrà verò impedientes directè, vel indirectè impetrationem litterarum Apoſtolicarum, procedit contra quoquo modo talia impedimenta præſtantes, ſiuè publica poteſtate, ſiuè priuata, & propria voluntate *Theſaur. ibid. cap.* 13. *& verb. Curia cap.* 5. *cum allegatis.*

Incurrunt ex terminis Bullæ, qui appellant, vel recurrunt ad Curiam Sæcularem à futura executione litterarum Gratiæ, vel Iuſtitiæ, vel quorumcumque decretorum, quæ à Papa, & Sede Apoſtolica, Legatis, Nuncijs, Præſidibus Palatij Papæ, & Auditoribus, & Commiſſarijs Cameræ Apoſtolicæ, alijſque Iudicibus, & Legatis Apoſtolicis emanauerint, & à laica poteſtate, inſtante etiam Fiſci Procuratore, vel Aduocato, appellationes huiuſmodi admitti, ac literas, ſeù Decreta præfata capi, & retineri faciunt.

Item, qui præfatas litteras, ſeù Decreta, ideſt citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, proceſſus, executoriales, & alia decreta impediunt, vel prohibent executioni mandari

ri ſimplicitèr, vel niſi cum ſuo beneplacito, vel examine; aut prohibent, ſeù impediunt Notarios ſuper tali executione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius intereſt, tradi; Item qui partes, ſeù eorum agentes, conſanguineos, affines, familiares, Notarios, exequtores, ſubexecutores litterarum, & Decretorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, vel detinent, aut à Ciuitatibus, Locis, aut Regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, vel comminantur per ſe, vel per alios publicè, vel occultè. Item qui quibuſcumque perſonis in genere, vel in ſpecie præſumunt directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, mandare, nè pro negotijs proſequendis, ſeù gratijs, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedant, ſeù recurſum habeant, ſeù gratias ipſas, vel litteras à Sede Apoſtolica impetrent, ſeù impetratis vtantur, & qui eas apud ſe, aut Notarios, aut aliàs quomodolibet retinere præſumunt. Omnes inquam tàm Sęculares, quàm Eccleſiaſtici cuiuſcumque ſint dignitatis, qui aliquam ex dictis actionibus vetitis fecerint, excommunicationem hanc incurrunt.

An autem ob iuſtam cauſam, vt ad propulſandam iniuriam certò cognitam, & quæ alia via repelli non poteſt, poſſit quis habere recurſum ad Laicam poteſtatem, & eius auxilium implorare ad hoc, vt Iudex Eccleſiaſticus acceptet appellationem iuſtè factam, ſed reiectam: Negat abſolutè *Bonac. diſp.* 1. *q.* 14. *punct.* 1. *num.* 1. eò quia quælibet appellatio ad Laicam poteſtatem ſemper vana, & nullius momenti eſt, vtpotè facta ad Iudicem non ſuperiorem: ſed probabilitèr oppoſitum ſubſtinent *Sayr. lib.* 3., *Theſaur. cap.* 17. *num.* 3., *& Caſtropal. de Cenſur. diſp.* 3. *punct.* 14. *num.* 8.: Tùm quia in Canone ſola appellatio friuola prohibetur: Tùm quia non eſt veriſimile, Pontificem velle iniuriantem ſuis armis protegere, & ſe defendentem punire, & alijs de cauſis ibidem allatis: Et huic ſententiæ fauere videtur *Canon. xiv.* ſubſequens, in quo Cenſura non ligantur ſic impedientes, vt ſupplicent, ſi coram Papa ſupplicatio legitimè proſequatur.

Digitized by Google

DVBIVM VII.
Ex Canone xiv.

An poſſit abſoluere eos, qui auctoritate propria, & de facto prætextu Priuilegij Apoſtolici auocant Cauſas Spirituales, vel Spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commiſſarijs Sedis Apoſtolicæ, & illarum curſum impediunt, ac vt Iudices in earum cognitione ſe interponunt.

CONCLVSIO.

Neque iſtos poteſt abſoluere Pœnitentiarius ab excommunicatione Bullæ in caſibus publicis.

PRob. Quæ prohibet Pontifex in hoc Canone, omnia diſponit in fauorem libertatis Eccleſiaſticæ; actiones enim hic prohibitæ tendunt ad protegendum Iudices Apoſtolicos, nè eorum Immunitas violetur per actiones, quæ in ipſo Canone prohibentur. Reſtricta autem, & expreſsè excepta reperitur facultas Pœnitentiarij in Tabella, cùm agitur de violatione libertatis Eccleſiaſticæ in caſibus publicis; Ergò incurrentes hanc excommunicationem ab ipſo abſolui non poſſunt tanquàm violatores dictæ libertatis in caſibus publicis.

Incurrunt, qui per ſe, vel alios beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas ab Auditoribus, vel Commiſſarijs Apoſtolicæ Sedis, alijſque Iudicibus Eccleſiaſticis auocant, illarumque curſum, ac Perſonas, & Vniuerſitates dictas cauſas proſequi volentes, impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquàm Iudices interponunt; etiamſi talia facientes ſint Præſides, Cancellarij, aut Conſiliarij quorumcumque Principum, etiam Regum, & Imperatorum, vt ex Textu Bullæ.

Digitized by Google

Notandum, hanc excommunicationem procedere non ſolum contra turbantes modis prædictis Iuriſdictionem Iudicum Sedis Apoſtolicæ, ſed etiam cuiuſcumque Iudicis Eccleſiaſtici ſecundùm tutiorem per illam particulam Canonis *Aliijſque Iudicibus Eccleſiaſticis*, *Filiuc. tract.* 16. *num.* 250. dummodò talia faciant auctoritate publica Laicali, non Eccleſiaſtica *Sayr. cap.* 18. *num.* 2., & hoc etiamſi talis auocatio non fiat prætextu litterarum Apoſtolicarum, ſed tantùm auctoritatiuè *Duard. hic quæſt.* 3. *num.* 1. Imò etiam ſolum conſilium, fauorem, aut aſſenſum præſtantes hanc excommunicationem incurrunt, vt ex ipſo met Textu Canonis apparet.

Item incurrunt, qui partes actrices, quæ dictas cauſas Iudicibus Eccleſiaſticis committi fecerunt, vel committi faciunt; compellunt ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum, eos contra quos tales Inhibitiones emanarunt, à Cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui per ſtatutum, vel alias; etiamſi prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeù etiam donec ipſi ad Summum Pontificem informandum (vt dicunt) ſupplicauerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi coram eodem Pontifice, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur.

Notandum etiam hic, excommunicationem procedere in fauorem Iuriſdictionis cuiuſcumque Iudicis Eccleſiaſtici, vt ſupra: Et tunc procedere contra principales delinquentes, ſeù impedientes, quando talia faciunt auctoritatiuè, ideſt ſua publica poteſtate Laicali; non autem ſi Iuriſdictio Eccleſiaſtica ſit, aut priuata, quia Bulla ſolùm loquitur contra Laicos officiales *Filiuc. tract.* 16. *num.* 245. *cum communi*. Quo verò ad cooperantes per fauorem, conſilium, & aſſenſum ſecundùm tutiorem procedit, ſiuè auctoritate publica, ſiuè priuata talia faciant pro tali impeditione *Duard. hic quæſt.* 13. *nu.* 10., *Theſaur. de pœn. verb. Iuriſdictio cap.* 14. *& ſic.*

Non incurrunt, qui Priuilegium Summi Pontificis legitimè conceſſum habent auocandi dictas cauſas, vel illarum curſum impediendi. Nequè impedientes executionem talium littera-

rum,

rum, dummodò id faciant prætextu informandi, aut ſupplicationem exhibendi Summo Pontifici, modò tamen ſupplicationem coram Sede Apoſtolica legitimè proſequantur, vt ex verbis *Textus*, & ex *Bonac. quæſt.15. punct.*4. §.2.*num.*1.

DVBIVM VIII.
Ex Canone xj.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere offendentes S.R.E. Cardinales, & alios Prælatos ab excommunicatione lata in Bulla Cœnæ.

CONCLVSIO.

Offendentes Eccleſiam in ſuis membris principalibus, ſicuti ſunt Cardinales, & alij Prælati in Canone expreſſi, abſolui non poſſunt à Pœnitentiario paucis exceptis.

PRob. Facultas neceſſaria ad abſoluendum hos ſacrilegos expreſsè eidem excipitur in Tabella, & conſequentèr ſic offendentes non continentur ſub Iuriſdictione Pœnitentiarij; Ergò nequè abſolui poſſunt ab eodem, & nullitèr ageret, ſi dictos abſolueret defectu Iuriſdictionis, qui eſt defectus omnium maximus, quò ad annullationem actus, vt Doctores paſſim.

Contra quas Perſonas, & ob quas actiones ſit lata à Pontifice præſens excommunicatio ex ipſa littera Canonis clarè apparet; Nam Pontifex excommunicat omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtilitèr inſequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à ſuis Diœceſibus, Territorijs, Terris, ſeù Dominijs eijcientes, necnon ea mandantes, vel rata habentes, ſeù præſtantes in eis auxilium, conſilium, vel fauorem.

Vbi notanda eſt dictio *Omnes*, quæ vniuerſalis eſt, & nullum excipit *cap. Romanorum diſt.* 19., conſequenter includit omnes perſonas cuiuſcumque ſexus, conditionis, ſtatus, & gradus exiſtant; niſi fortè priuilegio excipiantur, aut peculiari nota digni ſint *Bonac. hìc punct.* 3. *num.* 1. Similitèr notandum, quòd non omnes Eccleſiaſtici etiam in Dignitate aliqua conſtituti gaudent priuilegio huius Canonis, ſed tantùm Perſonæ, quæ à Pontifice nominantur, & exprimuntur in eodem Canone; Vndè Abbates, & alij Prælati Eccleſiaſtici hoc priuilegio non gaudent, cum inter expreſſos non computentur; & qui aliquem iſtorum offenderet, hanc excommunicationem non incurreret, ſed aliam alterius Canonis *Si quis ſuadente Diabolo* 17. *quæſt.* 4., ex quo patet differentia inter hos duos Canones.

Incurrit quicumque aliquam actionem hìc vetitam contra aliquem ex præfatis Prælatis hìc priuilegiatis commiſerit; Etiamſi offendens, mandans, ratum habens, ſeù auxilium, conſilium, vel fauorem præſtans, aut aliud hìc prohibitum faciens ſit de priuilegiatis in hoc eodem Canone, quia priuilegium ipſi conceditur, nè ab alijs offendatur, non vt impunè alium offendere valeat.

Non incurrit qui per ignorantiam probabilem Iuris, vel facti aliquem ex dictis offenderit; vt qui percuſſerit Cardinalem, vel Epiſcopum ignorans probabilitèr hanc diſpoſitionem; aut dum noctu incedit, vel mutato habitu, ignorans qualitatem Perſonæ: neque qui iuſtam cauſam habuerit offendendi: neque ad ſui, ſuorumque, aut pudicitiæ defenſionem cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ: neque qui mandat, conſulit, fauet, aut auxilium præſtat ad talem offenſionem, effectu non ſecuto, quia verba abſolutè prolata intelligenda ſunt cum effectu *cap. relatum de Cleric. non reſid.* maximè cùm iſti non excommunicentur principalitèr, ſed acceſſoriè tantùm *Bonac. hìc punct.* 3. *num.* 10.

Dictum eſt in concluſione paucis exceptis, quia ſtando in rigore exceptionis factæ Pœnitentiario in Tabella, vulnerantes, percutientes, capientes, & conſulentes non leguntur excepti;

Digitized by Google

cepti; conſequentèr facultas quo ad iſtos cenſenda eſt conceſſa in generali ſupra omnes caſus Bullæ Cœnæ, iuxtà regulam, quòd iuriſdictione conceſſa cum reſeruatione quorumdam caſuum, cœtera omnia præter reſeruata conceſſa cenſentur *Rot. par.* 4. *deciſ.* 497. *num.* 2. *rec.*

DVBIVM IX.
Ex Canone xv. & ſeqq.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere eos, qui in aliquo violauerint libertatem Eccleſiaſticam.

CONCLVSIO.

Violatores libertatis Eccleſiaſticæ abſoluere non poteſt Pœnitentiarius in caſu publico, ſecùs in occulto.

PRob. Solus caſus publicus violatæ libertatis Eccleſiaſticæ excipitur eidem Pœnitentiario in Tabella; Ergò Violatores dictæ libertatis per actum publicum dumtaxàt abſoluere non poteſt vigore exceptionis præmiſſæ; & alitèr ſentiendum eſt, quoties caſus non fuerit publicus, ſed occultus; exceptio enim vt odioſa ſtrictè eſt intelligenda, vt communitèr Doctores.

Verùm quia multis, & diuerſis modis violari poteſt libertas Eccleſiaſtica, & per varios, & diſtinctos Canones Bullæ Cœnæ excommunicantur eiuſdem Violatores, aliqua ex omnibus breuitèr proponentur, ex quibus facilè elici poterit, quid prohibeatur, aut inter prohibita non computetur &c.

§. I.

Trahentes Perſonas Eccleſiaſticas ad Tribunalia Laica.

IN Canone igitur *xv.* excommunicat Pontifex primò Iudices Sæculares, qui Eccleſiaſticas Perſonas trahunt ad ſua

Tri-

Tribunalia, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè præter Iuris Canonici diſpoſitionem; & hanc excommunicationem incurrunt, qui quouis quæſito colore ad ſua Tribunalia trahunt Capitula, Conuentus, & Collegia Eccleſiaſtica, aut Perſonam aliquam, quæ priuilegio fori gaudeat, ſiuè Sæcularis ſit, ſiuè Regularis, ſiuè in Sacris Ordinibus, ſiuè in minoribus tantùm conſtituta, aut præcipuo aliquo modo ad ſeruiendum Deo dicata; & locum habet tàm ob cauſam criminalem, quàm ciuilem, tàm ob debitum, aut delictum contractum ante Clericatum, aut Religionis ingreſſum, quàm poſt, & etiam ſi in fragranti crimine depræhendatur; nam ſtatim ac quis venit nomine Perſonæ Eccleſiaſticæ, priuilegium habet, vt tantùm coram Eccleſiaſtico Iudice conueniatur *cap. Si diligenti de for. compet.*

Non incurrunt, qui priuata poteſtate, & non publica auctoritate Clericum coram Iudice laico trahunt; nequè qui de licentia Romani Pontificis idem faciunt; nequè qui Clericum ad ſuum Tribunal trahit, quem Clericum eſſe probabilitèr ignorat, modò ſtatìm Clericum dimittat cognita eius qualitate Clericatus; nequè qui hoc faciunt in caſibus à Iure Canonico permiſſis, vt in cauſa Feudi Laici, & in alijs caſibus, quibus Perſonæ Eccleſiaſticæ amiſere priuilegium fori; nequè qui Clericum patrantem, aut illicitè incedentem ad patrandum graue delictum capere faciunt, nè fugam arripiat, & vt Iudici Eccleſiaſtico conſignent *Bonac. punct.* 4. *num.* 24., & idem de ſimilibus.

§. II.

Facientes Statuta, & Ordinationes contra libertatem Eccleſiaſticam.

IN eodem Canone *xv.* excommunicat etiam Pontifex facientes Statuta, Ordinationes, Conſtitutiones, Pragmaticas, ſeù quæuis alia decreta in genere, vel in ſpecie ex quauis cauſa, & quouis colore, etiam prætextu cuiuſuis conſuetu-

tudinis, aut priuilegij, & ea quomodolibet ordinantes, publicantes; vel factis, & publicatis vtentes, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, aut in aliquo læditur, vel deprimitur, aùt aliàs quouis modo reſtringitur, ſeù Summi Pontificis, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & quarumcumque Eccleſiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè prę- iudicatur: de quibus omnibus idem cenſendum eſt, quod dictum eſt ſupra de alijs Violatoribus libertatis Eccleſiaſticæ, nempè non poſſe abſolui à Min. Pœnitentiario in caſibus publicis, cùm expreſsè hoc eidem ſit exceptum. Vt autem faciliùs percipiatur quid ſit propriè facere aliquid contra libertatem Eccleſiaſticam, vt ex tali actu inferri poſſit aliquem incurrere hanc excommunicationem, videtur hoc melius ſignificari non poſſe, quam dicendo cùm *Vgolino, & alijs*, tùnc fieri aliquid primò, & per ſe contra libertatem Eccleſiaſticam, vbi Eccleſiaſticæ Perſonæ impediuntur, & Eccleſiæ, quòminùs vtantur priuilegijs tàm à Deo, quàm ab homine generalitèr ipſis condonatis; nam ſi libertas Eccleſiaſtica aliud non eſt, niſi quoddam Ius inhærens generatim Eccleſijs, & Eccleſiaſticis Perſonis, vtendi priuilegijs ipſis à Deo, aut ab homine conceſſis tàm quo ad ſe, quàm quo ad res ſuas, quatenùs talia ſunt, vt ſolet deſcribi; ſequitur contra libertatem Eccleſiaſticam tunc aliquid fieri, quotiès contra præfata priuilegia aliquid fit, vt ex præſenti *Textu* etiam deducitur; intantùm enim per Statuta, & Decreta à laica poteſtate facta violatur libertas Eccleſiaſtica, inquantùm per ipſa præiudicatur Iuribus, & Priuilegijs, Eccleſijs, & Eccleſiaſticis conceſſis tàm per *cap. Eccleſia de Conſtit.*, quàm per *cap. Grauem de ſent. excom.*, & per alia multa in Iure Canonico expreſſa. Hoc ſuppoſito.

Incurrunt quilibet Superiores laica poteſtate fulgentes, qui Statutum, vel legem aliquam generalem, quocumque nomine appelletur, fecerint contra Eccleſiaſticam libertatem, ſi eam publicauerint, etiam ante illius executionem: Item qui fieri ordinauerint, & in formam Statuti redegerint poſt publicationem, quia ante publicationem vim legis non habent

bent *Bonac.* Item Præcones, & Miniſtri inferiores, qui de mandato Superiorum Statutum publicant ſecundùm probabiliorem, niſi probabilis ignorantia Iuris eos excuſet; Item qui eius obſeruantiam exigit in iudicando, aut in aliquo Officio exercendo: Item omnes Curiæ Officiales, qui tali Statuto vtuntur, nàm auctoritatiuè,& publica auctoritate operantur; & hoc quamuis tale Statutum ſit tantùm contrà Iura, ſeù priuilegia particularia alicuius Eccleſiæ, & in eo caſu non ſit contrà Eccleſiaſticam libertatem, nec contineatur *in cap. nouerit de ſent. excomm.* cum Iuribus Eccleſiarum præiudicet, vt in Bulla dicitur *Theſaur. de pœn. verb. Leges cap.2.*, *Bonac. num.40.*, *& alij.*

Non incurrunt, qui de licentia Summi Pontificis cum cauſa hoc faciunt: nequè qui Statutum factum non promulgarunt, nam antè promulgationem nec obligat, nec operatur: nequè vbi interuenit ignorantia probabilis, quòd tale Statutum ſit contrà libertatem Eccleſiaſticam: nequè qui facto ipſo, non rationè, aut vigore Statuti; neque qui auctoritate priuata Eccleſiaſticam libertatem violauerint, hanc excommunicationem incurrunt, quia non poſſunt dici vten tes Statuto iuxtà Bullæ intentionem, aliam tamen incurrunt latam *in cap. quamquam de Cenſib. in 6.*, *& in cap. Clericis de Immunit. Eccleſ. in 6.*, vt habet *Theſaur. de pœn. verb. Immunitas cap.4.*; quæ autem Statuta aduerſentur libertati præfatæ, videri poſſunt in *Bonac. hìc quæſt. 16. ſect.2. punct.2.*

§. III.

Quid prohibeatur in Canone xvi. Bullæ Cœnæ.

EXcommunicat Pontifex in hoc Canone omnes, qui Archiepiſcopos, alioſque Superiores, & Inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcumque Iudices Ordinarios quomodolibet hac de cauſa directè, vel indirectè carcerando, vel moleſtando eorum Agentes, Procuratores, Familiares, Conſanguineos, vel Affines impediunt, quaminùs ſua Iuriſdictione

ne Eccleſiaſtica vtantur, ſecundùm quod Canones, & Sacræ Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, Decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt.

Etiam hæc excommunicatio afficit omnes, tàm Ecclèſiaſticos, quàm Sæculares cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtant; nàm Textus abſolutè loquitur *quomodocumque præfatos iniuſtè impediant, nè ſua iuriſdictione liberè vtantur*; dummodò iniuſtè auctoritate Laicali hoc faciant. Sic:

Incurrunt, qui vi, vel metu in Eccleſiaſticum Iudicem, vel in ipſos, vel in ſua bona prohibet, nè Iudex faciat ea, quæ ad ipſius Iuriſdictionem ſpectant; vel nè facta exequantur, vel vt exequuta reuocentur: Item qui Epiſcopos impediunt etiam in caſibus à Tridentino illis conceſſis tanquàm Sedis Apoſtolicæ delegatis: Etiam eos impedientes in ijs, quæ ad viſitationem, & morum correctionem ſubditorum ſuorum concernunt: Etiam impedientes, nè citatio fiat, vel ſequeſtrum, aut nè pignus accipiatur: Et non ſolùm impedientes, ſed etiam mandantes, & ad id auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem dantes, vigore dictionis *quomodolibèt*, & verborum Canonis in fine poſitorum.

Non incurrit, ſicut nec peccat, qui iuſtè aliquem ex præfatis impedit: neque qui precibus, & donis pariter aliquem impedit: neque ſi non ſequatur effectus ab eo, qui impedire tentat, prætenſus; quia delictum non conſummatum re ipſâ non impedit, *Bonacc. num.*21.: Neque ſi Iudex Eccleſiaſticus impediatur in iuriſdictione prophana, aut auctoritate priuata, & non publica; quia de Eccleſiaſtica, & publica diſponit Bulla, aliter tamen aliqui ſentiunt de auctoritate priuata: neque tandem, qui impedit Iudicem delegatum, cum tantùm de Ordinarijs loquatur in Canone præſenti.

§. IV.

Recurrentes à Iudicibus Eccleſiaſticis ad Laicam poteſtatem.

Similiter excommunicat Pontifex in hoc Canone eos, qui poſt Ordinariorum, aut ab eis Delegatorum ſententias,

& decreta, aut alias fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & Curias Sæculares recurrunt, & ab illis inhibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinarijs, aut Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant: & qui decernunt, & exequuntur, seù dant auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem &c.

Notanda eſt hìc differentia inter primam partem huius Canonis, & hanc ſecundam; Nàm in prima dum loquitur de impedientibus Iuriſdictionem, ſolùm loquitur de Iudicibus Ordinarijs: In hac verò ſecunda parte diſponens de recurrentibus ad Laicam poteſtatem diſponit, ſiuè recurrant contra Eccleſiaſticos Iudices ordinarios, ſiuè delegatos, vt ex ipſo Textu patet. Hoc prænotato.

Incurrunt hanc Cenſuram, qui ad effectum impediendi Iudicem Eccleſiaſticum recurrunt ad Laicum poſt Eccleſiaſtici Iudicis ſententias, & decreta ſecundùm probabiliorem: Item etiamſi poſt recurſum factum nihil contra Eccleſiaſticum Iudicem obtinuerint, vel obtentum executioni non mandauerint adhùc ſecundùm probabiliorem: Item procurantes talia mandata, & inhibitiones à Laica poteſtate: aut curantes, vt executioni mandentur: Item Satellites, alijque Miniſtri Iuſtitiæ, qui talia mandata exequuntur, niſi fortè metu grauis incommodi, vel probabilis ignorantiæ titulo excuſentur: Item dantes auxilium, conſilium, patrocinium, aut fauorem ad ſupradictas actiones hìc prohibitas, vt tradendo pecunias recurrenti, Iudici Laico dandas pro inhibitione obtinenda, aut inhibitionem ipſam ſcribendo, quod eſt auxilium præſtare: aut inſtando iniuſtè rationibus, & iuribus apud ipſum Iudicem ſæcularem pro recurrente, vt prohibitionem, vel mandatum ferat contra Eccleſiaſticum, vel ad eadem exequenda, quod eſt patrocinium ſumere: aut quouis modo fauendo, & conſulendo pro talibus mandatis habendis: qui omnes incurrunt, effectu tamen prætenſo ſequuto, cùm acceſſoriè tantùm excommunicentur. *Bonac. num.* 37.

Ex

§. V.

Ex Canone xvij. *Bullæ Cœnæ.*

Vſurpantes fructus, & prouentus Eccleſiarum, & eos ſequeſtrantes.

IN Canone xvij. excommunicat Pontifex omnes, qui Iuriſdictiones, fructus, redditus, vel prouentus ad Papam, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcumque Eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, vſurpant, vel etiam quauis occaſione, vel cauſa ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrant.

Notandum, quòd hæc Cenſura procedit contra omnes vſurpantes vſurpatione propriè dicta, ideſt qui dictos fructus ſibi arrogant, tanquàm auctoritatem ad ipſos haberent, & iure proprio vterentur *Bonacc.*, *Vgolin.*, *& alij communiter*, & procedit contra omnes, ſiuè publica, ſiuè priuata poteſtate id faciant, ſiuè Laici ſint, ſiuè Eccleſiaſtici ſecundùm veriorem *Sayr.*, *Vgolin. cum alijs*, quod idem affirmat *Bonaccin. de ſequeſtrantibus*, ſiuè Iudices Sæculares ſint, ſiuè Eccleſiaſtici, dummodò iniuſtè agant, quod tamen alij negant de Iudice Eccleſiaſtico.

Incurrunt omnes, qui iuriſdictionem quamcumque alicuius Eccleſiæ ſibi vſurpant, ſiuè Eccleſiaſtici ſint, ſiuè Sæculares, ſiuè Temporalis, aut Spiritualis ſit iuriſdictio; quia Canon non diſtinguit, ſed loquitur ſimpliciter de Iuriſdictionibus: Item incurrunt Vſurpantes fructus, redditus, & prouentus alicuius Eccleſiæ, quicumque ſint illi fructus, vel induſtriales, vel naturales, vel mixti, nàm Bulla indiſtinctè loquitur, & indiſtinctè debet intelligi; quod ſimiliter debet intelligi de fructibus, & prouentibus ad quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas pertinentibus, vt ex Textu ipſo Bullæ apparet, ſi eiſ-

dem competant ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel Beneficiorum Eccleſiaſticorum.

Item incurrunt Sequeſtrantes præfatos fructus ſine legitima licentia, ſiuè ſequeſtrans ſit Iudex ordinarius, ſiuè Delegatus, ſiuè ſit Laicus, ſiuè Eccleſiaſticus, qui facultatem ſequeſtrandi non habeat, *Bonacc.punct.3.num.7.*, & hoc quacumque occaſione, vel cauſa ſequeſtrent, etiam ſi id agerent ad reprimendam iniuſtam vſurpationem Eccleſiaſticorum. Nomine autem Sequeſtrantium veniunt Iudex, ſeù Magiſtratus decernens ſequeſtrationem, & exequutor talis decreti, quia iſti propriè dicuntur ſequeſtrare, *Theſaur. de pœn. verb. Sequeſtrantes cap.*1.

Non incurrunt hanc Cenſuram Fures, Latrones, & Milites, qui fructus Eccleſiaſticorum furantur, aut rapiunt; quia illos non vſurpant in ſenſu Bullæ: neque qui vſurpant fructus bonorum patrimonialium, aut aliorum, quæ Beneficiarius emit nomine proprio, etiamſi illa emerit ex fructibus Beneficij, quia non ſunt fructus debiti ratione Eccleſiæ, vel Beneficij, de quibus tantùm hìc diſponit Pontifex, non de alijs, nàm incluſio vnius eſt excluſio alterius, *cap. Nonnè de præſumpt.*

Neque conſulens, vel procurans, aut inſtans, vt talium bonorum fiat ſequeſtratio, quia in Canone ſolùm Sequeſtrantes exprimuntur, & ſumus in odioſis; neque quando ſequeſtratio eſt voluntaria, ſeù de conſenſu partium, nàm hìc tantùm agitur de ſequeſtratione neceſſaria, quæ fit iuſſu Iudicis, dùm Pontifex requirit licentiam, vt legitimè fiat ſequeſtratio à non habente facultatem, quæ non requiritur ad ſequeſtrum voluntarium faciendum; neque quando fit ſequeſtratio de expreſſa licentia Romani Pontificis, vel alterius ad id facultatem habentis, quales ſunt Epiſcopi, eorum Vicarij, Legati Sedis Apoſtolicæ, vel Nuncij, qui & ſequeſtrandi facultatem habent.

Ex

Digitized by Google

§. VI.

Ex Canone xviij. *Bullæ Cœnæ*.

Imponentes Decimas, & alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſijs, Monaſterijs, aut eorum fructibus, ac talia onera Exigentes.

EXcommunicat Pontifex in dicto Canone omnes imponentes collectas, decimas, taleas, præſtantias, vel alia onera Perſonis, aut bonis Eccleſiaſticis, aut ipſorum Eccleſiaſticorum ſine ſpeciali, & expreſſa Papæ licentia; & eos, qui talia onera exigunt quocumque modo, vel colore, aut ea ſic malè impoſita à ſpontè dantibus, & concedentibus recipiunt; & eos, qui talia per ſe, vel per alios directè, vel indirectè facere, exequi, vel procurare, vel in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcumque ſint conditionis, etiam Imperatores, & Epiſcopi; innouans Cenſuras, & pœnas per Concilia generalia latas.

Incurrunt hanc Cenſuram omnes, nemine excepto, ſiuè Sæcularis ſit, ſiuè Eccleſiaſticus, qui perſonis Eccleſiaſticis onera imponunt, quocumque nomine nominentur talia onera, & quæcumque Perſonæ Eccleſiaſticæ ſint illæ, ſiuè ſimplices Clerici, ſiuè in Dignitate conſtituti, ſiuè Religioſi cuiuſcumque Ordinis, ſiuè etiam Equites, qui aliquam Religionem ſunt profeſſi. Incurrunt Imponentes præfata onera ſuper bonis, aut fructibus, & prouentibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum, aut ſuper bonis patrimonialibus, vel aliundè quæſitis Perſonarum Eccleſiaſticarum. Item incurrunt prædicta onera exigentes ab Eccleſiaſticis, etiam à ſpontè dantibus; idque exequi mandantes, procurantes directè, vel indirectè, ac ipſi Exequtores, & auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, tàm ad prædicta onera imponenda, quàm ad eadem exigenda.

Non incurrunt qui de ſpeciali, & expreſſa licentia Roma-

Digitized by Google

mi Pontificis talia onera Eccleſiaſticis imponunt, vt ex Textu Bullæ: neque qui hæc ijs imponunt, qui priuilegia Eccleſiaſtica amiſerunt, nam ceſſante cauſa priuilegij ceſſat priuilegium: neque qui hæc imponunt Clericis coniugatis, quia non gaudent hac immunitate: neque qui hæc imponunt bonis,quæ deſinunt eſſe bona Clericorum, nàm res, ſeù bona gaudent hoc priuilegio ob Perſonę qualitatẽ: neque qui hæc imponunt bonis,quæ prius erãt obnoxia tributis, antequàm acquirerentur ab Eccleſiaſticis;quia res tranſit cum onere ſuo:neque hæc imponentes Clericis, qui habitum, & tonſuram non deferunt non habentes Sacros Ordines, nec Beneficium, nec ſeruientes in Diuinis iuxta *Trid. ſeſs. 23. de reform. cap. 6.*: neque fures, & latrones capientes Clericos, & pro eorum redemptione taleas imponentes, hanc Cenſuram incurrunt: an autem exigentes talia onera ab Eccleſiaſticis, licèt eiſdem non fuerint impoſita, incurrant hanc Cenſuram, negant aliqui, alij probabiliùs affirmant; tutiorem, & magis fauentem Animæ ſententiam tenetur ſequi Pœnitentiarius iuxta ſtylum Sac. Pœnitentiariæ.

§. VII.

Ex Canone xix. *Bullæ Cœnæ.*

EXcommunicat Pontifex in hoc Canone omnes Iudices, & Officiales, ſeù Notarios, Scribas, Exequutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeù ſententias contra illos proferendo, vel exequendo ſine ſpeciali, ſeù expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ: Item eos, qui licentiam huiuſmodi ad caſus non expreſſos extendunt, vel aliàs ea perperàm abutuntur, etiam ſi tales fuerint Conſiliarij, Senatores, Præſides, Cancellarij, aut aliter nuncupati.

Incurrunt omnes, qui interponunt ſe in cauſis capitalibus, aut criminalibus contra Perſonas Eccleſiaſticas, quæcumque cauſæ capitales ſint, ſiuè naturaliter, cùm agitur de pœna mor-

mortis, aut membri mutilatione, ſiuè ciuiliter, cùm agitur de amiſſione Ciuitatis mediante pœna exilij, triremium, & banni, quibus modis capitis diminutionem quis patitur, vt habetur in *Inſtit. de capit. dimin.*; & quæcumque criminales ſint, in quibus agitur de pœna infligenda criminaliter, & ſpectant ad Iudicem criminalem, vt Iuſtitiæ vendicatiuæ ſatisfiat &c.

Hinc incurrunt, qui præfatos capiunt, detinent, cuſtodiunt, nè fugiant; examinant, & contra ipſos proceſſum fabricant, ſententiam proferunt, aut exequuntur, vel quocumque modo procedunt; ſiuè ſint Clerici ſæculares, ſiuè Regulares, contra quos proceditur; ſiuè Nouitij, vel prima Tonſura tantùm initiati; nàm & hi Clerici ſunt, & priuilegio fori gaudent, modò ſeruent Decreta *Trid. ſeſs. 25. cap. 6. de reform.*, quæ Cenſura incurritur ob quamlibet actionem in hoc Canone vetitam; licèt ſententia non feratur, aut lata non exequatur, *Bonacc.*, *Vgolin.*, *& alij*: Incurrunt etiam habentes facultatem à Sede Apoſtolica ad faciendas prædictas actiones contra Eccleſiaſticos, qui ipſa abutuntur, talem facultatem extendendo ad Perſonas, & cauſas in ipſa non expreſſas; nam ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa debet eſſe licentia, vt ex Bulla.

Non incurrunt, qui de expreſſa Apoſtolicæ Sedis licentia in his cauſis ſe interponunt: neque hanc Cenſuram incurrunt, qui in cauſis ciuilibus, & non criminalibus procedunt: neque qui Eccleſiaſticam perſonam eſſe ignorant: neque qui capiunt, aut proceſſant Clericum degradatum, & Curiæ Sæculari traditum, aut perpetuò diffidatum, & bannitum, aut bigamum, aut qui primam tonſuram tantùm habet, & non ſeruat Decreta Tridentini ſupracitati, aut aliquo alio modo amiſit priuilegium fori, nam de his non loquitur Bulla: neque qui capit, vel capi mandat Clericum debitorem fugientem, vel fugam parantem, aut volentem alteri iniuriam inferre, aut ſua, vel aliena bona aſportantem, modò maiorem vim non inferat, quàm opus ſit, & Clericum detineat animo illum tradendi Iudici Eccleſiaſtico, in quo etiam caſu, nec

incur-

incurrit Cenſuram Canonis, *ſi quis ſuadente Diabolo*; Alia videri poſſunt in Doctoribus de hoc tractantibus.

§. VIII.

Ex Canone xx., & Vltimo *Bullæ Cœnæ*.

EXcommunicat Pontifex in hoc Canone omnes illos, qui per ſe, ſeù alios directè, vel indirectè ſub quocumque titulo, vel colore, inuadere, deſtruere, occupare, aut detinere præſumunt Ciuitates, Terras, Loca, vel Iura ad Romanam Eccleſiam pertinentia, eique mediatè, vel immediatè ſubiecta, vel ſupremam Iuriſdictionem in illis locis eidem Eccleſiæ Romanæ competentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexare præſumunt: Et extenditur excommunicatio hæc contra adhærentes, fautores, ac defenſores eorum, vel auxilium, conſilium, fauoremuè quomodolibet præſtantes.

Incurrunt hanc Cenſuram omnes, & ſinguli tàm Eccleſiaſtici, quàm Sæculares cuiuſcumque ſtatus, & conditionis exiſtant, qui aliquam ex actionibus in hoc Canone prohibitis iniuſtè facere præſumpſerint; quia Papa generaliter, & indiſtinctè loquitur, nec quemquam excipit, & conſequenter generaliter eſt intelligendus.

Sic inuadens, occupans, detinens, vel deſtruens Ciuitates, vel loca Romanæ Eccleſiæ immediatè, vel mediatè ſubiecta, ſiuè per ſe hoc faciat, ſiuè per Milites, ſiuè directè mittendo Exercitium, ſiuè indirectè ſuadendo, & ſubornando homines, vt ſe illi dedant ab Eccleſia recedentes, incurrunt tàm ipſe mittens, quàm miſſi ab eo, vt ex terminis ipſius Textus patet.

Incurrunt ſimiliter de facto vſurpantes, detinentes, vexantes, aut perturbantes ſupremam Iuriſdictionem temporalem, quam habet Papa in Terris Eccleſiæ; qui enim nullum ius in illis locis habent, ſi quid iuris ſibi vſurpant, Eccleſiam offendunt, & in hanc pœnam incidunt; ſicut & habentes vtile dominium

Digitized by Google

minium tantùm, ſi directum vſurpare præſumant: dictum eſt iuriſdictionem temporalem, quia de ſpirituali ſufficienter prouidit Pontifex in præcedentibus diſpoſitionibus huius Bullæ Cœnæ.

Item incurrunt adhærentes, fautores, & defenſores prædictorum, ſeù illis auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes, vt qui equos, arma, milites, victualia, opes, pecunias, aut res alias præbent, aut conſulunt, ſuadent, hortantur, aut tranſitum per ſua loca concedunt ad faciendam aliquam actionem principaliter prohibitam in iſto Canone; quia iſti non ſolùm adhęrentes, verùm etiam ſequaces, & fautores vocantur; Actio tamen aliqua primò, & principaliter prohibita ſequi debet ad has actiones ſecundariò, & acceſſoriè tantùm vetitas, ad hoc vt Cenſura incurratur, *Bonacc. cum allegat.*: multiplicantur verò excommunicationes ad multiplicationem actionum præfatarum, quæ principaliter hìc prohibentur, ſi moraliter ſint interruptæ; quia ſicut moraliter tunc plurà numero peccata committuntur, ità plures Cenſuræ numero diſtinctæ moraliter incurruntur, cùm ad peccata in Bulla prohibita ſequantur; ſecùs ſi tranſgreſſiones non ſint moraliter diſtinctæ, vt ſi quis Vrbem inuadat, & ſtatim deſtruat &c.

Non incurrunt inuadentes, occupantes, detinentes, vel deſtruentes domum, aut fundum alicuius ptiuatæ Perſonæ ex locis Romanæ Eccleſiæ ſubiectis; quia bona priuatæ Perſonæ non dicuntur, propriè loquendo, pertinere ad Eccleſiam Romanam: neque qui inuadunt, deſtruunt, vel occupant loca, vel iura ad Summum Pontificem pertinentia, non quatenus Pontifex eſt, ſed vt priuatus; quia non ſunt loca, vel iura Eccleſiæ Romanæ, & Summi Pontificis, cum transferantur in hæredes Summi Pontificis, & non deuoluantur ad Succeſſores in Dignitate: neque inuadens occupans, & detinens Ciuitatem, quam habet in Fæudum à Pontifice, & ab alio iniuſtè occupatur, aut per rebellionem defecit à fide illius; quia hic iniuſtè non agit; nec præſumi poteſt Pontificem velle fouere iniuſtitiam iniquè occupantis: neque exercens, ſeù

Digitized by Google

retinens ex priuilegio, & legitima conceſſione ſupremam Iuriſdictionem in locis Romanæ Eccleſiæ ſubiectis; quia de iure id facit, non de facto; & Bulla ſolùm loquitur de vſurpantibus, & perturbantibus, vel retinentibus de facto: neque tandem inuadens, vſurpans, aut detinens prædicta loca, vel Iuriſdictionem, ignorans Conſtitutionem iſtius Bullæ, aut prædicta bona ad Eccleſiam Romanam pertinere; quia excommunicatio hæc fertur contra præſumentes; præſumptio autem ſcientiam, aut ingentem temeritatem requirit, *Bonacc. num. 25. cum communi DD.*

Hæc ſunt, quæ diſponit Pontifex in Bulla Cœnæ circa libertatem Eccleſiaſticam, tàm in ordine ad Perſonas Eccleſiaſticas, quam quò ad bona, & Iura pertinentia ad Summum Pontificem, & Sedem Apoſtolicam, ad Eccleſias, & quoslibet Eccleſiaſticos ſæculares, & Regulares, quàm qui quouis modo, & in quocumque caſu hìc à Pontifice prohibito violauerint, abſolui non poſſunt ab excommunicatione contra eos lata à Minori Pœnitentiario, quoties eorum caſus fuerit publicus; cùm in Tabella talis caſus eidem excipiatur; licèt in caſibus non publicis, & occultis poſſit manum apponere, & delinquentes abſoluere; cùm exceptio quo ad ſolos actus publicos, firmet regulam ad non publicos, & occultos, ſtante generali facultate eidem data abſoluendi ab omnibus Caſibus, & Cenſuris Sedi Apoſtolicæ quomodolibet, etiam in Bullæ Cœnæ reſeruatis, vt ſæpiùs fuit dictum, & ſupra præmiſſum in Dubio X., ſub quo hæc materia tota de libertate Eccleſiaſtica, breuiter, & ad ſolum finem hìc prætenſum conſiderata, & reſtricta exhibetur.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT V.

De alijs Caſibus, & Cenſuris Minori Pœnitentiario in Tabella exceptis extra Bullam Cœnæ.

DVBIVM I.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere Violatores Immunitatis Eccleſiaſticæ localis.

CONCLVSIO.

In Caſibus publicis non poteſt Pœnitentiarius abſoluere Violatores Immunitatis Eccleſiaſticæ ab excommunicatione contra eos lata à Gregorio XIV. cùm aliàs.

RATIO eſt, quia facultas iſta expreſsè eidem excipitur in Tabella in vltima exceptione; conſequentèr non poteſt in his caſibus publicis manum apponere, & Reos abſoluere, alitèr excederet limites propriæ poteſtatis, & nullitèr abſolueret ex defectu Iuriſdictionis, & poteſtatis, qui eſt omnium maximus, quo ad annullationem actus, vt tradit *Paſqualig. qq. mor. q.134. num.4. cum allegat.*

Notandum hìc, quòd Immunitas Eccleſiaſtica à libertate differt, eò quòd hæc ſit exemptio, ſeù priuilegium exemptionis conceſſum Perſonis Eccleſiaſticis, vt ſuprà viſum fuit; Immunitas verò ſit exemptio, ſeù priuilegium Eccleſiæ conceſſum, vt ibi exiſtentes tuti ſint à Laica Poteſtate: Vnde etiam nominatur Immunitas Eccleſiaſtica localis, non quia non pertineat etiam ad Perſonas, ſed quia immediatè, & primariò conceditur loco, & ſecundariò Perſonis in loco exiſtentibus, *Bonacc. de Immunit. cum Suarez., & alijs.*

Eccleſiæ nomine hìc venit non ſolùm quælibet Eccleſia au-

ctoritate Epiſcopi fundata, ſiuè benedicta ſit, ſiuè non, quamuis in ea nondum celebrata fuerint Diuina Officia, nec Miſſa aliqua; quia ſatis eſt, vt locus ſit Deo dedicatus auctoritate Epiſcopi, *vt ex cap. Eccleſiæ de Immunit. Eccleſ.*, ſed etiam omnis alius locus ſacer, & religioſus auctoritate Epiſcopi benedictus, aut intra fines, ſeù confinia Eccleſiæ contentus, vt amplè tradunt, *Bonac.*, *Baſſæus*, & alij de hac materia tractantes, qui conſulendi ſunt.

Incurrunt hanc Cenſuram omnes, & ſinguli, qui auctoritate publica fori ſæcularis hanc Immunitatem violant capiendo aliquem fidelem in loco Sacro, cuiuſcumque delicti reus exiſtat, exceptis caſibus in Iure expreſſis: procedit etiam hæc Cenſura contra ſolùm attentantes extrahere aliquem de loco Sacro etiam effectu non ſubſequuto, vt ex verbis Bullæ attentare præſumpſerit: Etiam contra mandantes extrahi aliquem effectu ſequuto, cùm Bulla ſit lata contra omnes quacumque Dignitate, vel auctoritate præditos, attentantes aliquid pratèr, aut contra tenorem, & formam ipſius Bullæ, ſicut faciunt mandantes; alitèr Principes, & Iudices Sæculares nunquàm incurrerent hanc Cenſuram, cùm ipſi nunquàm extrahant, ſed mandent extrahi per ſuos infimos miniſtros: etiam contra detinentes, aut nolentes reſtituere Eccleſiæ extractum ab ea, aut morti ipſum adiudicantes, licèt non mandauerint ipſum extrahi, nec ipſi extraxerint, cùm attentent aliquid contra formam Bullæ: etiam contra extrahentes reum non gaudentem Immunitate ob delictum patratum in Iure exceptum, non ſeruata in Bulla forma præſcripta, etiamſi notoriè conſtaret de delicto, cùm talis ſit mens Papæ.

Non incurrunt, qui ſeruata forma tradita à Pontifice in Bulla capiunt, & extrahunt publicos Latrones, Graſſatores Viarum, Depopulatores Agrorum, Occidentes, vel Mutilantes in Eccleſia; proditoriè proximum Occidentes, Reos aſſaſſinij, Reos Hæreſis, & Reos læſæ Maieſtatis in Perſonam ipſius met Principis, de quibus ex profeſſo agit *Bonac. de Immunit. q. 3. pun. 16. à num. 6. vſq; ad* 10., *Caſtropal.*, *& alij*, neque ſolùm conſulentes, cùm dici non poſſint attentare; tùm quia Cenſura

lata

lata contra attentantes non complectitur conſulentes, cùm ſtrictè ſit intelligenda: neque ratum habentes aliquam ex dictis actionibus, quia ratihabitio eſt poſterior facto, & qui ratum habet factum, illud approbat, ſed non attentat: neque attentantes, extrahentes, aut offendentes in loco Sacro exiſtentes priuata tantùm poteſtate, vt ex odio, aut Inimicitia; quia Bulla ſolùm loquitur de Lædentibus Immunitatem publica poteſtate, vt patet legenti, & fuit ſemper praxis Sacræ Pœnitentiariæ, & tenere videtur Sac. Congregatio Immunitatis, dùm tales ſolet remittere ad Sac. Pœnitentiariam pro abſolutione, quidquid ſentiant alij in oppoſitum: vndè in ſimilibus caſibus publicis recurrit Minor Pœnitentiarius ad Eminentiſſimum Maiorem Pœnitentiarium, vel ad D. Regentem pro facultate ad maiorem cautelam, & quia ſic delinquentes ſæpe excommunicantur ab Ordinarijs, prout de Iure communi ſunt excommunicandi, vt ex *cap. cum prò Cauſa de ſent. excommun.*, & ibi *Faguan.num.6.*, *Abb.num.5.*, *& alij*. In caſibus verò occultis Min. Pœnitentiarius poteſt præfatos Violatores abſoluere, quia exceptio quoad actus publicos firmat regulam in contrarium quo ad occultos.

D V B I V M II.

An poſſit Pœnitentiarius abſoluere Conſpirantes in Perſonam, vel Statum Summi Pontificis, vel Sanctæ Sedis Apoſtolicæ.

C O N C L V S I O.

Neque aliquem iſtorum abſoluere poteſt Pœnitentiarius ab excommunicatione contra eos lata defectu Iuriſdictionis, nàm & caſus iſtorum eſt vnus de expreſsè exceptis in Tabella, & ſic non contentus in facultate, ſeù Iuriſdictione conceſſa Pœnitentiario, ideò nullum reum huiuſmodi exceſſus poteſt abſoluere.

HIc notandum quo ad perſonam Summi Pontificis, quòd nulla eſt Cenſura ſpecialitèr lata in offendentem Perſonam

Digitized by Google

ſonam ipſam Papæ; multæ tamen in tali caſu incurruntur latæ contra offendentes Clericos, Epiſcopos, Patriarchas, & Cardinales, quæ procedunt etiam contra offendentem Pontificem Romanum, vt tradit *Theſaur. par.2. de pæn. Verb. Maieſtas cap.2. cum citatis ab ipſo*; & ratio eſt, quia Pontifex per aſſumptionem ad Papatum non amiſit priuilegia Cardinalibus, & alijs prædictis conceſſa, nec conſtitutus eſt in gradu deterioris conditionis, ſed excellentioris, & primariæ dignitatis Eccleſiaſticæ; conſequentèr, quidquid diſpoſitum eſt prò ſingulis Eccleſiaſticis, & Eccleſiarum Prælatis ad debitum eis honorem conſeruandum, hoc totum multò magis eſſe diſpoſitum pro Perſona eiuſdem Summi Pontificis, qui vniuerſalis Eccleſiæ Caput eſt, ad eumdem effectum honoris, & venerationis pluſquàm debitæ cenſendum eſt: vndè excommunicatio lata in *cap. Si quis ſuadente* 17. *q*. 4. contra inijcientes manus violentas in Clericum, & alia lata in *Clem*. 1. *de pæn*. contra percutientem, capientem, bannientem Epiſcopum conſecratum, & alia lata *in cap*. 11. *Bullæ Cœnæ* contra interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtilitèr perſequentes Cardinales, Epiſcopos, Archiepiſcopos, vel Patriarchas &c., & alia lata in *cap. Fælicis de pæn in 6.* contra eum, qui Cardinalem fuerit hoſtilitèr inſecutus, vel percuſſerit, vel cæperit, vel ſocius fuerit facientis &c., quæ omnes reſeruatæ ſunt Papæ; procedunt multò magis, & à fortiori contra eos, qui talia auſi fuerint committere in Perſonam Summi Pontificis ob rationem præmiſſam, præſertìm per conſpirationem, vt in *Extrauagan. Etſi Dominici de pœnit., & remiſſ.*, vbi talis conſpiratio inter caſus Papæ reſeruatos connumeratur; conſequentèr Cenſuram ſupponens, *Bonacc. de Cenſur. in particul. diſp.2. qu.3. punct.7. num.5.*

Notandum ſimilitèr quò ad Statum Summi Pontificis, quòd Conſpirantes in illum etiam excommunicantur in dicta *Extrauagant. Et ſi Dominici*, vbi horum caſus ſub his terminis Papæ reſeruatur; ſcil. *conſpirationis in Perſonam, aut Statum Romani Pontificis*; conſequentèr tàm Conſpirantes in Perſo-

Perſonam, quàm in Statum ad Pontificem Romanum ſpectantem, Cenſuram Papæ reſeruatam incurrunt; ſicut & incurrunt aliam latam in *Bulla Cœnæ Can.*20. contra præſumentes inuadere, deſtruere, occupare, & detinere in totum, vel in partem Ciuitates, Terras, Loca, vel Iura ad Romanam Eccleſiam pertinentia, de qua ſatis ſupra ſuo loco fuit dictum. Scientes conſpirationem in Perſonam Summi Pontificis, & non reuelantes delinquentes, ſiuè ante, ſiuè poſt crimen perpetratum Cenſuram contra conſpirantes, delinquentes non incurrunt, quia de his non fit mentio in Extrauaganti citata; aliam tamen incurrunt latam à B. Pio V. in Bulla incipien. *Infælicis ſæculi* contra ſcientes, & non reuelantes Conſpirantes in Cardinalem, quæ à fortiori procedit in caſu conſpirationis in Perſonam Summi Pontificis, qui per aſſumptionem ad Papatum non amiſit priuilegia Cardinalibus conceſſa, vt habet *Bonacc. de Cenſ. in part. diſp.*2. *qu.* 3. *punct.*7. *num.*5., *& diſp.*1. *quæſt.*12. *punct.*3. *num.*15. Similitèr offendentes aliquem ex familia Papæ, ſiuè in conſpiratione, ſiuè alio tempore Cenſuram contra Conſpirantes latam non incurrunt, cùm de ipſis in dicta Extrauaganti nulla mentio habeatur: Incurrunt tamen illam *cap. Si quis ſuadente* 17. *quæſt.*4., ſi offenſi fuerint Clerici, aut Religioſi: & ſecundùm aliquos etiam aliam incurrunt ex *cap. Fælicis de pœn. in* 6., ſi paritèr fuerint Clerici, aut Religioſi, & familiares Papæ, aut alicuius Cardinalis; nàm de Laicis familiaribus Textus non loquitur, ſicut nec de familiaribus aliorum Prælatorum; ſed hæc excommunicatio ſecundùm eoſdem Doctores non eſt Papæ reſeruata, imò nec haberi in citato *cap. Fælicis* ſuſtinet *Bonac. de Cenſur. in particul. diſp.*1. *quæſt.*7. *punct.*2. *num.*12. Igitur &c.

DV-

Digitized by Google

DVBIVM III.

An Minor Pœnitentiarius poſſit abſoluere ab excommunicatione lata ab Vrbano VIII. in ſua Conſtitutione Inſcrutabilis contra Inquirentes per media ſuperſtitioſa de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, vel de vita, & morte Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, & eius Conſanguineorum vſque ad tertium gradum.

CONCLVSIO.

Nullum ex ſic ſuperſtitiosè Inquirentibus de præfatis poteſt Pœnitentiarius abſoluere à Cenſura contra eos lata, licèt caſus ſit occultus, & abſolutio petatur pro foro conſcientiæ tantùm.

NAm etiam huiuſmodi caſus eſt de expreſsè exceptis in Tabella, imò etiam ipſi Maiori Pœnitentiario exceptus in Bulla facultatum §. *Nec paritèr*, dempto caſu quo ad Conſanguineos Pontificis; Ergò ex defectu facultatis nequit Pœnitentiarius tales delinquentes abſoluere, cùm ſuper ſic Inquirentes careat Iuriſdictione, ſine qua nullus eſt actus.

Notandum hìc, quod Pontifex *in citat. Bulla incip. Inſcrutabilis* fulminat Cenſuram.

Primò contra inquirentes per media ſuperſtitioſa de Statu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, vel de vita, & morte Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, & eius Conſanguineorum vſque ad tertium gradum per ſe, vel per alios: V. G. conſulendo ſuper his Ariolos, Aruſpices, Vaticinatores, vel Aſtrologos.

Secundò contra recipientes talia Iudicia etiam ſpontè oblata, vel eis vtentes, vel ſcienter ea retinentes, vel alteri oſtendentes.

Tertiò contra talia Iudicia, vel pronunciationes facientes, etiamsì aſſerant, ſe non certò affirmare; vel à ſe facta

reti-

Digitized by Google

retinentes, vel alijs dantes, vel oſtendentes, vel de eis verbo, aut ſcripto etiam improbando tractantes.

Contra omnes ſic delinquentes cuiuſcumque qualitatis, ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, & conditionis fuerint fulminat Pontifex excommunicationem eo ipſo incurrendam, & declarat eos Reos læſæ Maieſtatis; & contra Eccleſiaſticos præſumentes impedire Iudices in dicta Bulla deputatos, ſeù perturbare dictarum cauſarum cognitionem paritèr fulminat pœnas excommunicationis, & priuationis Beneficiorum, officiorum, & vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis eo ipſo incurrendas.

Hoc prænotato licèt omnes ſic delinquentes Cenſuram latam eo ipſo incurrant, pro omnibus tamen non eſt reſtricta, & excepta facultas Pœnitentiario; nàm in exceptione ipſa ſolùm continentur ipſi Principales, & exprimuntur tantùm Inquirentes per ſe, vel alios, conſequenter ſuper hos Inquirentes tantummodò habet Pœnitentiarius exceptam iuriſdictionem, liberam verò ſuper alios; odioſa eſt enim exceptio, ſeù reſeruatio, & proindè ſtricti Iuris eſt, & ſtrictè eſt accipienda, nec extendi debet ad caſus, neque ad perſonas non expreſſas.

Sic exceptis Inquirentibus per ſe, vel per alios ſuperſtitioſè, poteſt Pœnitentiarius alios in alijs caſibus abſoluere, ſiuè ſint complices, ſiuè cooperantes, vt recipientes talia Iudicia ab alijs facta, aut alijs oſtendentes, vel retinentes, aut de eis verbo, aut ſcripto etiam improbando tractantes, vt fuſiùs dixi in adnotationibus ſuper facultatibus Maioris Pœnitentiarij *Facultate* 11.

Aduertendum hìc, quòd ſi aliquis horum, in his caſibus certò teneret, ex aſtris, vel alijs rebus creatis tanquàm ex cauſa, ſeù ratione neceſſarij influxus poſſe ſuperiùs prohibita cognoſci, tunc incurreret in excommunicationem latam *in cap.* 1. *Bullæ Cœnæ*, quia talis credulitas cum certitudine eſſet hæreticalis, ſicut & hæreticalis eſſet doctrina, quæ in libris hoc certò doceret, & de futuris contingentibus, aut de actibus humanis liberis, aut de effectibus ſupernaturalibus

R idem

idem certò aſſereret; vnde & libri, & Auctores, & credentes, & ſcientèr tenentes, vel legentes tales libros eamdem excommunicationem incurrerent: ſicut etiam incurreret, qui affirmaret artem Aſtrologiæ iudiciariæ, ſeù diuinatoriæ non eſſe ab Eccleſia improbatam, vt cum multis allegatis tenet *Farinac. de Hæreſi quæſt.* 181. *num.* 61., *& Theſaur. de pœn. part.* 2. *verb. Superſtitio cap.* 1. §. *Sed ſi &c.*

Tandem aduertendum, quòd licèt in Bulla vltima Maiori Pœnitentiario non reſtringatur facultas ſuper Inquirentes de vita, aut morte Conſanguineorum Pontificis, præſens tamen exceptio adhùc viget, quo ad Minorem Pœnitentiarium, quia voluntas Superioris in Tabella expreſſa ſemper durare præſumitur, niſi probetur mutata, vt communitèr Doctores, quæ mutatio in hac parte non probatur.

DVBIVM IV.

An eos, qui viuente Romano Pontifice de quopiam ad Pontificatum eligendo, vel excludendo tractauerint, ſuffragia inierint, aut pactiones ſuper huiuſmodi electione fecerint, poſſit Pœnitentiarius abſoluere ab excommunicatione contra eoſdem lata à Paulo IV. in Bulla incip. Cum ſecundùm.

CONCLVSIO.

Neque in caſibus occultis, neque in foro Conſcientiæ tantùm, poteſt Minor Pœnitentiarius quemquam abſoluere ab hac Cenſura, ſi aliquo ex præmiſſis modis deliquerit ſuper electione Romani Pontificis futuri adhùc alio viuente; Nàm etiam facultas quò ad huiuſmodi delinquentes expreſsè excepta habetur in Tabella; Imò etiam Maiori Pœnitentiario denegata legitur in Bulla ſuper facultatibus §. Minuſque poſſit, conſequentèr talitèr delinquentes nullo modo abſoluere poteſt Pœnitentiarius defectu Iuriſdictionis, & poteſtatis.

NOtandum hìc, quòd Paulus IV. fulminauit hanc Cenſuram, & maledictionem æternam, & alias pœnas contrà

trà omnes tàm Eccleſiaſticos, quàm Sæculares vtriuſque ſexus etiam conſtitutos in primis Dignitatibus, ſiuè ſint Epiſcopi, ſiuè Cardinales, Reges, aut Imperatores, nemine excepto, ſiuè per ſe,ſiuè per alios in hoc deliquerint: etiam extendendo dictas pœnas ad dantes auxilium, conſilium, fauorem, & ad conſcios, niſi quamprimùm commodò potuerint Papæ viuenti reuelauerint, reuelantibus impunitatem promittens.

Notandum etiam, quòd non omnes tractatus de hac materia ſunt prohibiti, aut dici poſſunt materia huius excommunicationis, ſed tantùm tractatus practici, ſeù deliberatiui; in quibus tractatur de hoc, vel illo eligendo, & decernitur perſona eligenda in indiuiduo, vel etiam in ſpecie, & genere qualitatis, quæ non eſt neceſſaria ad rectam electionem, vt de eligendo ſolùm aliquo Romano, vel Hiſpano, vel Gallo, vel affecto huic, vel illi Regi; non autem tractatus conſultiui, ſeù ſpeculatiui, vt tractando de bonis qualitatibus alicuius Cardinalis, aſſerendo eum dignum eſſe Papatu;hoc enim non eſt tractare de electione futuri Pontificis, ſed de aliquo, qui dignus eſt, & poſſet eligi in Pontificem, vt habet *Paſſarin. de elect. Papæ quæſt.* 17. *cum alijs, & communitèr*.

Incurrunt ergò hanc Cenſuram tractantes de aliqua Perſona eligenda in indiuiduo, vel etiam in ſpecie, & genere qualitatis non neceſſariæ ad rectam electionem; ſimilitèr qui tractant deliberatiuè de medijs, vt deliberando de impedienda, & differenda electione, donec veniat talis Cardinalis; ſeù de emendo huius, vel illius ſuffragio; Item ſi quis alicui ſuffragium ſuum promittat, vel petat promitti pro ſe, vel pro alio, & alter conſentiat tractatui; Item ſi quis cum aliquo conueniat, & paciſcatur de hoc, vel illo eligendo; ſeù quo pacto ſe gerere debeant, vt talis in Papam eligatur, aut quam rationem inire debeant, vt Cardinales ad iſtum eligendum inducantur; & tandem quoties obiectum tractatus, & finis ex parte operis eſt praxis, & aliquod opus, vt habet *Paſſarin. loc. cit. num.* 16., in quibus caſibus non poteſt Pœnitentiarius quemquam abſoluere ob exceptionem, quam habet in Tabel-

la, quæ omnia procedunt etiam quò ad practicos tractatus negatiuos, ideſt de excludendo tantùm aliquo, vel aliquibus à Pontificatu, quia etiam hoc eſt quid inchoatiuum electionis, & excluſio aliquorum, vel alicuius eſt virtualis incluſio aliorum, quod ęqualitèr excipitur in Bulla, & in Tabella in illis verbis, *de eligendo, vel excludendo*.

Incurrunt hanc Cenſuram latam à Paulo IV. non ſolùm tractantes, ſed etiam tentantes cum aliquo de eligendo futuro Pontifice, quæ tentatio non conſiſtit in tractatu incompleto, vt cum aliquis Cardinalis, Sede non vacante, promittit alicui ſuum votum, ſed alius non acceptat, aut vnus petit ab alio ſuum ſuffragium pro ſe, vel pro alio, & nihil obtinet, aut quomodocumque immediatè, vel mediatè quis procuret ſuffragium obtinere pro futura electione ſine effectu; talis promittens, petens, aut procurans votum in ordine ad electionem tentare dicitur, licèt nihil obtineat, & incidit in hanc Cenſuram, quia eſt ſecunda actio prohibita in Paulina citata, quæ tentatio fieri poteſt, vel per præceptum, vel per conſilium, vel per ſuaſionem, vel per poſtulationem, vel per aliud ſimile, vt notat *Paſſarin. loc. cit. quæſt.* 17. *num.* 33., quod benè eſt notandum pro caſibus, qui poſſunt occurrere, & ſecundùm quemcumque modum incurritur hæc excommunicatio, dummodò aliquis tentet alium, & tentatio ſit de eligendo Succeſſore, Sede adhùc plena, ſeù viuente Papa.

Abſolutio verò in iſtis caſibus non videtur Pœnitentiario reſtricta, cùm facultas in ordine ad tentantes ſolùm non appareat reſeruata, dùm exceptio, quæ eidem fit in Tabella, ſolùm loquitur de ijs, qui tractauerint, ſuffragia inierint, aut pactiones fecerint, ſub quibus terminis etiam excepta reperitur Maiori Pœnitentiario, tàm ab Vrbano VIII. in *Bulla incip. Regimini* §. 11., quàm in Conſtitutione Innocentij XII. felicitèr regnantis ſuper facultatibus §. *Minuſque*, quæ verba adaptari non poſſunt ijs, qui merè tentauerint, cùm pura tentatio ſit actio diſtincta à tractatu, & in ipſa nihil concludatur, ſicut concluditur in tractatu; qua de cauſa etiam in Bulla Pauli IV. poſt prohibitionem tractatus prohibetur etiam tentatio, vt

actio

Digitized by Google

actio ſecunda, & diſtincta à tractatu, quæ in ratione tentationis conſummatur, licèt per eam nihil obtineatur, quod non currit de tractatu; conſequentèr exceptio facta quò ad eos, qui tractauerint, extendi non debet ad eos, qui ſolùm tentauerint, cùm ſit odioſa, & ſic ſtricti Iuris, & ſtrictè intelligenda ſecundùm ſenſum communem, & naturalem tantùm, vndè extendi nullo modo poteſt.

Incurrunt ſimilitèr dantes præfatis tractantibus, aut tentantibus auxilium, conſilium, fauorem, vel operam verbis, vel ſcriptis directè, vel indirectè, aut alio quouis modo, effectu tamen ſequuto, id eſt tractatu, vel tentatione ſequuta, ex quo enim actiones iſtæ acceſſoriè tantùm prohibentur, Cenſura non incurritur, niſi poſita actione principalitèr prohibita, *Paſſarin. ibid. num.* 42. *cum Bonacc. cit.*, quam Cenſuram etiam euadunt, si quamprimum potuerint, reuelauerint principales, & complices Pontifici, vel ei, cui ipſe mandauerit, proùt diſponitur in eadem Paulina, in qua etiam excommunicantur audentes contradicere eidem Conſtitutioni, iniuſtam, vel inualidam eam dicentes, vt ibidem habetur: de quibus in ordine ad abſolutionem idem videtur dicendum, quod dictum eſt de tentantibus, cùm de omnibus currat eadem ratio in ordine ad exceptionem.

Non incurrunt, qui interrogant, vel interrogantur, quis nàm futurus sit Succeſſor Pontificis viuentis, neque qui affirmant talem Cardinalem habere qualitates, quæ ineſſe debent Pontifici, quia hoc non eſt practicè tractare, aut agere de futuro Pontifice eligendo, ſed merè ſpeculatiuè loqui de ſubiecto digno Papatu, & per coniecturas diſcurrere, quod non prohibetur.

Digitized by Google

DVBIVM V.

An Minor Pœnitentiarius poſſit abſoluere eos, qui inciderint in Cenſuras Sede vacante ob non ſeruatam formam electionis Papæ præſcriptam in Bulla Gregorij XV., & Vrbani VIII., vel eam Sede Vacante mutare, vel alterare ſcientèr tractauerint.

CONCLVSIO.

Neque aliquem ex dictis Cardinalibus, qui Sede Vacante contra præſcripta in præfatis Bullis fecerit, ſiuè non ſeruando formam electionis Papæ, ſiuè ſcientèr tractando de illius mutatione, aut alteratione, poteſt abſoluere Minor Pœnitentiarius.

PRob. Huiuſmodi enim caſus expreſsè eidem excipiuntur in Tabella; Ergò contrà præſcripta in dictis Bullis facientes, & excommunicationem ipſo facto ibidem latam incurrentes abſolui non poſſunt à Minori Pœnitentiario ex defectu poteſtatis, & Iuriſdictionis, vt ſuprà etiam fuit dictum in ſimilibus casibus exceptis: Subiectum autem præfatæ excommunicationis latæ à Gregorio XV., & confirmatæ ab Vrbano VIII. ſunt dicti Cardinales, qui in ipſa exprimuntur, & à quibus eiuſdem Bullæ Gregorij obſeruatio exigitur; Igitur &c.

In caſu tamen, quo electio alicuius in Papam aliquo ex capite eſſet inualida, tunc non ſolùm Cardinales, verùm etiam complices, & fautores excommunicationem hanc incurrerent, vt ex Bulla ipſa habetur ibi, *tàm ipſe, quàm eligentes, eiuſque fautores, et complices &c.*, vt etiam notat *Bonacc. de elect. Summ. Pontific. quæſt.* 7.

Incurrunt hanc Cenſuram ipſo facto, quicumque aliquo ex ſequentibus modis à Gregorio XV. prohibitis eiuſdem Bullæ

con-

Digitized by Google

contrafecerint, nempè quicumque pactionibus, conuentionibus, promiſſionibus, intendimentis, condictis, fęderibus, alijſque quibuſcumque obligationibus, minis, ſignis, contraſignis ſuffragiorum, ſeù ſchedularum, aut alijs tàm verbo, quàm ſcripto, aut quomodocumque dandis, aut petendis, tàm reſpectu incluſionis, quàm excluſionis, tàm vnius perſónæ, quàm plurium, aut certi generis, veluti Creaturarum, aùt huiuſmodi, ſeù de ſuffragio dando, vel non dando, vt exprimitur in Bulla, eidem Bullæ contrafecerint, quibus electio, aut ſimoniacè tractaretur, aut careret ſua libertate Canonica.

Similiter incurrunt, qui aliquo alio modo in varijs alijs locis eiuſdem Bullæ prohibito deſecerint, tàm quo ad modum, & formam, quàm quo ad locum, & tempus eligendi Pontificem, circa quæ multi caſus occurrere poſſunt, quibus hæc Cenſura incurratur, qui omnes cum præmiſſis poſiti à D. Coccino in ſua Gloſſa manuſcripta ſupèr hanc Bullam, octoginta & octo caſus enumerantur, qui diſtinctè impreſſi leguntur in *Paſſarin. de elect. Papæ quæſt.* 29., vbi videri poſſunt.

Notandum hìc, quòd dum Pontifex prohibet omne pactum, non datur locus diſtinguendi de pacto Iure diuino ſimoniaco, vel de pacto ſolùm lege poſitiua Canonica tale, vel de pacto nullo modo ſimoniaco; Prohibet enim, & irritat omne pactum, ſeù omnia pacta, omnem obligationem, & quamcumque conuentionem, quæ quocumque modo neceſſitant Cardinalium voluntatem, vt in electione Pontificis non ſit plenè libera; dictio enim illa, *omnia*, compræhendit omnes ſpecies ſub præfatis generibus, & pactis contentas, vt ex *l. Iulianus*, *&* *l. Textoribus ff. de legat.* 3. Ergò.

Non incurrunt, qui inter ſe habent tractatos conſultiuos; quia iſti omninò neceſſarij ſunt ad bonam electionem faciendam, vt communiter DD.; vndè prohibentur ſolùm tractatus illiciti, quales ſunt practici, pactionales, ſeù deliberatiui, quibus electio, aut ſimoniacè tractatur, aut caret ſua libertate Canonica.

Neque alij tractantes cum Cardinalibus de ipſa electione,

vt

vt: V. G. Oratores Principum cùm hæc Cenſura ad ſolos Cardinales ſit directa; *Theſaur. verb. Ambitus Cap. 3.*

DVBIVM VI.

An Minor Pœnitentiarius poſſit abſoluere violantes Clauſuram Conclauis per litteras, aut nuncios ab excommunicatione contra eos lata à Pio IV. In eligendis; & renouata à Gregorio XV. in Bulla incip. Decet Romanum Pontificem, quam Cæremoniale nominant.

CONCLVSIO.

Ab hac excommunicatione Pontifici reſeruata abſoluere poteſt Minor Pœnitentiarius violantes dictam Clauſuram Conclauis, ſiuè per litteras, ſiuè per nuncios.

PRob. Facultas hæc quo ad huiuſmodi delinquentes excepta non legitur eidem Pœnitentiario in Tabella, ſicut excipitur alia contra non ſeruantes formam electionis Papæ; Ergò continetur ſub generali facultate illi conceſſa, abſoluendi *ab omnibus Caſibus, & Cenſuris etiam Sedi Apoſtolicæ quomodolibet reſeruatis*; Iuriſdictione enim conceſſa cum reſeruatione quorumdam caſuum, cętera omnia pratèr reſeruata conceſſa cenſentur, vt pro regula proponit *Rot. par. 3. dec. 497. num. 2. recent., & communiter DD.*

Verba autem præſentis prohibitionis, ex quibus argui poteſt tranſgreſſio, & in Cenſuram incurſus ex citata Bulla Pij IV. §. 20. ſunt ſequentia: *Litteras verò, aut cuiuſuis generis ſcripta ad eos, qui in Conclaui erunt, ſeù nuncium, vel notam, aut ſignum mittere, ſeù recipere; aut è contra à Conclaui ad eos, qui foris erunt nullo modo liceat: qui contrafecerint, etiam ſi Cardinales ſint, pœnæ excomunicationis latæ ſententiæ ſubiaceant, abſoluendi facultate, pratèr quam in mortis articulo, ſoli Pontifici Maximo reſeruata.*

Digitized by Google

Vbi notandum, hanc excommunicationem tùnc ſolùm incurri, quandò litteræ, notæ, ſcripta, & ſigna concernunt negotium electionis; ſecùs autem ſi alia negotia reſpiciant, vt cum probabiliori ſententia ſuſtinet *Paſſerin. de elect. Papæ quæſt.* 12. *num.* 4. *alios citans*; quia, quæ alia negotia continent, & electionem non reſpiciunt, ſunt extra finem legis, & Clauſuræ, qui eſt, vt non fiat præiudicium libertati, & ſanctitati electionis per promiſſiones, ſubornationes, minas, & huiuſmodi; Ex quo enim electionem non reſpiciunt, electioni nullum inferre poſſunt præiudicium: oppoſitum tamen ſuſtinent *Bonac.*, *& Theſaur.* nempè prohiberi ſcripta cuiuſuis generis, etiamſi non pertineant ad cauſam electionis ad præcauenda pericula damni, & fraudis.

Incurrunt igitur omnes illi, qui nuncium mittunt, vel ſcripturam recipiunt, ſiuè exiſtant in Conclaui, ſiuè extrà Conclaue cuiuſcumque Dignitatis ſint, etiamſi Cardinales exiſtant, dummodò ad electionem ordinentur, aut loquantur.

Non incurrunt Nuncij, vel deferentes litteras, ſiuè ſcripta etiam electionem concernentia, quia aliud eſt mittere, aut recipere Nuncium, Scripturam, aut Signum, aliud verò deferre: In Bulla autem Pij, & in *cap. Vbi periculum de elect. in* 6. nulla fit mentio de Nuncijs, vel deferentibus litteras, ſed tantùm de mittentibus, & recipientibus. Igitur &c.

Odioſa enim ſunt ſtricti Iuris, nec ſunt extendenda: Sunt tamen præfati ipſo facto priuati Officijs, & Beneficijs, & ad ea inhabiles, vt ex eadem *Bulla Pij IV.* §. *Prælati*; & poſſunt incurrere excommunicationem latam *in cap. Vbi periculum*, ſi tali occaſione loquantur ſecretè cum Cardinalibus, vt in ſequenti dubio conſtare poterit.

Scribentes, & mittentes Nuncium, aut litteras Conclauiſtis alijs à Cardinalibus, etiam incurrunt Cenſuram latam à *Pio IV.* §. *litteras*, vbi excommunicantur, qui mittunt litteras, aut Nuncium tàm ad eos, qui intus, quàm ad eos, qui ſunt extrà Conclaue, vt ex *Textu* patet. Omnes tamen ſic Violantes Clauſuram Conclauis abſolui poſſunt à Min. Pœnitentiario, cùm nullibi talis facultas eidem excipiatur, &

Digitized by Google

multò magis hoc competere debet Maiori Pœnitentiario quo ad omnes pœnas, & Cenſuras in Conſtitutione Cœremonialis contentas, vt habet *Theſaur. de pœn. par. 2. ver. Conclaue cap. 2. in fine* ſub his terminis; Ab iſtis omnibus Cenſuris poteſt abſoluere Maior Pœnitentiarius, & alij Priuilegiati, vt in adnotationibus ad Bullam *facul. 10. n. 17.* clariùs eſt videre &c.

Non incurrunt tandèm mittentes Nuncium, vel litteras, ſi Nuncij, & litteræ non peruenerint ad quos mittuntur, quia actus nondùm eſt conſumatus; tùm etiam quia verba debent intelligi cum effectu, *Bonac.*, *&* *Theſaur.*

DVBIVM VII.

An Violantes Clauſuram Conclauis per colloquia ſecreta poſſint abſolui à Minori Pœnitentiario.

CONCLVSIO.

Affirmatiua eſt ſuſtinenda, ſcilicet quòd poſſit.

PRob. Quia nullibi, nec in Tabella facultas hæc legitur excepta ipſi Pœnitentiario; ergò ſub generali facultate eidem conceſſa *abſoluendi à quibuſcumque caſibus, & Cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicæ quomodolibet reſeruatis*, etiam præſens Cenſura continetur: Tum quia Cenſura hæc lata contra loquentes ſecretò cùm Cardinalibus in Conclaui exiſtentibus non eſt reſeruata, vt patet *ex cap. vbi periculum de elect. in 6.*, vbi hæc Cenſura fertur, & ex Cœremoniali *Gregorij XV. §. clauſo Conclaui*, vbi ſine impoſitione pœnæ prohibentur Colloquia, ſicut notant *Theſaur. verb. Conclaue cap. 2*, *Bonac. de Cenſur. in part. diſp. 2. quæſt. 2. punct. 34. num. 9.*, *& Paſſarin. loc. cit.*, conſequentèr ab illa Pœnitentiarius, & etiam alij poſſunt abſoluere, ex quo non eſt reſeruata.

Ad maiorem tamen huius Dubij claritatem notanda veniunt verba Concilij, quæ *in cit. cap. Vbi periculum*, apertè leguntur ſub his terminis præciſis; *Nulli ad eoſdem Cardinales*

les aditus pateat, vel facultas ſecretè loquendi cum eis, nec ipſi aliquos ad ſe venientes admittant &c., & paulòpoſt; Nulli etiam fas ſit ipſis Cardinalibus, vel eorum alicui Nuncium mittere, vel ſcripturam; qui contra fecerit, ſcripturam mittendo, vel Nuncium, aut cum aliquo ipſorum ſecretè loquendo, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat: Ex quibus verbis clarè apparet, Cenſuram hanc non procedere contra loquentes palàm Cardinalibus in Conclaui exiſtentibus, ſed ſolùm contra loquentes ſecretè, vt habent *Bonac., & Theſaur. loc. cit.*; Apparet etiam, qualitèr hæc Cenſura non ſit reſeruata, cùm de reſeruatione nihil exprimatur: Similitèr apparet, hanc Cenſuram non afficere DD. Cardinales, cùm verba Concilij dirigantur ſolùm ad eos, qui ſunt extra Conclaue; vt ex ipſo *Textu* patet: conſequentèr Cardinales loquentes cum aliquo exiſtente extra Conclaue nullam incurrunt Cenſuram, etiamſi loquantur de rebus ſpectantibus ad electionem Papæ, vt cum pluribus habet *Paſſarin. de elect. Papæ q.12. num.20.*, quia nulla pœna incurritur, niſi lata reperiatur, ſicut contra Cardinales nullibi lata hæc reperitur; quòd è contra procedit de loquentibus ſecretè cum ipſis Cardinalibus; Nam Cenſura contra eos lata in hoc *Textu* legitur, prout ſupra etiam fuit dictum.

Neque incurrunt loquentes cum Conclauiſtis, alijs à Cardinalibus, quia de iſtis nil diſponit Concilium, etiamſi ſecretè cum eis loquantur de rebus pertinentibus ad electionem; & licèt ſciant, quòd Conclauiſtæ audita referent alicui Cardinali, *Bonac. ibid., Paſſarin. loc. cit.*, & *Diana par. 12. de colloc. reſol.* 10.; quia nec Concilium, nec Conſtitutio aliqua fert Cenſuram contra loquentes cum alijs, ſed tantùm cum Cardinalibus.

Excommunicationem tamèn incurrit loquens cum aliquo Conclauiſta de rebus ſpectantibus ad electionem Papæ, ſi eidem imponeret, vt audita referret Cardinali, imò etiam alteri cuicumque exiſtenti intra Conclaue; quia hoc eſſet mittere Nuncium, quod per Pium IV. prohibitum eſt ſub excommunicatione, *Bonac., Dian. ibid.*, & *Paſſarin. loc. cit. num.33.*

S 2 Qui-

Quicumque igitur per ſecretam locutionem cum Cardinalibus exiſtentibus in Conclaui hanc Cenſuram incurrerit; abſolui poteſt à Minori Pœnitentiario, maximè cùm ſit Cenſura non reſeruata.

Quod idem dicendum eſt de Cenſura excommunicationis lata contra Prælatos, & alios Officiales deputatos ad cuſtodiam Conclauis, ſi huius formam, & alia, quæ ad eorum officium pertinent, diligenter non ſeruauerint; quia neque iſta eſt reſeruata, vt fertur *in cap. vbi periculum*, *Theſaur. verb. Conclaue cap.* 8., & quatenùs etiam renouatur à Pio IV. *In eligendis* §. 27., adhùc ſub poteſtate eſt Min. Pœnitentiarij, cùm eidem excepta non reperiatur; Imò etiam alij Priuilegiati ab ea abſoluere poſſunt, vt cum eodem *Theſauro* in antecedenti Dubio fuit concluſum &c.

DVBIVM VIII.

An Minor Pœnitentiarius poſſit abſoluere ab excommunicatione lata à B. Pio V. in Conſtit. incip. Si de protegendis contra eos, qui Officium Sacræ Inquiſitionis, ſeù Inquiſitores, vel locorum Ordinarios illud exercentes, ac Vicarios, ſeù Officiales eorum in concernentibus eorum Officium, vel illorum executionem, aut Teſtes in huiuſmodi cauſis impedierint, vel offenderint.

CONCLVSIO.

Impedientes, vel offendentes Officium S. Inquiſitionis, aut Inquiſitores, vel locorum Ordinarios illud exercentes, aut Vicarios, ſeù eorum Officiales in concernentibus eorum officium, vel illorum exequutionem, aut Teſtes in huiuſmodi cauſis abſolui non poſſunt à Min. Pœnitentiario à Cenſura contra eos lata.

PRob. Nàm pro huiuſmodi delinquentibus facultas eidem expreſsè excipitur in Tabella ſub iiſdem terminis, quibus

bus hoc dubium proponitur; Ergò ex defectu poteſtatis, & Iuriſdictionis neceſſariæ ad abſolutionem impertiendam, non poteſt Pœnitentiarius tales delinquentes à Cenſura contra eos lata abſoluere, cùm à defectu Iuriſdictionis optimè inferatur nullitas actus, iuriſdictionem requirentis, vt communitèr Doctores: Quod dictum eſt de abſolutione à Cenſura, multò magis dicendum eſt de alijs pœnis contra eoſdem fulminatis, & in eadem Bulla Pontifici reſeruatis, ſuper quibus nihil poteſt Minor Pœnitentiarius quo ad diſpenſationem, & rehabilitationem.

Ex Bulla ipſa elicitur, in quibus caſibus, & à quibus perſonis Cenſura hæc incurratur.

Incurrunt enim omnes, & ſinguli cuiuſcumque gradus, & dignitatis exiſtant, vt ex terminis generalibus, quibus vtitur Pontifex deducitur, qui aliquem ex Inquiſitoribus, Aduocatis, Procuratoribus, Notarijs, alijſuè Miniſtris Sancti Officij, aut Epiſcopum in ſua Diœceſi id munus exercentem, aut Accuſatorem, Denunciatorem, vel Teſtem ex cauſa fidei quomodocumque productum, vel euocatum occiderint, vulnerauerint, deiecerint, vel perterrefecerint.

Item incurrunt, qui bona quæuis dicti Officij, aut Miniſtrorum expugnauerint, inuaſerint, incenderint, expilauerint; aut Scripturas, aliauè Inſtrumenta combuſſerint, diripuerint, interuerterint; aut ex incendio, alioùè modo exportauerint; aut in conflagratione, expugnatione, direptione, etiam inermes capiendi, vel comburendi, ſiuè ſupprimendi cauſa fuerint; aut res, vel perſonas ſeruari, defendiuè prohibuerint; aut Carcerem, aliamuè Cuſtodiam publicam, vel priuatam effregerint, vinctum extraxerint, ſeù emiſerint, aut capi prohibuerint, vel receperint.

Item incurrunt, qui in prædictis, auxilium, conſilium, vel fauorem præſtiterint, etiam effectu non ſubſequuto; ex quibus vltimis terminis deducitur, auxilium, conſilium, & fauorem in his caſibus prohiberi potiùs, vt actiones principales, quàm vt acceſſoriæ, dùm ab eodem incurritur Cenſura, licèt effectus prætenſus non ſequatur; quòd non procedit, quando

tales

tales actiones acceſſoriè tantùm prohibentur, vt multotiès ſupra fuit dictum in Cenſuris *Bullæ Cœnæ*.

Notandum ex *Bonac. de Cenſur. in particul. diſp. 2. quæſt. 2. punct. 13. num. 3.*, hanc Cenſuram, & alias pœnas locum habere, etiamſi Sanctum Officium procedat in qualibet alia cauſa ad eius Iuriſdictionem pertinente diſtincta, ac diuerſa à cauſa fidei, ſeù hæreſis; quia verba illa Bullæ *in cauſa fidei* ſolùm procedunt quo ad Teſtem offendentes, ſeù impedientes, non autem quo ad Accuſatorem, vel Denuntiatorem, aut etiam quo ad alios &c., quod à fortiori attendendum eſt à Pœnitentiario, dùm ex exceptione eidem facta in hac materia nulla habetur diſtinctio quo ad cauſam fidei, aut non fidei, ſed abſolutè facultas excipitur ob quamcumque cauſam concernentem Officium Sanctæ Inquiſitionis; conſequentèr abſolutè etiam eſt intelligenda in ordine ad quamcumque perſonam, etiam ad ipſos Teſtes quomodocumque productos, vel euocatos, ſi ob aliam cauſam concernentem officium Sacræ Inquiſitionis ab aliquo fuerint offenſi: Vndè concludendum eſt, delinquentes aliquo ex præfatis modis prohibitis ob cauſam ſpectantem ad Sanctum Officium nullo modo abſolui poſſe à Minori Pœnitentiario à Cenſura contra eos lata; cùm de omnibus, & pro ſingulis caſibus verificetur, quòd Officium Sanctæ Inquiſitionis in aliquo impedierint, vel offenderint; & ſic locum habeat exceptio; ſecùs verò eſt dicendum, quotiès aliquis præfatorum impediretur, aut offenderetur ob cauſam nullo modo ſpectantem ad Sanctum Officium, nam quo ad ſimiles actus, nec Bulla, nec exceptio procedit, vt eas legenti patere poteſt.

Digitized by Google

DVBIVM IX.

An Principibus, & alijs Perſonis Ius Imperij, vel Iuriſdictionis habentibus, necnon Dominijs, aut Rebuſpublicis, & Magiſtratibus, ſed Perſonis dicta Dominia, & Reſpublicas repræſentantibus, & Prælatis Superioribus, & Inferioribus ordinariam Iuriſdictionem habentibus in publicis caſibus, propter quos in Bulla Cœnæ excommunicantur, poſſit Minor Pœnitentiarius abſolutionem impertire, & eos à Cenſura abſoluere.

CONCLVSIO.

In publicis caſibus, proptèr quos Principes, & alij præfati excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, nullo modo abſolui poſſunt à Minori Pœnitentiario; ſecus verò in caſibus occultis.

FAcultas enim quoad tales actus publicos expreſsè excipitur in Tabella eidem Pœnitentiario; conſequenter quo ad ipſos caret Iuriſdictione, ſine qua abſoluere non poteſt ligatos aliqua Cenſura Bullæ Cœnæ in caſibus, in quibus præfati excommunicantur, cùm caſus fuerint publici; quamuis alitèr ſi caſus fuerint occulti, vt patet ex terminis ipſius exceptionis, quæ ad ſolos actus publicos ſe extendit. Verùm quia de huiuſmodi ſubiectis, etiam in ordine ad eaſdem Cenſuras Bullæ Cœnæ, in dubijs circa eamdem Bullam ſupra reſolutis ſufficientèr fuit tractatum, ad hoc vt Pœnitentiarius in proprio miniſterio limites ſuæ poteſtatis non excedat, parùm ſupereſt hìc addendum, cùm occurrente aliquo caſu, qui ſit de reſeruatis in Bulla Cœnæ, ſatis eſſe poſſit aduertere, àn caſus ſit publicus, vel occultus; & an Pœnitens ſit perſona ſubiecta tali Cenſuræ latæ, aut non; & poſteà reſoluere iuxtà facultatem datam, aut exceptam, ſecundùm quòd qualitates,

&

& circumſtantiæ caſus permiſerint; Vndè ſolùm explicandi veniunt termini perſonas exprimentes, quæ in dictis caſibus publicis abſolui non poſſunt à Minori Pœnitentiario vigore præſentis exceptionis: Principes autem, & alios Ius Imperij habentes non intelliguntur, quicumque aliquo modo Principes nuncupantur, aut habent merum, vel mixtum Imperium; ſed habentes Imperium Supremum, ſeù Ius Imperij, ſeù Principis Supremi, ſcilicèt, cùm tales Perſonæ, vel Reſpublicæ poſſunt omnia facere in ſuo Statu, quæ poteſt facere Imperator in Orbe Romano; quod Ius per Anthonomaſiam dicitur Ius Imperij *in l.1. ff. de conſtituen. Princip.*, & de iſtis loquitur in hac exceptione, & etiam in Bulla ſuper facultatibus Maiori Pœnitentiarij §. *Nequeat tamen*, vt notat *Theſaur. in praxi tit.5.num.29.*; Quod ſubiungitur, *vel Iuriſdictionis habentibus*; ſeù vt legitur in *Bulla loc.cit. Ius Imperij, etiam Vicario nomine habentes*; per iſtos intelliguntur Proreges, & ſimiles, qui vices gerunt, ſeù ſupremi Regis, & Ius Imperij habent in Regnis, & Prouincijs illis commiſſis.

Quòd ſubſequitur, necnon Dominijs, aut Rebuſpublicis, & Magiſtratibus, ſeù Perſonis dicta Dominia, & Reſpublicas repręſentantibus: aùt iuxtà Bullam, *ac Dominia, & Reſpublicas, ſeù Perſonas illorum, & illarum adminiſtrationem habentes, vel habere ſolitas*; Per iſtos intelliguntur Senatores earumdem Rerumpublicarum, ſeù Perſonæ, à quibus ſolet talis Reſpublica gubernari, vt declaratum ſupponit *Theſaur. loc. cit.*; Quod tandem dicitur, *& Prælatis Superioribus, & Inferioribus ordinariam Iuriſdictionem habentibus*; qui per ipſos intelligantur, ſatis de ſe patet; Nam Prælati nomine, propriè veniunt, nedùm Epiſcopi, & alij Superiores, ſed etiam alij Prælati Inferiores, ordinariam Iuriſdictionem habentes, & etiam Abbates, vt ex *Barboſ. de Appellat. verb. Prælatus*; vndè, & in Bulla ſuper facultatibus legitur, *Necnon Epiſcopos, & alios Superiores Prælatos*; ex quibus terminis magis comprobatur, quod pro intelligentia fuit præmiſſum.

Nullum igitur ex omnibus modo dictis, & expreſſis abſoluere poteſt Minor Pœnitentiarius in caſibus publicis ab ex-

com-

communicationibus contra eoſdem latis *in Bulla Cænæ*, ſiuè Sede Vacante, ſiuè Sede plena. Secùs verò in caſibus occultis, quia exceptio ipſa ſe ipſam reſtringit ad ſolos caſus publicos, vt ex littera patet, & in hoc nulla adeſt difficultas &c.

DVBIVM X.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere Regulares intra Clauſtra introducentes Mulieres ad malum finem, ſcilicet ad inhoneſtos vſus.

CONCLVSIO.

Regulares introducentes Mulieres intra Clauſtra Monaſterij, ſeù Conuentus ad malum finem, ſcilicèt luxuriæ, abſolui non poſſunt à Minori Pœnitentiario.

PRob. Quia caſus hìc quo ad Regulares eſt de exceptis in Tabella eidem Pœnitentiario; conſequenter eſt extra limites facultatis eidem conceſſæ, vnde nullo modo poteſt eos abſoluere defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, vt ſæpiùs fuit dictum de alijs Caſibus exceptis, & reſeruatis.

Notandum hìc, quòd B. Pius V. in ſua Bulla Regularium contra Superiores, & Subditos Monaſteriorum, ſeù Conuentuum præſumentes introducere, vel admittere Fœminas in dicta loca Religioſa fert ſententiam ſuſpenſionis à Diuinis ipſo facto incurrendam, ac priuationem, & inhabilitatem ad Officia, quæ pœnæ procedunt etiam de introductione abſque prætextu licentiarum ſecundum veriorem ſententiam, vt declarauit idem Pius in Bulla, *Decet Romanum*, quæ licèt non fuerit publicata per ſolitos Curſores D. Papæ, fuit tamen ad praxim deducta, & communiter habetur, ac ſi fuiſſet publicata, vt ex ſtylo Curiæ, & Sac. Pœnitentiariæ comprobatur, *Theſaur. de pœn. verb. Clauſura cap.3.*, *& Marc. Leo ſuper formula, Pro Religioſo introducente.*

T Simi-

Similiter Gregorius XIII. in Bulla, *Vbi gratiæ*: poſt latam excommunicationem Pontifici reſeruatam contra Mulieres ingredi audentes Monaſteria Regularium, eamdem etiam excommunicationem fert contra Religioſos, Fœminas intra Clauſtra introducentes, vel ingreſſum permittentes, quæ licèt videatur procedere ſolùm contra Superiores, & quando ingreſſus eſt ſub prætextu facultatum, tamèn praxis Curiæ, & Sac.Pœnitentiariæ etiam in hac parte eſt iuxta mentem ſupradicti Pij V. quo ad omnes, tàm Subditos, quàm Superiores, & quo ad omnem ingreſſum etiam ſine prætextu facultatum, vt clarè conſtat ex reſeruatione huius excommunicationis quo ad Regulares introducentes Mulieres intra Clauſtra ad inhoneſtos vſus, quæ omnibus Pœnitentiarijs D.Papæ trium Baſilicarum Vrbis eſt reſeruata ſine vlla diſtinctione quo ad Religioſos, & abſque prætextu facultatis quo ad mulieres, imò ex ſola cauſa luxuriæ; omnibus autem his ſuppoſitis.

Dubium oriri poteſt, quomodo excommunicatio hæc reſeruetur Pœnitentiarijs, ex quo idem Gregorius ſecundùm aliquos hanc ſibi non reſeruat in Bulla, ſicut ſibi reſeruat illam, quam fert contra Mulieres Monaſteria ingredi audentes, quo motiuo non deſunt, qui ab hac Cenſura reos abſoluant extra Pœnitentiariam.

Cui dubio ſatisfieri poteſt dicendo, quòd ex reſeruatione ipſa, quæ fit Pœnitentiarijs potiùs ſit inferrendum, excommunicationem hanc quo ad Regulares fuiſſe à Gregorio reſeruatam, dum Papa, cuius eſt explicare leges, & ſtylus Curiæ, præſertim Sac.Pœnitentiariæ, qui eſt interpretatiuus Conſtitutionis Papæ, ipſam reſeruant quo ad caſum ſpecialem in proprio Tribunali ſuis Miniſtris: nec deeſt fundamentum reſeruationis ex ipſamet Bulla Gregorij; nam Pontifex poſt latam excommunicationem contra Mulieres ingredientes, quam ſibi reſeruat; poſtea *ſub eadem excommunicationis pœna* (ſunt verba Bullæ) prohibet Religioſis, nè ipſas introducant, vel ingredi permittant; Ergò eamdem excommunicationem incurrunt Mulieres introductæ, & Religioſi introducen-

ducentes, cùm idem ſit prohibere aliquid ſub eadem excommunicationis pœna, ac ſub eadem excommunicatione; Ergò ſicut prima lata contra Mulieres eſt reſeruata, etiam ſecunda quo ad Religioſos cenſenda eſt reſeruata, explicitè prima, implicitè ſecunda; nam dictio *eadem* eſt relatiua præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, ſignificans identitatem in omnibus, & per omnia, vt habet *Barboſ. de diction. dict. 99. num. 1. cum Menoch., Rota, & alijs*; aliter nunquam verificari poteſt, quòd eamdem excommunicationem quis incurrat.

Ex reincidentia in eamdem Cenſuram hoc totum comprobatur; Abſolutus enim ad reincidentiam ab aliqua Cenſura Papæ reſeruata, ſi parere iudicato, aut parti ſatisfacere contempſerit iuxta ſibi præſcripta, procùl dubio in eamdem Cenſuram reincidit, ſi non paruerit, quæ ſimiliter etiam eſt reſeruata Papæ, aliter in eamdem non reincideret, ſi reſeruata non eſſet; quia ab hac abſolui poſſet à quolibet Confeſſario, quod de prima non ſequebatur; imò ſic reincidens commodum reportaret ex malitia, vt de ſe patet, quod non eſt præſumendum; Ita in propoſito eſt diſcurrendum, quòd ſi in eamdem excommunicationem incidunt Regulares introducentes Mulieres, quam incurrunt Mulieres introductæ, aut ingredientes Monaſteria; ſicut hæc eſt Papæ reſeruata, ita & illa eſt cenſenda reſeruata, aliter nunquam eadem dici poterit; currit enim eadem ratio de incidentia, & reincidentia in eamdem Cenſuram; Et hæc eſt ratio, quarè excommunicatio hæc reſeruetur Pœnitentiarijs D. Papæ in caſu ſpeciali; quia reſeruata eſt Papæ; & illam non vult totaliter, & abſolutè ſuis Pœnitentiarijs concedere; vt ex hoc, qui dubitant de hac reſeruatione, ſciant mentem Pontificis eſſe, quòd Cenſura hæc inter reſeruatas Papæ annumeretur; Tum etiam quia Sac. Pœnitentiaria in dubijs ſemper ſequitur tutiorem, & magis fauentem Animæ, vnde, & in hac reſeruatione, de qua alij dubitant, à ſuo ſtylo recedere non vult, ſed ſtat pro reſeruatione. Ideò &c.

Incurrunt hanc Cenſuram Regulares, quoties introducunt

 Mu-

Digitized by Google

Mulieres intra Clauſtra Monaſterij, ſeù Conuentus, nec abſolui poſſunt à Minori Pœnitentiario, quoties introductio fuerit ad malum finem, ſcilicèt luxuriæ; ſecùs ſi non fuerit ad malum finem, quia tunc poterunt abſolui: Nomine autem Monaſterij, ſeù Conuentus, hìc intelliguntur ea omnia quæ ſunt intra Monaſterij ſepta, & vna Clauſura clauduntur, *Sanch. lib.6. cap.*17. *num.*11., ſiuè ſit Clauſtrum, ſiuè Officina, ſiuè Hortus, ſiuè Camera, ſiuè Sacriſtia ab Eccleſia diſiuncta, ſiuè quicumque alius locus intra ambitum Clauſuræ contentus; quem ambitum, & Clauſuram ſi Religioſus violauerit, Mulierem introducendo, cenſuram incurrit, nec abſolui poterit, ſi ad finem malum ipſam introduxerit.

Per malum finem, ſeù ad inhoneſtos vſus, hìc aliud non intelligitur, niſi finis, & intentio committendi aliquod peccatum luxuriæ, *Graff. lib.*1. *de caſib. reſeru. cap.*5. *num.*9., vt qui introduceret Fœminam animo proferendi verba inhoneſta, faciendi actus impudicos, libidinosè eam tangendi, aut oſculandi, aut committendi alia inhoneſta, quæ omnia mortalia ſunt; Religioſus talem Fœminam introducens Cenſuram hanc incurreret, nec abſolui poſſet à Pœnitentiario, ſi aliquem ex dictis actibus luxurioſis committeret, quia tunc introductio eſſet ad inhoneſtos actus, ſeù vſus, propter quos facultas excipitur ipſi Pœnitentiario.

Abſolui tamen poteſt Mulier introducta etiam ad malum vſum, quia exceptio reſpicit ſolum Regulares introducentes, & cum ſit ſtricti Iuris, ſtrictè eſt intelligenda, nec eſt extendenda ad alium Caſum, etiam ſi adſit eadem ratio, & omnimoda ſimilitudo, vt ex *cap. Statutum de elect. in* 6., vt ſupra fuit dictum *Cap.*2. *Dub.*12.

Aduertendum hìc, quòd Sac. Pœnitentiaria quando abſolutionem, vel diſpenſationem concedit Regularibus ſuper hac introductione, & ſuper violatione Cenſuræ, ſi celebrauerint, ſolet decernere, vt remaneant priuati Officijs, & Dignitatibus ſui Ordinis, & inhabiles in futurum ad ſimilia, ſi introductio fuerit ad inhoneſtos vſus; ſi verò fuerit ad alium finem, tunc ſolet eos in totum rehabilitare.

DV-

Digitized by Google

DVBIVM XI.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere eos qui receperint munera à Perſonis Regularibus contra præſcriptum à Clemente, & Vrbano VIII., ſcilicet excedentia valorem decem ſcutorum monetæ.

CONCLVSIO.

Qui munera receperint à Regularibus perſonis, præter moderationem Vrbani VIII., ſcilicet excedentia valorem decem ſcutorum monetæ abſolui non poſſunt à Pœnitentiario Minori, niſi prius facta reſtitutione.

CAſus enim huiuſmodi recipientium munera à præfatis perſonis, vltra dictam moderationem, eſt reſeruatus Summo Pontifici ſine Cenſura tamen ante factam reſtitutionem, vt ex Bulla Clementis VIII. *Religioſæ Congregationes* §.9. ibi: *Adeo vt reſtitutione ipſa realiter non facta, neque etiam in foro conſcientiæ abſolui poſſint*; & eidem Pœnitentiario excipitur in Tabella ſub eadem moderatione, & reſtitutione præmittenda; Ergò niſi prius præceſſerit reſtitutio recepti, huiuſmodi recipientes abſolui non poſſunt à Pœnitentiario defectu poteſtatis.

Procedit reſeruatio hæc contra omnes, & ſingulas Perſonas Sæculares, vel Eccleſiaſticas cuiuſcumque gradus, ſtatus, dignitatis, ordinis, vel conditionis exiſtant, ſiuè ſit Dux, Rex, Imperator, Epiſcopus, Patriarcha, Cardinalis, ſiuè loci Ordinarius, Ordinis Protector, Vice-Protector, Generalis, Prouincialis, Superior localis, Monaſterij Officialis, aut etiam ſimplex, & particularis Religioſus; omnes inquam, & ſinguli, nemine excepto, qui munera acceperint à Regularibus vtriuſque ſexus, quacumque ex cauſa, aut prætextu, (exceptis caſibus permiſſis, de quibus infra) in hunc caſum reſer-

reſeruatum incurrunt, nec abſolui poſſunt à Pœnitentiario, quoties munus excedat valorem decem ſcutorum monetæ, niſi prius facta reſtitutione.

Sed notandum hìc primò, quòd ad ſedandos ſcrupulos Animarum, qui oriebantur circa intelligentiam talis Bullæ Clementis, aliam edidit Vrbanus VIII. incip. *Nuper à Congregatione*; in qua declarauit munera à Regularibus tribui poſſe ex cauſa gratitudinis, conciliationis beneuolentiæ, eiuſque conſeruationis erga ipſam Religionem, vel Conuentum, alijſque cauſis ex ſui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modeſtè tamen, & diſcretè cum conſenſu Superioris localis, vel maioris partis Conuentus, vbi ex Conſtitutione, vel conſuetudine Religionis aliàs requiratur.

Secundò. Quòd conſenſus Conuentus ex §. 3. Bullæ Clementis requiſitus ad leuiora eſculenta, & poculenta, ſeù ad deuotionem, ſeù religioſitatem pertinentia, munuſcula largienda, intelligitur de conſenſu aliàs requiſito, & vbi concurreret ſuſpicio ambitus.

Tertiò. Quòd ceſſante ambitus ſuſpicione, neque requiritur licentia Superioris in ſcriptis in caſu contento in §. 4. eiuſdem Bullæ Clementis, ideſt ad largitiones inter ipſos Religioſos faciendas.

Quartò. Conuiuia in excipiendis Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinarijs honorificè, & lautè, de quibus in §. 5. eiuſdem Bullæ, cenſeri tantùm prohibita, ſi decentiæ ſtatus Regularis aduerſentur.

Quintò. Reſtitutionem receptorum munerum in Caſibus non permiſſis fieri debere Conuentui, ad quem de Iure pertinent, ſi commodè id fieri poterit, aliàs fiat viciniori Conuentui reſpectu loci, vbi petita fuerit abſolutio. Hæc ibidem declarauit Vrbanus in alijs confirmans Conſtitutionem Clementis non obſtante quocumque vſu, ſeù abuſu contrario.

Ex qua moderatione Vrbani ſequitur, recipientes aliquid à Regularibus in caſibus per hanc moderationem ijſdem Regularibus conceſſis, non incidere in hunc caſum reſeruatum; & poſſe abſolui nulla reſtitutione facta; nam ſicut Regulares poſſunt

ſunt dare, ita & alij poſſunt recipere, & ſicut illi non incurrunt pœnas latas à Clemente in ſua Conſtitutione, ita nec iſti incurrunt caſum reſeruatum, nec tenentur ad reſtitutionem, cùm de ipſis non loquatur diſpoſitio.

Sic liberè, & abſque vlla reſtitutione facta abſolui poſſunt, qui receperint aliquid à Regularibus in remunerationem, ſeù compenſationem, ob aliud eiſdem datum, quia illud erat eis debitum ex gratitudine, & morali honeſtate, vndè nec dici poteſt muneris largitio, ſeù donatio, quæ gratis omninò fieri debet, & ex mera liberalitate prouenire, ſed potiùs permutatio, & debiti ſolutio, *Sanch. lib. 6. de matrim. diſputat. 6. num. 2.*, dummodò munera accepta, non excedant merita, quia qua parte excederent, haberent rationem donationis, & reſtitutioni eſſent ſubiecta, *Bonacc. de largit. muner. diſp. 3. punct. 3. num. 2.* Lex tamen gratitudinis poſtulat ſemper plus reddi, quam fuerit acceptum, moderatè tamen in ſubiecta materia arbitrio boni Viri.

Similiter liberè abſolui poſſunt, qui aliquid receperint titulo pietais, vel neceſſitatis, vel vtilitatis Conuentus, aut Religionis; vel pro bono pacis ad euitandum ſcandalum, ſeù dedecus, & vituperationem, vel titulo eleemoſynæ præſertim erga conſanguineos pauperes ipſorum Religioſorum, moderatè tamen, & diſcretè, *Sanch. opuſc. lib. 1. cap. 6. dub. 2. per tot.*, & generaliter quotieſcumqae aliquid receperint ex cauſa, vel cauſis de ſui natura actum virtutis, & meriti continentibus, quia ſicut Regulares in ſimilibus caſibus licitè poſſunt dare, vt declarauit Vrbanus cum licentia tamen Superiorum, vbi fuerit neceſſaria, ita & alij poſſunt recipere licitè, vt ſupra fuit dictum.

In alijs verò caſibus, in quibus interuenit vera, & liberalis donatio cum damno Religionis (nam donare, dilapidare, ac perdere eſt, *l. filius familias 1. ff. de donat.*) ſiuè etiam fiat ex motiuo ambitus intra, vel extra Religionem, locum habet diſpoſitio, tàm in dante, quàm in recipiente quo ad pœnas, & quo ad reſtitutionem, qua non præmiſſa abſolui nequeunt, qui talia munera acceperunt, ſi poſſint reſtituere; ſi autem

non

non poſſint, abſolui tantùm poterunt ſub cautione poſſibili reſtituendi quamprimum potuerint, quia ad impoſſibile nemo tenetur; Præcepta enim Eccleſiæ benignè ſunt explicanda, nec ad impoſſibile obligationem inducunt, vt communiter DD. Religioſi verò largientes, licèt in hac parte non contineantur in prohibitione, abſolui tamen debent cum promiſſione procurandi reintegrationem, ſeù reſtitutionem, *Bonacc. de largit. mun. diſp. 3. punct. 6. num. 32.*, admonendo ſcilicet eos, qui munera acceperunt, vt reſtituant, quibus nolentibus reſtituere, tenentur ipſi Religioſi ad reſtitutionem ex ſibi conceſſis, ſi ex tali diſtractione damnum Monaſterio fuit illatum; ſecùs verò ſi damnum nullum eſt paſſum, eò quòd Religioſus donauit, quod legitimè poterat conuertere in vſus honeſtos cum Superioris licentia, *Bonacc. loc. cit.*

Qui autem munera receperint infra valorem decem ſcutorum monetæ abſolui poſſunt à Pœnitentiario; quia caſus iſtorum eſt extra exceptionem; debet tamen fieri priùs eleemoſyna Religioni, ſeù Conuentui, cui de iure erit facienda, ſi commodè fieri poterit arbitrio ipſius Pœnitentiarij, quod arbitrium debet eſſe regulatum iure, & ratione, & æquitate, cum debeat eſſe arbitrium boni Viri.

Dubium eſſe poteſt de munere recepto, quis taxauerit pretium decem ſcutorum, ad hoc vt caſus receptionis ſit reſeruatus, aut non reſeruatus, poſſit, aut non poſſit Pœnitentiarius ab ipſo abſoluere, cum nec Clemens in ſua Conſtitutione, nec Vrbanus in ſua moderatione quidquam de muneris valore loquantur, & ipſa exceptio, quæ fit Pœnitentiario in Tabella, reſpiciat moderationem Vrbani.

Cui dubio reſpondetur, duplicem moderationem feciſſe Vrbanum in hac materia, vnam ad Conſtitutionem Clementis incip. *Nuper*; alteram ad facultates Sac. Pœnitentiariæ incip. *Regimini*, in qua §. 14. prohibet Tribunali abſoluere eos, qui munera à Regularibus acceperint ante factam per eos reſtitutionem quo ad munera, quæ valorem decem ſcutorum monetæ exceſſerint; ab hac igitur moderatione habetur prætium taxatum quo ad talia munera in ordine ad reſtitutionem

prius

prius faciendam ante abſolutionem, & de hac loquitur etiam in exceptione, quæ fit Pœnitentiario, non de prima; quod totum etiam confirmatum legitur in Bulla vltima ſuper facultatibus §. *Munera à Regularibus &c.*

DVBIVM XII.

An Pœnitentiarius poſſit abſoluere ab Excommunicatione lata ab Vrbano VIII. in Bulla incip. Exponi nobis *contra reuelantes Secretum Sacræ Rotæ Romanæ.*

CONCLVSIO.

Non poteſt Pœnitentiarius abſoluere ab hac Cenſura tale Secretum reuelantes.

CAſus enim etiam huiuſmodi Reuelantium dictum Secretum eſt de expreſsè exceptis in Tabella eidem Pœnitentiario, ergò ſuper iſtis caret poteſtate, & iuriſdictione, & conſequenter non poteſt manum apponere, vt eos valeat abſoluere à præfata Cenſura contra eos lata.

Notandum hìc, Cenſuram hanc non afficere tantùm ipſos DD. Auditores Rotæ, ſed etiam eorum Coadiutores, & Locatenentes, ac eorumdem ſtudij Adiutores, necnon perſonas illas particulares adiunctas, quarum vna ſolummodò vnicuique Auditori, eiuſque Coadiutori ſimùl conceditur in ſtudendo, alioſque labores perferendo: Vltra iſtos hic nominatos, qui omnes tenentur præſtare iuramentum de conſeruando Secretum ſuper omnibus, & ſingulis, quæ in Rota occaſione diſputationis Cauſarum dicuntur, & pertractantur. Cenſura hæc non procedit, vt ex eiuſdem Bullæ diſpoſitione apparet; Locum tamen habet, quæcumque perſona ſit illa, cui præfati Secretum quoquomodo reuelauerint directè, vel indirectè, nutu, ſcripto, vel verbo, aut quouis alio modo: Prohibet enim Pontifex, nè vlli omninò perſonæ vtriuſque

ſexus, ac cuiuſcumque qualitatis, conditionis, ſtatus, dignitatis, & præeminentiæ etiam Eccleſiaſticæ indiuidua mentione dignæ tale Secretum reueletur, exceptis ipſis Auditoribus, Locatenentibus, ſtudij Adiutoribus, & Adiunctis ſupradictis, & nominatis.

Incurrunt Cenſuram, & periuri ſunt Auditores, & eorum Locatenentes, ſi ſuffragia, ſeù Vota propria, vel alterius cuiquam patefecerint; ſi ea, quæ in eorum Auditorio, & Congreſſu, aut extra, & vbique locorum inter ipſos, ſiuè collegialiter, ſiuè non collegialiter dicta, & tractata fuerint alicui manifeſtauerint; Si Cauſas, aut Controuerſias in eorum Auditorio diſcuſſas, ſiuè alia, eorum Tribunal, & Auditorium, ſiuè perſonas litigantium, ſeù informantium quomodolibet concernentia, cuiquam indicauerint.

Incurrunt ſimiliter, & ſunt periuri ſtudiorum Adiutores, & alij Adiuncti, qui Vota, ſiuè ſuffragia tàm ſuorum, quàm aliorum Auditorum, ac Locatenentium alicui euulgauerint: Item ſi quid ex illis, quæ in Auditorio, ſeù Congreſſu DD. Auditorum tractata, & dicta fuerunt, aut quæ reſolutionem Cauſarum, & negotiorum impediuerint, vel promouerint, quomodolibet reſciuerint etiam minimum, alicui omninò perſonæ directè, vel indirectè, verbo, vel ſcripto, aut alio quoquomodo ſignificauerint.

Permittitur tamen *ijſdem Auditoribus, vt dicere, & ſignificare valeant difficultates, ob quas reſolutio in qualibet Rotali diſcuſſione dilata, ſeù quomodolibet impedita, ſeù rationes, & motiua, ob quæ illa facta fuerint, quæ in Cauſæ diſcuſſione adducta fuerunt partibus contendentibus, ſiuè collitigantibus, tacito tamen illius, ſeù illorum Auditorum, ſeù Locatenentium nomine, & cognomine, etiam correſponſalium, à quo, ſeù quibus difficultates præfatæ excitatæ, vel rationes, ac motiua etiam à partibus collitigantibus deducta, probata, ſeù amplexa fuerunt*: (ſunt verba Bullæ &c.)

D V-

DVBIVM XIII.

An poſſit Pœnitentiarius abſoluere à ſuſpenſione, aut ab Interdicto eos, qui in dictas Cenſuras à Iure, vel ab Homine latas inciderint.

CONCLVSIO.

Abſoluere non poteſt Pœnitentiarius à ſuſpenſione, aut ab Interdicto quemquam, quoties talis fuerit ab Homine nominatim ſuſpenſus, aut interdictus, vel pro ſuſpenſo, aut pro interdicto declaratus, ſiuè denuntiatus: ſecùs verò ſi aliter, & nullo ex dictis modis fuerit ſuſpenſus, vel interdictus.

PRima Pars probatur; quia eodem modo, & ſub eadem forma verborum excipitur in Tabella facultas abſoluendi à ſuſpenſione, & interdicto, ſicut excipitur abſolutio, ſeù facultas abſoluendi ab excommunicatione: legitur enim in Tabella: *Omnibus ab Homine nominatim excommunicatis, interdictis, vel ſuſpenſis, aut pro talibus declaratis, vel denuntiatis exceptis*; Ergò ſicut non datur facultas pro excommunicato, quotiès fuerit nominatim ab homine excommunicatus, vel pro tali declaratus, vel denuntiatus, vt pluriès ſupra fuit dictum; Ita pariter eſt dicendum de ſuſpenſo, vel interdicto, ſi ab homine nominatim fuerit ſuſpenſus, vel interdictus, aut pro tali declaratus, vel denuntiatus; currit enim eadem ratio, conſequenter & eadem diſpoſitio.

Prob. Secunda pars concluſionis; Pœnitentiario conceſſa eſt facultas *abſoluendi à quibuſcumque caſibus, & ſententijs excommunicationis, alijſque Eccleſiaſticis Cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cœnæ reſeruatis*; Ergò quod ſupra fuit dictum de excommunicatione, idem pariter cenſendum eſt de ſuſpenſione, & interdicto in ordine ad abſolutionem, & facultatem Pœnitentiarij; dictum autem

Digitized by Google

fuit in *Cap.2. Dub.2.*, *& ſeqq.* poſſe Pœnitentiarium abſoluere ab omnibus Cenſuris ab Ordinarijs reſeruatis, ſiuè latis per præcepta generalia, ſeù per Edicta, ſiuè per præcepta ſpecialia de futuro, ſiuè per Edicta generalia de præteritis culpis, & ab omnibus excommunicationibus etiam Sedi Apoſtolicæ quomodolibet reſeruatis; dummodò delinquens non fuerit ab homine nominatim excommunicatus, vel pro tali declaratus, aut denuntiatus, & facultas in Tabella non excipiatur; Ergò idem dicendum eſt de ſuſpenſione, & interdicto; Symbolizant enim Cenſuræ iſtæ cum excommunicatione, & de omnibus currit eadem ratio, ſicut datur eadem exceptio, quæ pro omnibus firmat regulam in contrarium. Videantur dicta in Dubijs *Cap.2.*, vbi habentur & caſus diuerſi pro clariori notitia huius reſolutionis, quos hic repetere non cenſetur neceſſe: ſatis ſit aduertere, Pœnitentiarium poſſe abſoluere à quibuſcumque Cenſuris etiam Sedi Apoſtolicæ quomodolibet reſeruatis, vbi dictiones illæ, *quibuſcumque*, *& quomodolibet*, quæ vniuerſalitatem præſeferunt, omnes caſus includunt, nullumque excludunt, vt ex communibus Iuribus, niſi aliundè facultas limitetur, & excipiatur, vt currit in facultate Pœnitentiarij, quæ excepta reperitur pro excommunicatis, ſuſpenſis, aut interdictis ab homine nominatim, aut pro talibus declaratis, vel denuntiatis; libera tamen, & in vigore ipſa remanente pro omnibus alijs caſibus ſub tali exceptione non contentis, vt eſt de natura ipſius exceptionis.

Supereſſet hìc agere de tribus alijs exceptionibus in Tabella poſitis reſpicientibus Apoſtatas à Religione, publicos Preſbytericidas, & Raptores bonorum naufragantium; ſed quia de ipſis ſufficienter in ſuperioribus Capitulis fuit dictum ad præſens intentum, ideò ad ibi dicta remittuntur; maximè cùm ſpeciales difficultates non præſeferant.

CAPVT

CAPVT VI.

De Votis.

ANtequam deueniatur ad Dubia, prænotandum, eſſentiam Voti conſiſtere, quòd ſit voluntaria, & deliberata promiſſio facta Deo de aliquo meliori bono, vt definitur communiter, quæ definitio ſemper eſt attendenda, quoties materia alicuius Voti occurrit, vt de eius ſubſiſtentia rectè iudicetur, cum Votum nequeat ſubſiſtere, niſi omnes præfatæ particulæ de ipſo verificentur, vt communiter DD.; ſimiliter notandum, poteſtatem ſuper Vota non eſſe poteſtatem Ordinis, ſed Iuriſdictionis ſpiritualis, traditam Apoſtolis, & relictam ipſorum Succeſſoribus; vnde obligationes, quæ per Vota inducuntur, non tolluntur per abſolutionem, ſed per diſpenſationem, aut commutationem; ex quo ſequitur, quòd, conceſſa quacumque facultate ſuper peccata etiam reſeruata, non cenſetur conceſſa hæc ſuper Vota, tanquàm poteſtas diuerſa, niſi exprimatur, vt ſolet exprimi, aut niſi aliundè conſtet de mente concedentis, quòd etiam hanc concedere intenderit: Inſuper notandum, poteſtatem ſuper Vota quo ad diſpenſationem, aut commutationem reſidere ſolùm apud Prælatos habentes iuriſdictionem in foro externo, vt notant *Bonac.*, *Filiuc.*, *& alij*; qua de cauſa, & ipſa nominatur poteſtas Iuriſdictionis, non Ordinis, vt præmiſſum eſt, & pertinet ad externam Eccleſiæ gubernationem, ſicut poteſtas excommunicandi, Indulgentias concedendi &c. Vnde diſpenſare poteſt Papa in omnibus Votis omnium fidelium, Epiſcopus in Votis Papæ non reſeruatis ſuorum ſubditorum; Prælati Regulares exempti reſpectu ſuorum Religioſorum, & Nouitiorum, & qui à Papa, vel ab Epiſcopo, aut ab alio Superiore facultatem ordinariam habente, priuilegium, aut poteſtatem obtinuerunt; vt habent à Summo Pontifice hanc poteſtatem Pœnitentiarij Apoſtolici, ſicut infra apparebit: His ſuppoſitis, ſit &c.

D.V.

DVBIVM I.

An Pœnitentiarij Apoſtolici trium Baſilicarum Vrbis poteſtatem habeant ſuper omnia Vota ſimplicia Summo Pontifici non reſeruata.

CONCLVSIO.

Pœnitentiarij D.Papæ inſeruientes in tribus Baſilicis de Vrbe poteſtatem habent ſuper omnia Vota ſimplicia eidem D.Papæ non reſeruata.

PRob. Exceptis quinque Votis Pontifici reſeruatis, ſcilicèt Caſtitatis, Religionis, Viſitationis liminum SS.Apoſtolorum Petri, & Pauli, Sepulchri Dominici, & S.Iacobi in Compoſtella iuxta Bullam ſuper facultatibus, quo ad alia Vota ſimplicia generalis poteſtas eiſdem eſt conceſſa; habetur enim ex facultatibus datis, quòd *poſſint per ſeipſos tantùm omnia Vota, etiam diſpenſando, commutare in alia pietatis opera, exceptis quinque præmiſſis*; Ergò quo ad cætera Vota non reſeruata, amplam poteſtatem obtinent; nàm dictio *omnia* in conceſſione poſita vniuerſalis eſt, omnia compræhendens, & nihil excludens de ſubiecta materia, niſi aliundè limitetur, ſicut nullibi limitata reperitur in ordine ad Vota Pontifici non reſeruata: quod etiam magis firmatur ex ipſa exceptione quinque Votorum reſeruatorum Papæ, dùm exceptio firmat regulam in contrarium, *Gloſs. in Rubr. de reg. iur. in 6.*, & declarat, quòd veniat in conceſſione quidquid non eſt exceptum, *Alexand. conſ.63. num.2. lib.6.*, *Aretin. conſ.142. num.2.*, *& ferè communiter*; ex quo enim tantùm reſpicit præfata quinque Vota Papæ reſeruata, ſequitur, quòd veniant in conceſſione omnia alia Vota ab illis quinque diſtincta, & diuerſa, nec eidem Pontifici reſeruata; & conſequenter, quòd ſint ſub poteſtate Pœnitentiariorum Domini Papæ.

Facul-

Facultatem igitur obtinent Pœnitentiarij D. Papæ ſuper omnia Vota ſimplicia non reſeruata, quæ conſiſtunt in ſola promiſſione vouentis, ad differentiam ſolemnium, quæ vltra promiſſionem includunt etiam externam acceptationem ex parte Dei, quæ fit per Prælatos, & Superiores eius nomine; *cap. vnic. de Voto in 6.*, ſiuè talia Vota ſint realia, ſiuè perſonalia, ſiuè mixta ex reali, & perſonali; ſiuè iurata, ſiuè non iurata; ſiuè ſint ad tempus, ſiuè perpetua; ſiuè interna tantùm, ſiuè interna, & externa ſimul; ſiuè abſoluta, ſiuè conditionalia; ſiuè pœnalia, ſiuè non pœnalia, quæcumque illa ſint, & quomodocumque emiſſa; dummodò non ſint de quinque Papæ reſeruatis, aut de ſolemniter emiſſis in profeſſione Religioſa, aut in ſuſceptione Sacrorum Ordinum; aut non ſint in præiudicium Tertij, omnia cenſenda ſunt, eſſe ſub poteſtate, & facultate Pœnitentiariorum D. Papæ &c. & poſſe ab ipſis diſpenſando commutari in alia pietatis opera.

DVBIVM II.

An poteſtas Minoris Pœnitentiarij ſuper Vota ſit ad diſpenſandum, vel tantùm ad commutandum eadem Vota.

CONCLVSIO.

Poteſtas Pœnitentiarij in ordine ad Vota non eſt ad diſpenſandum in illis, ſed ſolùm ad commutandum, quæ tamen Commutationes participant de diſpenſatione.

PRob. Differunt inrer ſe commutatio, & diſpenſatio: quòd hæc tollit omninò, & abſolutè relaxat obligationem Voti, nulla ſubrogatione facta; Commutatio verò non extinguit obligationem Voti, ſed illam transfert de vna ad aliam materiam, nempè à priori materia Voti ad materiam ſubrogatam, vt communiter DD. Non poteſt autem Pœnitentiarius omninò,

Digitized by Google

ninò auferre, aut abſolutè relaxare obligationem Voti, ſed ſolùm illam transferre de vna in aliam materiam, vt clarè apparet ex facultate ipſi conceſſa; inquit enim: *Poterunt Vota etiam diſpenſando commutare in alia pietatis opera*; vbi talia pietatis opera ſubrogantur primæ materiæ Voti, quæ vouens tenetur ſub eadem obligatione Voti adimplere; nàm ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur; Ergò poteſtas Pœnitentiarij ſuper Vota ſolùm eſt ad commutandum, non ad diſpenſandum, cùm teneatur alia pietatis opera ſubrogare, in quo conſiſtit tota ſubſtantia commutationis.

Non eſt tamen ſimplex commutatio, quæ datur à Pœnitentiario, ſed mixta cum aliquali diſpenſatione; participat enim aliquid de diſpenſatione; Nàm Voti commutatio fieri non poteſt, niſi in maiorem, vel æqualem, aut minorem materiam ſubrogatam primæ materiæ eiuſdem Voti ſecundùm ſententiam communem; clarum eſt autem, quòd ſi commutatio fiat in minorem materiam, talem commutationem mixtam eſſe cum aliquali diſpenſatione; Voti enim commutatio eſt quidam contractus inter commutantem nomine Dei, & ipſum vouentem, qui contractus æqualitatem petit inter illa, quæ commutantur, ſiuè permutantur, vt habent *Doctores de contractibus*: non ſeruata autem tali æqualitate in Voti commutatione, minorem materiam ſubrogando, ſequitur remitti partem illam, quæ deficit ad æqualitatem conſtituendam, quę remiſſio ſolùm per diſpenſationem habetur, cùm illi competat obligationem relaxare, vt docet *Sanch. lib.4. ſumm. cap.50. num.4. cum cit. ab ipſo*: Similiter, ſi in commutatione æqualis materia ſubrogari putetur, adhùc aliquali diſpenſatione neceſſe eſt admiſceatur; quia vt benè notat *Caſtropal. de Voto diſp.2. punct.16. num.5.* difficillimum eſt, & ferè impoſſibile æqualitatem in materia ſubrogata euidenter cognoſcere; Ergò raro, vel nunquam talis commutatio fieri poteſt ſine aliquali diſpenſatione; nàm quouſque non conſtet euidenter de æqualitate, præſumptio ſtat pro inæqualitate, & ſic talis commutatio diſpenſatione aliqua indiget, ſicut dictum eſt de

com-

commutatione in minorem materiam; alitèr ſemper ſub dubio remaneret perfectio talis commutationis, & etiam acceptatio ex parte Dei, cùm euidentèr non conſtaret de æqualitate materiæ ſubrogatæ, vt petit commutatio ſecundùm communem ſententiam; nec Deo æquè grata eſſe poſſit inæqualis compenſatio in ratione ſimplicis commutationis, cùm *iuſtus Dominus iuſtitiam diligat*, non iniuſtitiam, quam etiam homines reprobant in commutatione inæquali.

Tùm etiam, quia hac de cauſa valdè controuertitur à Doctoribus, an vouens propria auctoritate poſſit Votum ſuum commutare in materiam æqualem, ſicut ab omnibus eidem conceditur in materiam maiorem, & euidentèr meliorem, vt ex Doctoribus apparet: Ergò etiam quando datur à Pœnitentiario in æqualem materiam, non eſt extra dubium, an danda ſit ſine aliqua diſpenſatione ob eadem motiua; maximè cùm dentur plures materiæ, quæ per ſe ſpectatæ æquales apparent; at omnibus perpenſis tales non ſunt, & inæquales cognoſcuntur, vt ex eodem *Caſtropal. ibid. cum Suarez*, *Sanchez &c.*

Quibus dubijs, & incommodis vt occurrat Pontifex in ſuo Tribunali Sac. Pœnitentiariæ ad fauorem Animarum, & ſecuritatem commutationum Votorum, dum ſuo Maiori Pœnitentiario, ſuiſque Min. Pœnitentiarijs facultatem tribuit commutandi Vota in alia pietatis opera, iungit etiam ſimul facultatem diſpenſandi, vt ibi; *poſſit diſpenſando commutare*; & in Formulis, ibi, *diſpenſando commutes*; pro principali concedens commutationem, & pro acceſſorio diſpenſationem, vt in omni commutatione cuiuſcumque Voti ſuppleatur per diſpenſationem, quòd in ſubrogando materiæ Voti alia pietatis opera deeſſe poteſt ipſi commutationi, quod eſt conforme Sacris Canonibus, dum in Iure Canonico nulla pura reperitur diſpenſatio à Papa conceſſa, ſed ſemper admixta commutatione, & è contrario, vt *cap. 2.*, *cap. Magnæ*, *cap. Quod ſuper his de Voto*, vbi ſemper Votum in aliud pietatis opus diſpenſando commutatur; Sicut & ſemper conſueuit Sac. Pœnitentiaria Vota commutare.

Quò verò ad commutationem in materiam euidentèr maiorem, & meliorem, dùm ipſemet, qui vouit, propria auctoritate poteſt ipſam facere, cùm res melior ſemper Deo ſit gratior, & in omni Voto videatur incluſa conditio, niſi perfectior materia eligatur, vt communitèr Doctores; talis non indiget facultate Pœnitentiarij, ſed à ſe ipſo poteſt proprium Votum in materiam euidentèr maiorem commutare; indiget tamèn conſilio Confeſſarij, nè in electione maioris materiæ erret, putans maiorem, quam fortè Vir prudens, vix æqualem iudicabit; ſæpè enim aliquæ materiæ per ſe ſpectatæ maiores, & meliores apparent, quæ omnibus perpenſis, tales non ſunt, ſed vix æquales; vt ſimilitèr ſupra fuit dictum de materia æquali ſubroganda materiæ Voti.

Igitur ſi facultas Pœnitentiarij quo ad Vota in hoc conſiſtit, quòd poſſit eadem etiam diſpenſando commutare in alia pietatis opera, benè ſequitur, commutationes ab ipſo factas mixtas eſſe diſpenſatione, alitèr ſuperfluè poneretur in ipſa facultate verbum iſtud *Diſpenſando*, cùm ad nihil inſeruiret; & Pœnitentiarius ipſe limites ſuæ facultatis non cuſtodiret, & contra intentionem concedentis facultatem ageret, ſi alitèr procederet, etiam contrà ſtylum Sacræ Pœnitentiariæ, & Sacrorum Canonum.

Duo hìc ſunt notanda; Primum eſt, poſſe quidèm vouentem ſua Vota auctoritate propria in materiam euidentèr maiorem commutare, dummodò tamèn non ſint Vota verè reſeruata; eò enim ipſo, quòd Votum eſt reſeruatum, non eſt ampliùs ſub poteſtate vouentis, ſed ſubditur arbitrio Superioris: Excipitur tantùm commutatio in Religionis ingreſſum, in quem quodlibet Votum mutari poteſt, propter ſummam Status Religioſi perfectionem, vt habetur *ex cap. Scripturæ de Vot.* ibi: *Reus facti Voti non habetur, qui temporale obſequium in perpetuam noſcitur Religionis obſeruantiam commutare*. Secundùm eſt; Pietatis opera, quæ in Voti commutatione ſunt ſubroganda, licèt inęqualia eſſe poſſint primæ materiæ Voti, vt detur locus etiam diſpenſationi; talis tamèn inęqualitas debet eſſe moderata, & non nimis exorbitans,

Digitized by Google

tans, vt apertè deducitur ex verbis ipſius facultatis, dum habet, *Diſpenſando commutare*; vbi vt principale ponitur, *commutare*, & vt acceſſorium iungitur, *diſpenſando*; itaùt eſſe debeat eſſentialitèr commutatio, quæ de ſui natura eſt in maius, vel in æquale; & per acceſſoriam diſpenſationem à rigore naturæ ſuæ aliquantiſpèr recedat; ergò moderata, & non exorbitans debet eſſe inæqualitas materiæ ſubrogatæ in commutatione Voti; cùm acceſſoria diſpenſatio ſequi debeat naturam ſui principalis, ſcilicèt commutationis, eius naturam non multùm immutando, nè quod acceſſoriè ponitur, locum habeat principalis, nempè plus diſpenſando, quàm commutando, quod eſſet contrà intentionem Pontificis, qui facultatem dat Pœnitentiario, vt poſſit diſpenſando commutare, non commutando diſpenſare: quod etiam ex praxi Tribunalis, quæ habetur in formulis pro Votis reſeruatis, euidentèr colligitur, dum huiuſmodi Vota in alia pietatis opera diſpenſando commutat, aut mandat executori, vt diſpenſando commutet, ſeruatis ſeruandis in hac parte, vt conſideranti apparet.

Aduertendum tamèn, quòd hæc moderata inæqualitas, non eſt ità ſcrupulosè, & rigorosè ſumenda, vt certò de illa conſtare debeat, ſed ſatis erit, ſi probabilitèr conſtet; & talis tunc cenſeri poterit, quotiès moralitèr exceſſus manifeſtè non appareat: Vt autem in hac ſubrogatione facienda cum morali probabilitate procedatur, prudentia Pœnitentiarij eſt neceſſaria, dum eius arbitrio eſt remiſſa; Vndè rationi conſonum erit, priùs conſiderare ſtatum, ſexum, complexionem, & qualitatem tùm ipſius vouentis, tùm operis promiſſæ, tùm finis, ob quem Votum factum eſt; quibus benè perpenſis, in ordine etiam ad diuinum cultum, meritum, & ſatisfactionem, facilè poſteà erit ſubrogare opera illa pietatis, quæ magis congrua iudicabuntur ipſi Pœnitenti, & etiam fini, proptèr quem factum fuit votum; cùm etiam inter res diuerſas hæc moralis æqualitas, aut inæqualitas conſiſtere poſſit, maximè cùm in alia pietatis opera hæc commutatio, & ſubrogatio ſit facienda; ſemper tamen aduertendo, quòd ſicut vnum, & idem pondus vni poteſt eſſe graue, & alteri leue ob virium diuer-

ſitatem; ità hoc, vel illud opus pietatis vni poteſt eſſe leue, alteri verò graue ob diuerſitatem ſtatus, ſexus, complexionis, aut alterius circumſtantiæ, quæ omnia à prudenti Pœnitentiario benè conſiderata, viam ipſi aperient ad rectè, & moderatè procedendum in Votorum commutatione.

DVBIVM III.

An ſupra quinque Vota, quorum diſpenſatio, & commutatio Papæ eſt reſeruata, poſſit quidquam Minor Pœnitentiarius.

CONCLVSIO.

Super Vota Caſtitatis, Religionis, Viſitationis liminum Apoſtolorum, Terræ Sanctæ, & Sancti Iacobi in Compoſtella, quæ ſunt Papæ reſeruata per Extrauag. Et ſi Dominici 2. de pœnitent., & remiſſ., facultatem non habet Pœnitentiarius ad illa commutanda in alia pietatis opera.

EXpreſsè enim, & ſingillatìm excipiuntur in Tabella; Ergò defectu poteſtatis, & Iuriſdictionis non poteſt Pœnitentiarius ipſa diſpenſando commutare, cùm facultas eidem conceſſa limitetur ad ſola Vota Pontifici non reſeruata; limitata autem conceſſio extra limites aſſignatos extendi non poteſt, maximè expreſſa exceptione data. Igitur.

Aduertendum, dari aliqua Vota circa has materias, quæ tamen Papæ non ſunt reſeruata, & conſequentèr ſub exceptione non continentur, & ſic commutari poſſunt à Pœnitentiario; Nàm, vt ex Doctoribus habetur, Papæ non ſunt reſeruata. Primò; Votum ſeruandæ caſtitatis coniugalis, niſi ſit annexum profeſſioni in Religione Militari: Secundò; Votum Caſtitatis limitatum ad certum tempus, vel ad certum obiectum: Tertiò; Votum non petendi debitum coniugale: Quartò;

tò; Votum cœlibatus, ſeù non contrahendi matrimonium; quorum omnium ratio eſt, quia reſeruationes, cùm exorbitent à Iure Communi, ſtrictè ſunt interpretandæ; & ideò, cùm Votum Caſtitatis reſeruatur, explicari debet de Caſtitate perpetua, & ſimplicitèr dicta, cuiuſmodi non ſunt Vota modò recenſita, *Sylueſt. verb. Votum* 4. *quæſt.* 3. *dict.* 6., *Laym. cap.* 8. *num.* 8., *Theſaur. in Praxi Sac. Pœnit. tit.* 10. *num.* 1.

Reſeruatum non eſt quintò Votum Sacri Ordinis ſuſcipiendi, quia id non eſt Votum Caſtitatis, ſed aſſumendi Statum, cui tacitè annexum eſt Votum Caſtitatis, *Laym. ibid. cum citatis ab ipſo*: Sextò: neque Votum ingrediendi ſtrictiorem Religionem, quia in illo diſpenſatus, non diſpenſatur in Voto Religionis ſecundùm ſe, ſed tantùm ſecundùm modum, ſeù circumſtantiam, *Syluestr.*, *Theſaur.*, *Laym. loc. cit. cum allegat.* Septimò: neque Votum de materia quinque Votorum Papæ reſeruatorum, ſi ſit metu reuerentiali factum; reſeruatio enim intelligenda eſt de libero, nè ita reſeruetur coactum, ſicut ſpontaneum, *Leſſ. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 127., *Theſaur. de pœn. verb. Votum* §. *Limita ſeptimò*.

Neque reſeruatum eſt octauò Votum de dictis quinque materijs reſeruatis, ſi vouens dubitet de animo ſe obligandi tùnc habito, nec nè; nam reſeruatio, cum ſit odioſa, eſt ſtrictè intelligenda, & reſtringenda ad caſus certos; dubij enim, non comprænenduntur ſub reſeruatione, *Sanch. in Decalog. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 26., *Theſaur. ibid.* §. *Limita ſecundò*: Nonò: neque Votum de ijſdem quinque materijs, ſi fuerit pœnale, *Theſaur. ibid.*; quia talia Vota non fiunt ex affectu rei promiſſæ, ſed in pœnam alicuius delicti; ad hoc autem, vt ſimilia Vota ſint reſeruata, debent procedere ex affectu rei promiſſæ, tanquam actus Religionis abſolutè, & ſimplicitèr intenti, *Laym. cap.* 8. *num.* 9. *cum citat.*, *Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſp.* 10. *num.* 8. *cum alleg.*, *Theſaur. ibid.* §. *Limita ſecundò*; ex quo enim reſeruatio eſt odioſa, ſtrictè eſt intelligenda, & ſic reſpicere ſolos actus ſimplicitèr rei reſeruatæ, vt Religionis, Caſtitatis &c. huiuſmodi autem non ſunt Vota pœnalia.

Decimò: neq; Votum diſiunctiuè factum, ſcilicèt, de materia

reſeruata, & non reſeruata; vt ingredi Religionem, vel Sacerdotem fieri; quia poteſt ſe determinare ad non reſeruatam; & fauet regula in alternatiuis &c. *de reg. Iur. in 6.*; conſequentèr Votum non obligat ad rem reſeruatam, & ſubindè reſeruatum non eſt, *Sanch. in Decalog. lib. 3. cap. 40. num. 42*, *Theſaur. loc. cit. §. Limita nonò*. Hæc, & ſimilia Vota de his quinque materijs commutari poſſunt à Min. Pœnitentiarijs, cùm ſub reſeruatione non cadant; & omnia Vota Papæ non reſeruata ſub generali facultate eiſdem conceſſa contineantur, dum dicitur; *Poterunt omnia Vota, etiam diſpenſando commutare in alia pietatis opera; Exceptis Votis Caſtitatis, Religionis, Viſitationis Liminum Apoſtolorum, Terræ Sanctæ, & Sancti Iacobi in Compoſtella*; quæ exceptio eſt intelligenda de his Votis, proùt à Pontifice excipiuntur *in Extrauag. Et ſi Dominici ſupracitata*; nempè in propria ſignificatione, & vt ſunt actus veri, & ſimplicitèr tales, non autem ſi ex circumſtantijs ſint tantùm ſecundùm quid tales, ad ſenſum, & intentionem Pontificis talia Vota reſeruantis.

Tempore verò alicuius Iubilęi conſideranda eſt facultas, quæ in ordine ad Vota ſit conceſſa, & quæ reſeruata in ipſa Bulla: nàm ſi concedatur facultas commutandi omnia Vota, excepto Voto Caſtitatis, & Religionis, tùnc etiam cœtera reſeruata cenſentur conceſſa, cum exceptio oſtendat, quòd cœtera omnia veniant in conceſſione, ſi facultas extendatur in genere ad reſeruata, complectitur etiam Vota Caſtitatis, & Religionis; nam ſicut cadunt ſub reſeruatione, compræhenduntur etiam ſub nomine reſeruatorum; nec indigent exprimi in ſpecie, ſicùt hæreſis; Si excipiatur ſolùm Votum Caſtitatis perpetuæ, aut Religionis, facultas extenditur ad non exceptum, quia exceptio declarat conceſſionem; ſi concedatur ſolùm Votum Caſtitatis, aut Religionis, non cenſetur conceſſum, quod non eſt expreſſum, quia in ijs, quæ ſpecialia ſunt, non cenſetur aliquid conceſſum, niſi exprimatur.

Si concedatur facultas quo ad omnia Vota expreſſo Voto Caſtitatis, aut Religionis, cum dictione *Etiam*; cenſetur conceſſa

Digitized by Google

ceſſa facultas quo ad Vota minora reſeruata, nempè triplicis Peregrinationis; quia dictio *Etiam* explicat caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem, *cap. Vnico de commodat., vbi DD.*; Si concedatur facultas quo ad omnia Vota, exceptis tribus Votis peregrinationum reſeruatarum, non per hoc eſſent conceſſa Vota Caſtitatis, & Religionis; quia denegatis minùs ſtrictè reſeruatis, multò magis cenſenda ſunt denegata magis ſtrictè reſeruata; præſertim cùm non ſint de genere regulæ, cùm ſint reſeruata; Si tamèn in conceſſione facultatis exprimerentur in genere Vota reſeruata, exceptis Votis peregrinationis, aut aliquo ipſorum, tunc eſſet conceſſa facultas pro Votis Religionis, & Caſtitatis, quia exceptio firmaret regulam in non exceptis; & Vota Religionis, & Caſtitatis eſſent de regula ex vi conceſſionis generalis circa reſeruata, *Sanch.lib.4.ſumm.cap.40.nu.20., Boſſius de Iubil. ſect.2.caſu 8.num.29., Paſqualig. de Iubil. q.292. per totam, & alij &c.*

DVBIVM IV.

An Pœnitentiarius vigore facultatis ſibi datæ ad commutanda Vota poſſit etiam Iuramenta Deo, vel Sanctis facta diſpenſando commutare.

CONCLVSIO.

Eodem modo poteſt Pœnitentiarius commutare Iuramenta Deo facta, ſicut commutat Vota.

PRob. Poteſtas data Pœnitentiario quo ad Vota eſt facultas commutandi obligationem vouentis ortam ex Voto, prouenientem ex virtute Religionis, & ſoli Deo tanquàm Creditori acquiſitam; at eadem eſt obligatio iurantis orta ex Iuramento, proueniens ex virtute Religionis, & ſoli Deo tanquàm Creditori acquiſita; nam obligatio, & materia vtriuſque vinculi ordinatur ad ſolum Deum, eiuſque honorem, & ſolus

Digitized by Google

ſolus Deus eſt vtriuſque obligationis Creditor; Ergò potens commutare Vota, poteſt & Iuramenta eiuſdem materiæ cùm Voto ſoli Deo facta commutare. Nec obſtat, quod talis obligatio proueniat à diuerſis cauſis, nempè à Voto, & Iuramento; quia cùm obligatio hinc indè proueniens ſit eadem, cum ſit de eadem materia, ab eadem virtute, & in ordine ad ipſum Deum Creditorem, ſemper remanet intrà ſpheram eiuſdem facultatis, & conſequentèr potens commutare Votum, poteſt & Iuramenta commutare, cùm in ordine ad hunc effectum habendum, Votum, & Iuramentum æquiparentur, & ſic diſpoſitum de vno cenſeatur etiam diſpoſitum de alio iuxtà regulam communitèr receptam à Doctoribus de æquiparatis *ex cap. Poſtquam §. fin. de elect. in 6.*

Firmatur; quia hæc Iuramenta ob affinitatem cum Votis, Vota in communi æſtimatione hominum reputantur, vt ſatis colligitur *ex cap. Peruenit il 2. de iureiur.*, vbi dicitur propoſitum, aut promiſſum non infringit, qui in melius commutat; nomine enim propoſiti, aut promiſſi, non ſolùm Votum, ſed & iuramentum intelligitur, cùm regula ponatur ſub titulo de Iureiurando, & replicetur ſub titulo de Voto *in cap. Scripturæ*, & propriè ad Votum pertineat; & ſit certiſſimum tàm vnum, quàm aliud poſſe in melius commutari, vt patet in profeſſione Religioſà, in quam omnia Vota, & omnia Iuramenta pia poſſunt commutari; Ergò poteſtatem habens ſuper Votum, eamdem habet & ſuper hæc Iuramenta, quæ ſecundùm communem æſtimationem pro Votis habentur; cum enim ſint de materia, quæ concernit Dei honorem, continent implicitè voluntatem dandi aliquid Deo, & quandam tacitam promiſſionem, & proindè habent annexum, tacitum, & virtuale Votum, Igitur &c. Et certè, ſi facultas data circa Iuramenta Deo facta extenditur etiam ad Vota, licèt Votum ſecundùm *D. Thomam 2.2.q.89.art.6.* ſit fortiùs vinculum Iuramento, vt ſuſtinent *Sanch. in ſum. lib. 4. cap. 53. num. 10.*, *Suarez de Vot. cap. 14. num. 24.*, *& alij*; Multò magis venit extendenda facultas circà Vota data ad hæc Iuramenta, non ſolùm quia militat eadem ratio æquiparatorum, & identitatis obligationis,

nis, quæ commutatur; ſed etiam quia vinculum fortiùs, vt eſt Votum, faciliùs trahit ad ſe minus fortè, vt eſt Iuramentum, quàm è contra; hanc ſententiam ſequuntur etiam in ordine ad diſpenſationem *Suarez de Vot. cap.* 14 *num.* 6., *Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 28., *Pontius de matrim. lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 4., *Palaus de Iuram. punct.* 1. *num.* 5., *& multi alij*, quos congerit *Paſqualig. de Iubil. quæſt.* 278. *num.* 3.

Non obſtat, quòd quandoque concedatur facultas circa Iuramenta ſeorſim à facultate circa Vota; vt etiam conceditur Maiori Pœnitentiario in Bulla *ſuper facultatibus* §. *Vota*, *et* §. *Iuramenta*: quia hoc aliquandò fit maioris explicationis gratia, & vt expreſsè concedatur, quod eſt implicitè conceſſum: & aliquandò fit, quia talis facultas reſpicit etiam Iuramenta de alia materia diuerſa à materia Votorum; aut vt tali occaſione iuramenta aliqua excipiantur; ſicùt excipiuntur Maiori Pœnitentiario Iuramenta Ius Tertij lędentia eadem occaſione, qua eidem conceditur facultas in ordine ad Iuramenta.

Non obſtat ſecundò dicere, quòd Priuilegia ſint ſtricti Iuris, conſequentèr nec poteſtas data ſuper Vota poteſt extendi ad iuramenta, cum & ipſa ſit ſtrictè intelligenda: Nàm negatur, priuilegium, ſeù poteſtatem diſpenſandi eſſe ſtricti Iuris; imò, cùm ſit fauorabilis, eſt latè interpretanda, cùm nulli ſit præiudicialis, niſi ipſi concedenti; & tanquàm beneficium Principis latè eſt interpretandum, maximè cùm talis poteſtas detur, vt diſpenſans Principis vice fungatur, *Sanch. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 2. *num.* 1. *innumeros referens*: diſpenſatio vtique, tanquàm vulnerans Ius commune, eſt odioſa, & ſtrictè accipienda, *cap.* 1. §. *ille de filijs Presbyter. in* 6., ſed cùm hìc non loquatur de diſpenſatione, ſed de poteſtate in ordine ad diſpenſanda, vel commutanda Vota, vt fauorabilis extendi etiam debet ad Iuramenta ſoli Deo facta ob rationes ſuperiùs allatas; Et ſic concludendum, Pœnitentiarij poteſtatem in ordine ad Vota commutanda extendi etiam ad Iuramenta de eadem materia.

Quod dictum eſt de Iuramentis abſolutis factis in obſe-

Digitized by Google

quium Dei, idem dicendum eſt de Iuramentis concomitantibus ipſa Vota; quandò ſcilicèt Votum,& Iuramentum concomitantèr ſe habent, & vnum factum eſt ſine cogitatione alterius: nam per talem concomitantiam vnum non mutat naturam alterius, & nihil de nouo additur ſupra id,quod votum,& Iuramentum dicunt diuiſim; ergò ſicut diuiſim continentur ſub facultate conceſſa,& poſſunt ſeparatim diſpenſando commutari; ità ſi ſimul concurrant, & ſolùm concomitantèr ſe habeant, poterunt commutari; facultas enim conceſſa ſe extendit ad omnia conceſſa, etiam ſi ſimul concurrant,vt ſi concurrant plura Vota, aut ſi concurrant plura reſeruata habenti facultatem.

Similitèr idem eſt dicendum de Votis iuratis; vt ſunt illa, quorum obſeruantia eſt etiam iuramento confirmata, & iuramentum tanquam confirmatorium cadit ſupra Votum:Nàm, vt notat *Pontius loc.cit.* nullum eſt Ius, quo diſponatur per facultatem diſpenſandi in Voto, non intelligi Votum Iuramento firmatum; Ergò potens ſupra Votum poteſt, licèt ſit iuratum, cùm nullo Iure alitèr diſponatur: Tùm etiam quia, qui facit Votum, & poſteà illud confirmat Iuramento, ſolùm vult perſeuerare iuramentum perſeuerante obligatione Voti; ergò, ablata obligatione Voti per diſpenſationem, auferſertur etiam obligatio Iuramenti, cùm auferatur materia vtriuſque;Facit etiam ad hoc ratio ſupra poſita pro iuramento concomitante; nam neque hoc Iuramentum confirmatorium immutat naturam ipſius Voti; ergò eadem poteſtas ſuper vnum, & ſuper aliud; Imò ſi aduenit Voto facto, Votum reſpectu ipſius ſe habet vt ſubiectum;Ità *Suarez de Vot.cap.*14. *num.*19., *Pontius loc.cit.num.*5., *Caſtropal.diſp.*3.*pun.*1.*nu.*5., *Paſqualig.de Iubil.q.*279.*num.*280. *alios citans*. Quæ autem hìc dicta ſunt de diſpenſatione, multò magis ſuſtinentur de commutatione, in qua tantùm noua materia ſubrogatur primæ materiæ Voti, & Iuramenti.

Notandum hìc,quòd Iuramentum de quinque materijs reſeruatis factum per modum ſolius confirmationis propoſiti, non per modum promiſſionis Deo, vel Sanctis factæ, non eſt re-

reſeruatum, vt habent *Sanch. lib.8. de matrim. diſp.13. nu.3., & in ſum. lib. 3. cap. 19. num.6., Theſaur. de Prax. S.P. tit.* 10. ſolum enim Iuramentum, quod vergit in præiudicium Tertij, ſolet reſeruari: secùs verò ſi eſſet per modum promiſſionis factæ in ordine ad Deum, quia tunc idem curreret, quod currit de Voto, *Sanch. & alij loc. cit. cum Dian. par.4. tract.4. reſolut.69.*

DVBIVM V.

An abſque cauſa poſſit Pœnitentiarius commutare Vota tàm reſeruata, quàm non reſeruata.

CONCLVSIO.

Sine vera, & ſufficienti cauſa non poteſt Minor Pœnitentiarius commutare Vota, ſiuè reſeruata ſint, ſiuè non reſeruata.

PRob. Quia talis ſemper fuit ſtylus vſitatus in Sac. Pœnitentiaria, in qua nunquam fuit conſuetum quidquam concedere, aut expedire circa Vota, niſi vera, & ſufficienti cauſa præexiſtente, proùt ex ipſis formulis Tribunalis maniſeſtè apparet; Ergò nèc Pœnitentiarius poteſt aliter Vota commutare, vera, & ſufficienti cauſa non concurrente; Nam ſtylus Curiæ declarat mentem Principis, & habet vim Legis, *cap. quam graui de crimin. falſ.*; maximè cum idem Pontifex mentem ſuam etiam expreſſerit in Bulla *ſupra Facultatibus* §. *Vota*, dum ſuo Maiori Pœnitentiario facultatem concedit ſuper eadem Vota cum ſequenti obligatione, *Conſideratis cauſis commutationum, dilationum, abſolutionum, & diſpenſationum huiuſmodi*; Si autem ab ipſo cauſæ ſunt conſiderandæ, neceſſariò cauſæ debent interuenire, quibus non præexiſtentibus ad præfatos actus circa Vota non poteſt validè deuenire, cùm excederet terminos propriæ poteſtatis; Ergò multò magis hoc venit ſuſtinendum de Minori Pœnitentiario,

Digitized by Google

qui à ſtylo Tribunalis non poteſt recedere, nec Formulas conſuetas commutare; nam ex immutatione ſtyli infertur falſitas gratiæ, *Marc. Leo de Formul. pag.7. §. Hic autem*.

Accedit, quòd facultas Minoris Pœnitentiarij circa Vota non eſt pro ſimplici commutatione danda, vt etiam ſupra fuit dictum, ſed pro commutatione mixta diſpenſatione iuxtà praxim Tribunalis; inquit enim *Textus* facultatis, *poterit Vota diſpenſando commutare*; diſpenſatio autem neceſſariò requirit iuſtam, & legitimam cauſam, alitèr irrita eſt, vt *Canoniſtæ communitèr cum Gloſſ. in cap. Non eſt, verb. Adimplere de Vot.*, *Sanch. lib.8. de matrim. diſp.17. num.4. cum alleg.*; ex quo eſt Iuris relaxatio, & vulneratio; qui receſſus à Iure ſinè iuſta, & rationabili cauſa fieri non debet; præſertim in ordine ad Vota, & Iuramenta, quæ cùm ſint de Iure Diuino naturali, nec Papa abſque cauſa poteſt in ijſdem diſpenſare, nec alitèr diſpenſatus tutus eſſet apud Deum, qui creditor eſt obligationis ex Voto, & iuramento reſultantis, dum non conſentit, nec iuſtè præſumi poteſt, quòd conſentiat diſpenſationi rationi diſſonæ, vtpotè factæ ſine iuſta, & legitima cauſa, *Silueſt. verb. diſpenſatio num.5.*, *Sanch. loc. cit. num.3.*; Igitur Pœnitentiarius ſine cauſa non poteſt quidquam facere circa Vota, alitèr excederet limites ſuæ facultatis, & ageret contrà praxim Tribunalis.

Hinc non placet, quod ab aliquibus dicitur, nempè ad commutandum quodlibet Votum, vel Iuramentum in opus æquale, non requiri aliquam cauſam extrinſecam, ſed ſufficere pro cauſa, ſi Orator commutationem petat, vt ſic Eccleſiæ Dei benignitatem experiatur; quod tamen negant in commutatione alicuius Voti ex quinque Papæ reſeruatis, quia ad commutandum aliquod iſtorum ſemper requiritur aliqua cauſa obſtans executioni illius Voti propter eorum grauitatem.

Non placet inquam, quod ab his dicitur de Votis non reſeruatis; quia diſpoſitum à Papa pro ſuo Maiori Pœnitentiario reſpicit tàm reſeruata, quàm non reſeruata; tàm diſpenſationem, quàm commutationem; ergò conſideratio cauſarum,

rum,

rum, ad quam ex Bulla idem tenetur vigore illius particulæ, *conſideratis cauſis*, extenditur ad omnia, & ſingula Vota reſeruata, aut non reſeruata, ſiuè commutentur in rem æqualem, aut minorem, & quomodocumque fiat commutatio, quia diſpoſitio indiſtinctè loquitur, & indiſtinctè eſt intelligenda: Vndè ſola petitio Oratoris pro Voti commutatione etiam in rem æqualem, pro cauſa aſſignari non poteſt, cum inter cauſas conſiderandas non valeat computari, ſed aliqua alia extrinſeca, & quæ ponderari poſſit, an ſufficiat, eſt neceſſaria: Tùm etiam quia pro ſimplici dilatione Voti, quæ reſeruata non eſt, & in qua Votum nullo modo commutetur, adhùc vult Pontifex, quòd ſimilitèr fiat, priùs conſiderata cauſa talis dilationis, an ſit ſufficiens nec nè, vt ex eadem Bulla apparet; Ergò ſola petitio Oratoris non ſufficit pro cauſa in ipſa commutatione, quæ maior eſt dilatione; Similitèr in ſententia ſic opinantium, commutatio in rem æqualem eſt quædam diminuta diſpenſatio, & debiti remiſſio nomine Dei facta; ac proindè iuriſdictionem expoſtulat in commutante, & conſequentèr cauſam ad ſui valorem, vt habet *Caſtropal. de Vot. diſp. 2. punct. 15. num. 6. alios citans*; Ergò ſicut ad validitatem diſpenſationis requiritur cauſa aliqua extrinſeca, nec ſufficit ſola petitio Oratoris; ita ad valorem commutationis in rem æqualem requiritur ſimilitèr cauſa aliqua eiuſdem rationis, cùm & ipſa participet de diſpenſatione, & nominetur diminuta diſpenſatio, & in ipſa fiat aliqualis debiti remiſſio, vt ipſimet concedunt; Vndè quo ad hoc & ipſi concedere tenentur, quod concedunt de commutatione in rem minorem, quæ paritèr eſt diminuta diſpenſatio, & ad ſui valorem requirit cauſam, quæ requiritur ad diſpenſationem, vt habet *Caſtropal. ibid. num. 8.* Et certè ſi ex Voto Deus eſt creditor rei promiſſæ in ſpecie, non poteſt præſumi rationabilitèr, quòd Deus ſit contentus de mutatione etiam in rem æqualem, niſi interueniat cauſa aliqua extrinſeca, & quæ poſſit conſiderari, an ſufficiens ſit ad ipſam reddendam rationabilem: Et in hoc conſiſtit Eccleſiæ Dei benignitas, quòd, rationabili cauſa interueniente, poſſint eius Miniſtri facultatem habentes de-

bita

bita eorum, qui aliquid Deo vouerunt, in alia pietatis opera miſericorditèr commutare, Deo ipſo approbante, quòd rationabilitèr per ſuos Miniſtros fuerit factum &c.

DVBIVM VI.

An poſſit Pœnitentiarius commutare alia Vota, quæ ſimplicitèr non ſunt Vota Caſtitatis.

CONCLVSIO.

Vota alia de materia Caſtitatis, quæ ſimplicitèr non ſunt Vota Caſtitatis, commutari poſſunt à Pœnitentiario, quoties talis commutatio non dat occaſionem liberiùs peccandi; ſecùs verò ſi det talem occaſionem ad liberiùs peccandum.

CONcluſio hæc ex parte conuenit, & ex parte diſconuenit à communi ſententia Doctorum, qui indiſtinctè concedunt, poſſe commutari quodlibet Votum reſpiciens materiam Caſtitatis, dummodò non ſit de integra materia, ſed tantùm de parte materiæ ipſius Caſtitatis; Eſt tamen ad mentem Summi Pontificis, & iuxtà ſtylum Curiæ Romanæ, & pręſertìm ſecundùm opinionem, & continuatam praxim Sacræ Pœnitentiariæ, quæ nunquàm talia Vota commutat, imò & incommutabilia iudicat quotiès commutatio dat occaſionem liberiùs peccandi; Vndè tenenda, & ſequenda à Minori Pœnitentiario iuxtà mentem Tribunalis, & probatur quo ad vtramque partem.

Ad illos actus tantùm Votum Caſtitatis eſt commutabile, quos tantùm Pontifex ſolet diſpenſando commutare, cùm diſpenſat in Caſtitate; Praxis enim Pontificia cœteris debet eſſe norma; Ad ſolos autem actus licitos, & nunquam ad illicitos ſolet Pontifex Votum Caſtitatis commutare, dum ipſum diſpenſando commutat; cùm ad effectum ſolùm contrahendi

ma-

Digitized by Google

matrimonium, & debitum coniugale petendi ſoleat diſpenſare; vndè etiam in actu ipſius diſpenſationis monetur diſpenſatus, ſecum diſpenſari ſolùm ad actus licitos in matrimonio, non autèm ad illicitos extrà matrimonium; cùm in ordine ad iſtos votum remaneat in ſuo robore, & vigore: Ergò Votum Caſtitatis non eſt commutabile, quoties commutatio dat occaſionem liberiùs peccandi, vt eſſet commutatio quo ad actus illicitos extrà matrimonium, quæ nunquàm conceſſa legitur ab vllo Pontifice.

Confirmatur. Pontifex, commutando Votum Caſtitatis ſimplicitèr, commutat votum veræ, & perfectæ Caſtitatis, ſicùt tale fuit votum emiſſum; Ergò commutat quidquid eſt commutabile in dicto voto perfectè, & ſimplicitèr concepto; alitèr commutatio non eſſet de Voto perfectæ Caſtitatis, ſed potiùs Caſtitatis imperfectæ: Votum autem perfectæ Caſtitatis amplectitur omnes concupiſcentias delectationum Venerearum tàm licitas, quàm illicitas, quas refrenare tenetur, vt omnes concedunt, & tamen Pontifex ipſum commutat ſolùm quo ad actus licitos in matrimonio, & qui occaſionem non præbent ad liberiùs peccandum, ſed potiùs ad abſtinendum ſe à peccatis; cenſendum eſt igitur, quo ad cœteros actus prębentes occaſionem ad liberiùs peccandum Votum Caſtitatis non eſſe commutabile, nam etiam quo ad iſtos Pontifex illud commutaret.

Prætereà, facultas, quæ datur ad commutandum Votum Caſtitatis, dependet à voluntate Papæ illam concedentis; Ergò iuxtà Pontificis voluntatem eſt vtenda, & moderanda tàm in ordine ad Votum Caſtitatis perfectæ, quàm non perfectæ: voluntas autem Papæ ſatis declaratur per ſtylum Curiæ Romanæ, in qua nunquàm commutantur talia Vota, quæ prębent occaſionem ad liberiùs peccandum, ſiuè integra, ſiuè partialis Caſtitas commutetur; nam ſtylus Curiæ declarat Pontificis mentem, itaùt talis ſit, qualis eſt ſtylus, & ſit commenſurata ſtylo, vt tradunt *Felin. in cap. in noſtra num. 19. de reſcript.*, *& Rota par. 5. deciſ. 50. num. 26. rec.*, *& alij*: Qui ſtylus Curiæ etiam facit Ius, vt deſumitur *ex cap. quàm graui*

de

Digitized by Google

de crim. falſi, *& cap. ex litteris de Conſtit.*; Ergò dicendum eſt, talia Uota non eſſe commutabilia, ex quo à Pontifice nunquàm commutantur; & quòd opinio, quæ eſt contrà hunc ſtylum Curiæ, ſit contra voluntatem Papæ, & contra Ius, & proindè non poteſt ſuſtineri, & multò minus ad praxim reduci; Igitur Vota, quæ ſimplicitèr non ſunt Vota Caſtitatis, poteſt vtique Pœnitentiarius commutare, quotiès non dant occaſionem ad liberiùs peccandum, vt ſunt Votum non nubendi, Votum non petendi debitum coniugale, & ſimilia, ex quo non ſunt de integra, & perfecta Caſtitate; quæ verò dictam occaſionem præbent, commutare non poteſt, cum non ſint commutabilia iuxta opinionem, & praxim Curiæ Romanæ, & præſertim Sacræ Pœnitentiariæ, quam ſequi tenetur; vt ſunt Vota non fornicandi, non adulterandi, non ſe polluendi, & ſimilia: qua de cauſa nec B. Pius V. rogatus à Milite pro diſpenſatione à Voto, ſeù Iuramento de non ludendo Aleis vnquam talem diſpenſationem concedere voluit, ne eidem præberetur occaſio ad liberiùs peccandum blasfæmijs, periurijs, & alijs malis, quæ ex ludo ſolent ſequi.

Non obſtat commune fundamentum alitèr opinantium, ſcilicèt Vota, quæ non ſunt de integra Caſtitate, ſed de parte tantùm, non eſſe reſeruata, conſequentèr poſſe commutari ab habente facultatem ſuper non reſeruatæ.

Nam commutabilitas, aut incommutabilitas horum Votorum, non eſt deducenda ex hoc, quod non ſint de integra Caſtitate, ſed ex eo, quod commutatio præbeat, aut non præbeat occaſionem ad liberiùs peccandum; Nam Uoti commutatio redundare debet in honorem Dei, & Eccleſiæ vtilitatem, cuius membra ſunt fideles, vt omnes concedunt, non in Dei offenſam, in damnum Eccleſiæ, & in perniciem eiuſdem, cui fit commutatio; conſequētèr quoties commutatio Uoti, etiam non integræ Caſtitatis dat occaſionem liberiùs peccandi, tale Uotum cenſendum eſt non commutabile, licèt poſſet dici non reſeruatum, cùm non ſit de integra Caſtitate; ſicut enim communitèr ſuſtinetur Uotum non nubendi non eſſe commutabile,

Digitized by Google

le, quotiès commutatio vergit in præiudicium Tertij,in cuius fauorem fuit emiſſum, & acceptatum, eo quòd in hæreditatem ſuccederet, ſi non nuberet, quamuis hoc Votum non ſit de integra Caſtitate,nec reſeruatum ex hac parte;multò magis hoc ſuſtinendum eſt de alijs Votis, quorum commutatio vergit in detrimentum non temporale, ſed ſpirituale eorumdem, quibus fit commutatio,dum eis præbent occaſionem ad liberiùs peccandum, & faciliùs ſe perdendum, licèt talia Vota non ſint de integra Caſtitate, nec ex hoc Capite reſeruata; Ex quo apertè patet, quænam ſit cauſa, quòd Vota iſta ſint, vel non ſint commutabilia.

Neque obſtat, quòd habens aliquod ex præfatis Votis dupliciter peccet Votum tranſgrediendo, & grauiùs etiam ratione ſacrilegij: Quia reſpondetur, hoc eſſe verum;& ex hoc Capite infertur, talia Vota non eſſe commutabilia;nam ſi duo ligamina, nempè præceptum,& Votum,non retrahunt à peccato ſic inclinatum ad peccandum; multò minus ipſum retrahet vnum ſolum ex illis; & ſic commutatio daret occaſionem ad faciliùs,& liberiùs peccandum,quod Papa in commutatione Voti concedenda nunquam intendit, ſed occaſiones, & pericula peccandi,ipſa mediante,tollere,& remouere.

Tùm etiam, quia ſi cauſa emittendi Votum non fornicandi, aut non adulterandi fuit ad coercendum ſe ipſum vouentem à talibus peccatis; quomodò cauſa vouendi poterit eſſe cauſa idem Votum commutandi ſine occaſione liberiùs peccandi? Vinculum Voti ſolet retrahere homines ad rariùs illud peccatum committendum; Ergò talia Vota non ſunt commutabilia, nè, quæ peccata rariùs committuntur virtute Votorum, liberiùs committantur cauſa commutationum, vt tradit *Sot. de Iuſtit. lib. 1. q. 7. art. 2. §. at verò, & habet Theſaur. in praxi S.P. tit. 12. de Vot.*, & ſemper fuit praxis Sacræ Pœnitentiariæ, quàm ſequi tenetur Pœnitentiarius.

DVBIVM VII.

An Pœnitentiarius poſſit commutationem aliquam dare illi, qui diuerſis Votis varia ad Caſtitatem pertinentia promiſit, quæ ſimul iuncta inducunt obligationem integræ Caſtitatis.

CONCLVSIO.

Nullam commutationem dare poteſt Minor Pœnitentiarius circa talia Vota ſic ſucceſſiuè emiſſa, quotiès vouens in vltimo Voto emiſſo intentionem habuit ſe obligandi ad completam, & perfectam Caſtitatem: Si verò talis intentio non adfuit in emittendo vltimo Voto, poterit commutare tantùm illa Vota, quæ non dant occaſionem ad liberiùs peccandum.

PRima pars probatur; quia vltimum Votum complens totalem promiſſionem Caſtitatis, iunctum cum intentione ſe obligandi ad ipſam eſt vera promiſſio perfectæ Caſtitatis, nàm ex parte intentionis obligatio reſpicit Votum perfectæ Caſtitatis, dùm vouens intendit totalitèr ſe obligare: & ex parte materiæ ſimilitèr eſt de perfecta Caſtitate, non ſolùm quia vltimum Votum eſt completiuum totius materiæ, ſed etiam quia in tali caſu cenſetur vouens priora vota cum hoc vltimo coniungere; Ergò vltima promiſſio cum dicta intentione eſt, & obligat ad Caſtitatem ſimplicitèr, & perfectam, cùm obligatio accipiat menſuram ab intentione, conſequentèr commutari non poteſt à Minori Pœnitentiario, dum votum Caſtitatis ſimplicitèr eſt illi exceptum.

Secunda Pars probatur; Vota, quæ ſeorsìm omittuntur, ſeorsìm etiam obligant, nec vnum dependet ab alio in obligando; V.G. Vota non nubendi, non petendi debitum, non for-

fornicandi, & ſic de cœteris in ſubiecta materia; Ergò neque vltimum, cùm ab alijs ſeorsìm emittatur, poterit magis obligare, quàm fuerit actualis intentio ipſius vouentis, qui ad partem ſolùm, & non ad completam Caſtitatem intendit ſe obligare mediante illo vltimo Voto, vt ſupponitur; Igitur Votum hoc vltimum non magis obligat, quàm obligaret, ſi non eſſet vltimum; cùm illius obligatio ſit prorsùs independens ab obligationibus aliorum, & è conuersò: Non obligaret autem ad Caſtitatem ſimplicitèr, & perfectam, ſi non eſſet vltimum, vt communitèr tenetur, conſequentèr neque ad ipſam obligat, quamuis vltimo loco ſit emiſſum, cùm nihil in ipſo detur, aut ex parte actus, aut obl gationis, aut intentionis ipſius vouentis, ex quo poſſit argui aliqua vnio cum prioribus; Ergò tale Votum cenſeri non poteſt Pœnitentiario exceptum, dummodò non ſit de illis, quæ dant occaſionem liberiùs peccandi, ſicùt idem currit de Votis prioribus, quia ex hoc Capite ſimilia Vota non ſunt commutabilia ſecundùm praxim, & opinionem Sac. Pœnitentiariæ, vt in præcedenti dubio fuit dictum.

Non obſtat, quòd tale Uotum vltimum inducat obligationem ad integram Caſtitatem, ex quo complet, quod deerat ad illam integrandam: quia licèt hoc ſit verum; tamen quia hoc non facit per ſe, & vigore ſolius obligationis, quam inducit, quæ ad partem ſolùm obligat, & non ad integram Caſtitatem, ſed merè per accidens ex ſuppoſitione præcedentium Uotorum; ſicut per accidens eſt, priora Vota hoc vltimum præcedere ſine vnione inter ipſa, ita per accidens eſt, quòd inducat obligationem ad integram Caſtitatem, cùm per ſe obliget ſolùm ad partem: In reſeruatione autem Uotorum attenditur ſolùm id, quod per ſe inducitur, non quod per accidens, & ſic hoc non obſtat.

Digitized by Google

DVBIVM VIII.

An Pœnitentiarius poſſit commutare Vota trium Peregrinationum, ſcilicèt Terræ Sanctæ, Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sancti Iacobi in Compoſtella.

CONCLVSIO.

Vota trium Peregrinationum dictarum commutari non poſſunt à Minori Pœnitentiario, ſi fuerint facta ex cauſa deuotionis talium locorum; ſecùs verò ſi ex alio aliquo fine diuerſo fuerint emiſſa.

PRima Pars probatur ex eo, quod talia Vota ſunt Papæ reſeruata *in Extrauag. Et ſi Dominici* 2. *de pœnit. & remiſſ.* & excépta Pœnitentiario in Tabella; ergò ab ipſo commutari non poſſunt ex defectu poteſtatis, & Iuriſdictionis, quotiès fuerint facta ex cauſa deuotionis talium locorum, vt ex tali motiuo reſeruantur à Pontifice, & excipiuntur Pœnitentiario, vt ex ſequenti conſtabit.

Secunda Pars probatur: Verba reſeruationis intelligenda ſunt ſecundùm communem, & naturalem intelligentiam, & non amplianda, ſed potiùs reſtringenda, cùm reſeruatio, vt odioſa, ſit ſtricti Iuris *ex Iurib. commun.* Vota autem præfata reſeruantur *in Extrauag. citat.* ſub his terminis *Ad viſitanda Romæ Limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, D. Iacobum Compoſtellæ, & loca Sancta Hyeroſolimæ*; quibus verbis clarè apparet, loqui de Uotis ex deuotione talium locorum emiſſis; Igitur quoties finis expreſſus vouentis aliquam ex dictis Peregrinationibus non fuerit ex cauſa deuotionis talium locorum, ſed ex alio aliquo fine diuerſo, vt ad videndum Pontificem, ad oſculandos eius pedes, ad impetrandam alicuius peccati abſolutionem, ad videndum aliquem Conſanguineum,

neum, aut amicum, aut ad aliquid aliud agendum in dictis locis, tùnc hæc vota cenſeri non debent reſeruata, cùm non ſint emiſſa ex cauſa deuotionis talium locorum, qualis eſt viſitatio liminum Apoſtolorum, Terræ Sanctæ, & Sancti Iacobi; conſequentèr commutari poſſunt à Minori Pœnitentiario tanquàm non reſeruata, & ſibi non excepta: Quòd ſi vouens, nullo fine diuerſo expreſſo, aliquod ex dictis Uotis abſolutè emitteret, nullo fine conſiderato, tunc tale Uotum reſeruatum eſſet cenſendum, quia iudicandum eſſet emiſſum modo frequenti, quo talia Uota emitti ſolent, nempè ex cauſa deuotionis, vt habet *Sanch. in Summ. lib. 4. q. 40. n. 77.*

D V B I V M   I X.

An Pœnitentiarius poſſit concedere dilationem Votorum tàm reſeruatorum, quàm non reſeruatorum.

C O N C L V S I O.

Pro Votis quibuſcumque, quæ ex cauſa differri poſſunt, ſiuè reſeruata ſint, ſiuè non, poteſt Pœnitentiarius dilationem concedere cauſa legitima interueniente.

PRo non reſeruatis ratio de ſe eſt euidens; quia ſi poteſt illa diſpenſando commutare, quod maius eſt; poterit etiam pro eiſdem dilationem concedere, quod eſt minus; nam per dilationem nulla pars materiæ Uoti mutatur, ſubrogatur, aut imminuitur, ſicùt in commutatione conceſſa, ſed ſolum tempus pro Uoto adimplendo differtur, & prorogatur, quod minus eſt commutatione; Regula autem eſt, quòd, cui conceditur id, quod maius eſt, conceſſum cenſeatur, quod eſt minus *de reg. Iur. in 6.*, *& cap. ex parte de Decim.*; præſertìm de eadem re, & in eadem linea, vt currit in ſubiecta materia; Igitur &c.

Quo ad reſeruata ratio paritèr eſt clara; quia huiuſmodi

Voto-

Digitized by Google

Votorum dilatio nõ eſt reſeruata,ſicùt ſunt ipſa Vota; *in Extrauag.* enim, *Etſi Dominici 2. de pœniten. & remiſſ.* ſolummodò facultas commutandi illa quinque Vota Papæ reſeruatur; Ergò pro côncedenda dilatione facultas non remanet reſeruata,ſed remanet libera habenti facultatem ſuper Vota non reſeruata; nam reſeruatio eſt ſtricti Iuris,& ſtrictè eſt interpretanda, cùm ſit odioſa; vndè non eſt extendenda vltra naturalem, & communem verborum ſignificationem, vt *communitèr loquuntur Doctores*.

Non obſtat, quòd commutatio, & dilatio reſpiciant eamdem materiam,& idem Votum,vt ex hoc inferri debeat,quòd ſicut Votum quo ad commutationem eſt reſeruatum, idem currere etiam debeat quo ad dilationem: Nàm ex ſola identitate materiæ inferri non poteſt paritas reſeruationis, præcipuè in actibus diuerſis; Multa enim Vota dantur, quæ reſpiciunt eamdem virtutem,& ſunt de eadem materia quinque Votorum Papæ reſeruatorum,& tamen non cadunt ſub reſeruatione; Imò etiam in ordine ad ipſam commutationem continentur ſub facultate Minoris Pœnitentiarij, vt ſuprà fuit dictum, & exemplificatum *in Dub. 3. præſentis cap. de Voto Caſtitatis ad tempus limitatum*; *de Voto ingrediendi ſtrictiorem Religionem*; *de Votis quinque materiarum reſeruatarum, ſi fuerint pœnalia, & de ſimilibus*, ad quæ non extenditur reſeruatio, quæ vt odioſa eſt ſtricti Iuris; Ita in propoſito eſt diſcurrendum ob eamdem rationem, quòd reſeruata commutatione dictorum quinque votorum,non ſit cenſenda reſeruata dilatio eorumdem Votorum ob identitatem materiæ,& eiuſdem Voti,quia in odioſis non ſit extenſio; Reſeruat autem Pontifex *in Extrauaganti* ſolam commutationem illorum quinque Votorum, ibi, *aut excepta Vota commutare attentauerint, commutatio huiuſmodi nullius ſit roboris, vel momenti*; ergò vt odioſa ad dilationem non eſt extendenda. Igitur &c.

Notandum tamen, quòd etiam pro concedenda dilatione alicuius Voti neceſſaria eſt aliqua cauſa legitima,ob quam tale Votum tunc adimpleri non poſſit, vt aliquod impedimentum temporale, V.G. Infirmitatis, neceſſitatis propriæ, vel

Pa-

Digitized by Google

Parentum, & ſimilium iuxtà praxim continuatam Sac. Pœnitentiariæ, ad cuius obſeruantiam tenetur Pœnitentiarius.

Similitèr in eadem dilatione concedenda attendenda eſt quantitas temporis, quod pro dilatione conceditur, & ſubtractio obſequij Diuini, & profectus ſpiritualis, quæ conſurgit ex tali dilatione, & iuxtà ipſam ſubſtituenda eſt materia proportionata: Cùm enim dilatio Voti ſit quædam ſpecies commutationis ad tempus, pro tali tempore materia eſt ſubroganda, quæ correſpondeat materiæ Uoti, habita ratione obſequij Diuini, & profectus ſpiritualis; ſi enim parùm minuitur de hoc obſequio, & profectu, vt in Voto Ieiunandi, Peregrinationis, & alijs huiuſmodi, parum etiam debet ſubſtitui, vt debita proportio ſeruetur; ſi multùm minuitur, vt in Voto Religionis, aut Ordinis Sacri aſſumendi, conſiderabilis etiam materia eſt ſubroganda; cùm per talem dilationem impediantur multa obſequia Diuina, quæ ſtatus illi ſecum afferunt; ſi indeterminata concedatur dilatio, indeterminata etiam eſt ſubſtituenda materia, nempè aliquod opus Pium ſingulis diebus, aut ſemel in hebdomada, aut in menſe implendum: In omnibus tamen materijs ſubrogandis habeatur ſemper ratio ad qualitatem, ſexum, ſtatum, & complexionem Pœnitentis, vt facilè poſſit adimplere, quæ eidem præſcribuntur: Pro dilatione Voti Religionis obſeruare tenetur Pœnitentiarius formulam conſuetam in Tribunali, quæ habetur in Formulario, & ex ipſa multa percipi poſſunt pro directione, & forma tenenda in concedendis alijs dilationibus, vt benè conſideranti patere poterit.

DV-

DVBIVM X.

An poſſit Pœnitentiarius abſoluere à tranſgreſſione Votorum, præſertìm Religionis, & Caſtitatis.

CONCLVSIO.

Poteſt Pœnitentiarius abſoluere Tranſgreſſorem cuiuslibet Voti ſimplicis à peccato commiſſo contrà fidelitatem ergà Deum in Voto promiſſam, & declarare quid poſſit licitè facere poſt tranſgreſſionem, & etiam diſpenſare cum habente Votum Caſtitatis ad licitè exigendum debitum coniugale.

ANtequàm probetur Concluſio; Notandum, quòd Tranſgreſſor Uoti hoc in loco cenſetur ille, qui poſt aliquod votum factum voluntariè ſe obſtringit alio vinculo, propter quod non poteſt Uotum adimplere; Undè actus huiuſmodi impeditiuus Uoti tranſgreſſio appellatur, *cap. Per tuas de Vot.* sic qui poſt Uotum factum Religionis ingrediendæ, ſi poſteà in facie Eccleſiæ matrimonium contrahat, & conſummet, Tranſgreſſor Uoti dicitur, cùm amplius nequeat Religionem ingredi; & actus impeditiuus tranſgreſſio nominatur.

Ex huiuſmodi tranſgreſſione aliqua ſequuntur, quæ remedio indigent. Primò: mortale peccatum commiſſum amplectendo ſtatum, in quo Tranſgreſſor nequit ſatisfacere obligationi Uoti, quod abſolutione indiget. Secundò: ſcrupuli circa ſtatum aſſumptum, an ſcilicèt poſſit licitè in eo remanere, quod indiget declaratione, nè multa peccata ſequantur ex conſcientia erronea in petendo, aut reddendo debitum, ſeù remanendo in matrimonio contracto, & conſummato, cum omnia dicta eidē ſint licita: dixi conſummato, quia antè conſummationem matrimonij nondùm dici poteſt abſolutè Tranſgreſſor Uoti, cum eius exequutio adhùc ſit ei licita, & poſſibilis intrà bimeſtre, altero Coniuge etiam inuito, *cap. Ex publi-*

co,

co de conuerſ. Coniug.: Tertiò: obligatio adimplendi Votum tranſgreſſum, ſi ceſſauerit impedimentum, alteri parti ſuperuiuendo, quod indiget monitione, nè abſque diſpenſatione iterùm tranſgrediatur ignorantèr Votum factum, ſupponendo per abſolutionem, & declarationem præmiſſam fuiſſe omninò liberatum à Voto; Hæc pro Voto Religionis.

Quo verò ad Votum Caſtitatis; ſi quis, huiuſmodi Voto emiſſo, poſteà in faciem Eccleſiæ matrimonium contrahat; ex hac tranſgreſſione: Primò ſequitur peccatum mortale commiſſum per tranſgreſſionem, quod indiget abſolutione: Secundò: ſcrupuli circa ſtatum aſſumptum, an ſcilicèt poſſit in matrimonio remanere, & debitum reddere; quod indiget declaratione, quòd ſcilicèt poſſit, & debeat in matrimonio contracto remanere, & debitum coniugale reddere: Tertiò: priuatio facultatis ad idem debitum petendum; cùm etiam poſt matrimonium contractum teneatur Votum ſeruare in ijs, in quibus non eſt factus impotens; ſicuti poteſt hoc debitum non petere: & hoc indiget diſpenſatione ad poſſe petere: Quartò: obligatio ſeruandi Votum extra vſum matrimonij, etiam poſt diſpenſationem habitam ad petendum debitum, cum in hoc non diſpenſetur; nec ſit factus impotens, quod indiget monitione, nè contrà Caſtitatem peccando, taceat in Confeſſione hanc circumſtantiam mutantem ſpeciem: Et quintò: permanens obligatio obſeruandi Votum tranſgreſſum, ſi ceſſauerit impedimentum, alteri parti ſuperuiuendo; quod ſimilitèr indiget monitione ob cauſam ſuperiùs dictam de tranſgreſſione Voti Religionis. His præmiſſis.

Probatur Concluſio præmiſſa: Nec abſolutio à peccato tranſgreſſionis Voti, nec declaratio ad poſſe, & debere remanere in matrimonio, & debitum reddere, nec vlla ex præfatis monitionibus cuiquam ſunt reſeruatæ; ſola enim commutatio quinque Votorum reſeruatorum à Papa reſeruatur, vt ſuprà fuit dictum; Ergò actus illi liberè fieri poſſunt à Pœnitentiario, qui facultatem habet ſuper Vota non reſeruata, cùm per tales actus nulla commutatio concedatur; nec de ipſis vlla mentio fiat *in Extrauaganti*, in qua quinque Vota Papæ

Digitized by Google

reſeruantur; & cum reſeruatio ipſa ſit ſtricti Iuris, nec extendatur extrà commutationem; maximè cùm per aliquos ex dictis actibus declaretur, quid poſt Voti tranſgreſſionem licitum ſit, aut illicitum ipſi tranſgreſſori, & qualitèr, durante impedimento interpoſito, Voti obligatio ſuſpenſa tantùm maneat, non ablata; euidens deducitur confirmatio, quòd per actus præfatos nulla fiat Voti commutatio.

At circa diſpenſationem ad petendum debitum pro tranſgreſſore Voti Caſtitatis, an etiam hanc poſſit dare Minor Pœnitentiarius, affirmatiua ſimilitèr hodiè abſolutè eſt ſuſtinenda: nam facultas neceſſaria ad poſſe ſuper hoc diſpenſare ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Dom. Cardinali Colloredo Maiori Pœnitentiario, & ab Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. Prælatis Tribunalis in Signatura Sac. Pœnitentiariæ iuſtis de cauſis omnibus Pœnitentiarijs trium Baſilicarum Vrbis communis fuit facta, quæ ſpecialis erat, ſiuè tale impedimentum ad licitè debitum coniugale petendum prouenerit ex affinitate, ſuperueniente matrimonio iam contracto, ſiuè in matrimonio contrahendo ab aliquo Voto Caſtitatis iam obſtricto: Igitur & quo ad licitè petendum hoc debitum poteſt Minor Pœnitentiarius diſpenſare cum tranſgreſſore Voti Caſtitatis: & conſequentèr etiam concludendum à tranſgreſſione Votorum, præſertim Religionis, & Caſtitatis, ipſum poſſe abſoluere, & vbi opus fuerit etiàm diſpenſare ad licitè debitum coniugale petendum &c.

D V B I V M XI.

An poſſit Pænitentiarius commutare Votum, ſeù Iuramentum Perſeuerantiæ, quod emittunt ingredientes aliquas Congregationes, quæ non ſunt Religiones, cùm non emittant tria Vota eſſentialia, ex quo tale Votum non eſt reſeruatum; vt ſit in Congregatione PP. Doctrinæ Chriſtianæ.

CON-

CONCLVSIO.

Votum, aut Iuramentum Perſeuerantiæ emiſſum ab ingrediente aliquam ex talibus Congregationibus commutari non poteſt à Pœnitentiario, licèt non ſit reſeruatum, non accedente conſenſu eiuſdem Congregationis.

PRob. Sub facultate conceſſa commutandi Vota etiam non reſeruata non continentur illa, quæ reſultant in præiudicium Tertij, ſeù quæ lędunt, aut tollunt Ius quæſitum alicui: Tale autem eſt hoc Votum Perſeuerantiæ, quod emittitur in talibus Congregationibus; nam emittitur per modum contractus vltrò citroquè obligatorij, facio, vt facias; Ergò huius Voti commutatio non continetur ſub tali facultate, cum tolleret Ius quæſitum tali Congregationi, quod nunquàm intendit Papa tollere, aut lędere in ſuis conceſſionibus, *cap. Ex tuarum de vſu pall., vbi gloſſ. in verb. permittat, cap. Ad aures verſ. Cùm non ſit intentionis noſtræ de reſcript.*, ſtante præſertìm praxi continuata Sacræ Pœnitentiariæ, quæ nunquàm conſueuit in ſuis reſolutionibus, & conceſſionibus Iuri cuiuſquam præiudicium vllum inferre. Nec obſtat, quòd talis promiſſio principaliter fiat ad cultum Dei, & ſecundariò eidem Congregationi: quia cùm ſit facta per modum contractus vltrò citroquè obligatorij, negari non poteſt ſine eiuſdem Iuris lęſione, quod nunquàm intendit Papa, concedendo facultatem commutandi Vota; Nec refert, quòd promiſſio primariò fiat Deo, & ſecundariò Congregationi; quia hoc non tollit, quin ſequatur inter vouentem, & Congregationem contractus ex vtraque parte obligatorius, & conſequentèr etiam Ius quæſitum eidem Congregationi, cùm tale Votum non ſolùm ſit factum cum reſpectu ad Deum, ſed etiam cum reſpectu ad Congregationem, vndè ſi commutaretur ſine eiuſdem conſenſu, fieret ei præiudicium, iniuria, & lęderetur iuſtitia, quod nunquam Papa intendit: accedente verò

Digitized by Google

conſenſu, & beneplacito ipſius Congregationis, vtique tunc poſſet commutari, ex quo tale Votum non eſt reſeruatum, & ceſſaret præiudicium Tertij, dum volenti, & conſentienti non fit iniuria, nec iniuſtitia; *l. nemo præſumitur ff. de reg. Iur.*, *& cap. Scient eod. tit. in 6.*

Quod dictum eſt de Voto, ſeù Iuramento Perſeuerantiæ talium Congregationum, idem eſt dicendum de Uoto, & Iuramento emiſſo ab Alumnis Collegiorum, ſeù Seminariorum Romæ, quòd ſcilicèt peractis Studijs, operam nauabunt per tot annos pro ſalute Animarum, ſeù conuerſione Infidelium, & Hęreticorum in miſſionibus, quibus deputabuntur à Sede Apoſtolica, ſeù à Sacra Congregatione de Propaganda fide; & quòd priùs non ingredientur Religionem, niſi cum licentia eiuſdem Sedis Apoſtolicæ, ſeù Sacræ Congregationis: Nam etiam in iſto caſu promiſſio eſt facta per viam contractus oneroſi, & agitur de præiudicio Tertij, cui nec Sacra Pœnitentiaria conſueuit derogare: Cum conſenſu tamen, & beneplacito partis, vtique poſſet Pœnitentiarius illud commutare ob rationem ſuperiùs allatam, cum de vtriſque currat in hoc par ratio &c.

(.s·)

PRAXIS

Digitized by Google

PRAXIS
OBSERVANDA
À MINORI POENITENTIARIO

In Executionibus faciendis circà Abſolutiones, Diſpenſationes, Rehabilitationes, Votorum commutationes, & alia ad eius Officium pertinentia iuxtà ſtylu m Sacra Pœnitentiaria.

PARS II.

CUM ſatis non ſit ad Miniſterium Pœnitentiarij Apoſtolici ritè, & rectè exequendum ſcire tantùm, quæ, & qualis ſit facultas eidem concredita, & ad quos caſus, quaſuè Perſonas extendatur, ad hoc vt non mittat manum in meſſem alienam, ſed limites proprios, vt tenetur, valeat tàm in minimis, quàm in ſubſtantialibus perfectè cuſtodire; niſi etiam in executionibus faciendis probè teneat modum, formam, & cætera neceſſaria, nonſolùm ad licitè, ſed etiàm ad validè ipſas impertiendas; Neceſſarium duxi, poſt facultatis eidem commiſſæ explanationem circà Peccata, Cenſuras, & Vota, etiàm hanc Praxim executionum ſubtexere, & quæ circà conceſſa, aùt commiſſa neceſſariò ſunt in exequendo obſeruanda indicare, vt tanquàm Iudex peritus, & Medicus expertus Animarum valeat Pœnitentiarius culpas, morboſque Spirituales cognoſcere, & iuxtà leges, veramque Praxim in iudicando, & curando poſſit ægentibus Fidelibus iuſtè, ac rectè opportunis, ac neceſſarijs remedijs ſubuenire. Ad hunc

finem,

Digitized by Google

finem, & effectum Praxis hæc executionum Sac. Pœnitentiariæ in anguſtia temporis elaborata, breuitèr ſub præpoſitionibus, & adnotationibus tantùm coordinata exhibetur ad faciliorem vſum, & promptiores executiones impertiendas, quotiès occaſio ſe obtulerit; ſub ea, qua eſt breuitate compoſita, proponitur, vt ſcientibus non ſit oneroſa, neſcientibus verò ſit vtilis, & grata, omnibuſque eam legentibus, ſaltèm hac in parte accepta. Ad maiorem tamèn eiuſdem Praxis notitiam conſequendam præmittenda videntur aliqua notanda, omnibus, aùt diuerſis materijs expediendis communia, vt à communibus ad particularia ordinatim procedatur, cùm iuxtà placitum Philoſophi, communia ſint particularibus præmittenda.

§. I. Introductionis.

PRimò Igitur adnotandum, quòd Pœnitentiarius nullam executionem præſtare poteſt per abſolutionem, diſpenſationem, Votorum commutationem, aùt alterius gratiæ conceſſæ expeditionem, niſi in actu Sacramentalis Confeſſionis, alitèr excederet limites facultatis datæ, & nullitèr ageret ob ſequentem clauſulam de ſtylo Sacræ Pœnitentiariæ; *In ipſo actu Sacramentalis Confeſſionis tantùm, & non alitèr, nec vllo alio modo*.

Secundò. Executiones, quas ipſe impertit pro foro conſcientiæ tantùm dantur, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, & nullo modo pro foro externo, vt per ſequentem clauſulam de ſtylo Sac. Pœnitentiariæ *In foro conſcientiæ tantùm:* niſi Maior Pœnitentiarius pro Regularibus, etiam pro foro externo aliquid diſponat, cùm in vtroque foro pro ipſis facultatem habeat.

Tertiò. Ante quamcumque finalem executionem, aùt expeditionem tria præſtare debet Pœnitentiarius ergà Pœnitentem, nempè inquirere, iniungere, & monere, vt ex varijs clauſulis de ſtylo Tribunalis manifeſtè habetur.

Inquirere debet, non An Votum, vel delictum fuerit factum, cùm

cùm hoc ſupponatur, dum pro remedio opportuno ſit recurſus; ſed an cauſa finalis, proptèr quam gratia petitur, & conceditur, & ſine qua non concederetur, verificetur, vt exponitur; in quo ſenſu intelligitur clauſula Tribunalis, *quatenùs ſi ità eſt;* ſcilicet, an preces veritate nitantur; hoc eſt, an cauſa, ſeù motiuum principale: V. G. Infirmitas vouentis, ſcandala veriſimilitèr oritura, & ſimiles cauſæ, ob quas, vel ob quam talis gratia conceditur, ſint veræ.

Similitèr, cùm agitur de aliqua diſpenſatione ſupèr irregularitate, vel ſupèr impedimento matrimoniali, hanc conditionem inquirere, tenetur; An ſcilicèt delictum, vel impedimentum ſit occultum, cùm ſit conditio, ſine qua Pœnitentiaria talem gratiam non concedit; & continetur ſub eadem clauſula, *quatenùs ſi ita eſt*, ratione alterius clauſulæ de ſtylo, *dummodò ſit occultum*, ſcilicèt, quòd ex poſita ſint occulta: Vndè in caſibus publicis, aùt famoſis executio fieri non poteſt, nàm eſſet contrà mentem Sac. Pœnitentiariæ; & hoc idem obſeruandum eſt, cùm agitur de rehabilitatione, condonatione, aut alia materia, in qua talis conditio ſolet apponi.

Iniungere etiam debet, ſcilicèt pœnitentias, non ſolùm, quæ in litteris, ſeù formulis Sac. Pœnitentiariæ ſpecialitèr mandantur iniungi ob talem materiam commiſſam, & exequendam, ſed etiam ob alia peccata, quæ in Sacramentali Confeſſione à Pœnitente manifeſtantur, cùm etiam in hac parte ipſum Pœnitentiæ Sacramentum debeat eſſe completum, quò ad pœnitentiam, reſtitutiones faciendas, & cætera omnia, quæ in ipſo fierent, ac ſi nulla executio in ipſo haberetur; ſicùt præſcribitur per clauſulam ſequentem; *Et alijs iniunctis, quæ de Iure fuerint iniungenda*.

Monere etiam debet Pœnitentem de ijs, quæ in nonnullis litteris Sac. Pœnitentiariæ monenda præcipiuntur per clauſulam, *Et ita illum moneas*; vt ſpecialitèr habetur in formulis pro dilatione Voti Religionis, & pro tranſgreſſione, & commutatione Votorum Religionis, & Caſtitatis, de quibus ſuo loco dicetur: Imò in quacumque executione cuiuſcumque gratiæ factæ à Sac. Pœnitentiaria ipſum Pœnitentem monere

debet

Digitized by Google

debet de effectu, ſiuè abſolutionis, ſiuè diſpenſationis, ſiuè alterius gratiæ, præſertim ſi rudis, ſimplex, & illiteratus ſit pro maiori quiete eiuſdem conſcientiæ, & ad præcauenda peccata, quæ committi poſſunt ex conſcientia erronea; ipſum etiàm monendo, gratiam datam ſolùm pro foro conſcientiæ inſeruire, non pro foro externo.

Quartò. Poſt executionem factam alicuius gratiæ à Pœnitentiaria obtentæ, nullo modo reſtituuntur Pœnitenti litteræ executioni mandatæ, ſiuè ſint Breuia, ſiuè litteræ priuatæ, ſiuè memorialia cum reſcriptis; prohibetur enim hoc à Maiori Pœnitentiario per clauſulam litterarum; *Neque eas latori reſtituas*, & ſempèr fuit de ſtylo Tribunalis.

Quintò. Super impertita abſolutione à Cenſura, diſpenſatione, aut alia expeditione facta, nullæ litteræ teſtimoniales in ſcriptis tradere debet Pœnitentiarius Pœnitenti abſoluto, diſpenſato, aut cum alia gratia expedito; Talis enìm eſt intentio Maioris Pœnitentiarij expræſſa in clauſula litterarum, *Nullis litteris datis*: Simplex tamèn fides impreſſa de confeſſione facta, quæ alijs etiàm conceditur, iſtis paritèr abſolutis ab aliqua Cenſura, aut diſpenſatis ex aliquo capite, concedi poteſt iuxtà conſuetum, nulla mentione facta gratiæ impertitæ.

Sextò. In inquiſitione facienda, an preces veritate nitantur, pro verificanda clauſula, *quatenùs ſi eſtità*, reſpectu cuiuſcumque materiæ exequendæ, Pœnitentiarius cum ſolo Pœnitente ipſam perficere tenetur; proceditur enim in foro conſcientiæ, in quo ipſi Pœnitenti creditur, niſi de oppoſito conſtet; Vndè Teſtes, & Proceſſus confectio prohibentur à Maiori Pœnitentiario per ſequentem clauſulam; *Nullis ſupèr his adhibitis Teſtibus, ſeù Proceſſibus confectis*.

Septimò. Litteras Sacræ Pœnitentiariæ in forma Breuis, quas aperire, & exequi poteſt Pœnitentiarius, laniare tenetur executione facta, & talitèr laniare, vt nullam fidem facere poſſint in foro externo, cùm hoc etiàm ſub pœna excommunicationis quandoquè præcipiatur à Maiori Pœnitentiario per clauſulam; *Sed præſentibus laniatis, quas ſub pœna*

excom-

Digitized by Google

excommunicationis laniare tenearis, ità vt nullum illarum exemplum extet.

Octauò. Dicta vſquè modo pro executione commiſſionum Sac. Pœnitentiariæ obſeruare tenetur Minor Pœnitentiarius proportionalitèr etiam in expeditionibus, quas auctoritate ſua ordinaria facere poteſt quo ad Vota non reſeruata, & quo ad Cenſuras eidem non exceptas; Tenetur enim ad ſtylum ſui Tribunalis, & eodem modo procedere debet in conceſſis cum ordinaria poteſtate, ac in commiſſis; cùm omnia emanent à D. Papa, qui caput eſt Tribunalis; & conſequentèr ſubſint ijſdem legibus, & formis in ipſo Tribunali Pontificio conſuetis.

§. II. Introductionis.

De Pœnitentijs imponendis à Minori Pœnitentiario in executionibus impertiendis.

PRimò. Nomine Pœnitentiarum hìc veniunt illæ tantùm, quæ in executionibus iniunguntur ipſis recurrentibus ad Sac. Pœnitentiariam pro aliqua gratia, & expeditione obtinenda; ſiuè hæc ſit in ordine ad aliquam Cenſuram, Irregularitatem, Impedimentum matrimoniale; aùt aliam cauſam ex culpa prouenientem; ſiuè etiàm ſit ſola, & ſimplex Votorum commutatio cum cauſa; nàm & pietatis opera, in quæ Vota ipſa commutantur, hìc veniunt ſub nomine pœnitentiarum: de his hìc loquitur, non de illis, quæ imponuntur pro peccatis in Confeſſione, quamuis, quæ inſeruiunt pro Pœnitentiæ Sacramento, inſeruiant etiam pro Pœnitentiariæ executionibus.

Secundò. Ordinariè loquendo, non eſt moris Sac. Pœnitentiariæ pœnitentias indiuiduatas, iniungendas in executionibus, præſcribere, ſed illas tantùm ſub terminis generalibus deſignare arbitrio Pœnitentiarij executoris relinquens qualitatem pœnitentiarum prudentèr determinare iuxtà condi-

Digitized by Google

tiones, & qualitates recurrentium: quando tamen à Maiori Pœnitentiario aliqua fuerit indiuiduata, & præſcripta, omninò eſt iniungenda, nec abſque eiuſdem licentia poteſt immutari.

Tertiò. Arbitrium, quod relinquitur Pœnitentiario in ordine ad pœnitentias indiuiduandas, & iniungendas, non importat meram, & liberam voluntatem, ità vt poſſit illas liberè iniungere, proùt magis ſibi placuerit, ſed importat arbitrium regulatum, idèſt arbitrium boni Viri, & Iuri conforme, cùm arbitrium reguletur à Iure, vt communitèr *Doctores*; ideò arbitrium quo ad has pœnitentias iniungendas debet eſſe regulatum iuxtà præſcripta à Maiori Pœnitentiario in ſuis litteris commiſſionum, ſecundùm grauitatem, & durationem, ad hoc vt ſit vniforme menti Sac. Pœnitentiariæ, & ſtylo Tribunalis, qui immutari non licet.

Quartò. Pœnitentiæ, quæ à Sacra Pœnitentiaria iniungi præcipiuntur, ordinariè ſunt ſequentes: *pœnitentia ſalutaris*: *pœnitentia grauis, & longa*: *pœnitentia grauis, & diuturna*: *pœnitentia grauiſſima, & perpetua*: *pœnitentiæ opera perpetua, inter quæ ſint aliqua quotidiana*, quæ explicari poſſe videntur, vt ſequitur.

Quintò. Pœnitentia ſalutaris illa cenſeri poterit, quæ erit proportionata Peccatori, Peccato, & fini, ob quem imponitur: Peccatori erit proportionata, ſi fuerit impoſita cum reflexione ad ætatem, ſtatum, complexionem, & ſexum Pœnitentis; nam ob circumſtantias diuerſas, quæ in ipſis Pœnitentibus reperiri poſſunt, eadem pœnitentia omnibus eſſe non poteſt proportionata. Peccato erit proportionata, ſi iuxtà qualitatem pecccati fuerit impoſita; nàm ſicut inter peccata datur maius, & minus, ità proportionalitèr ipſis correſpondere debet maior, & minor pœnitentia, dùm imponitur. Fini etiam, ob quem imponitur, erit proportionata, ideſt ſaluti Animæ, ſi per pœnitentiam exciderit peccatorum occaſiones, quod facilè haberi poterit, imponendo opera contraria vitijs: V. G. Ieiunium, & alias macerationes guloſis, & luxurioſis; Superbis orationes, alioſque actus humiliatis; Elecmoſinas Auaris, Silentium

lentium loquacibus &c. Nam talia opera inſeruiunt, nedum ad emendationem præteritæ vitæ, ſed etiam ad cuſtodiam futuræ; contraria enim contrarijs curantur, & talis pœnitentia ſic proportionata vèrè ſalutaris dici, & eſſe poterit; quæ etiam arbitraria remanet quo ad qualitatem, & quantitatem, cùm ſit ſine addito..

Sextò. Pœnitentia grauis, & longa: Grauis erit pœnitentia, ſi ſuo pondere ità præmet delinquentem, vt ſentiat, & agnoſcat per ipſam delicti grauitatem, qualis eſſe poterit impoſitio Ieiunij, diſciplinæ, cilicij, peregrinationis ad Eccleſias, recitationis pſalmorum pœnitentialium genibus flexis, aut partis Roſarij eodem modo, confeſſionis menſtruæ, & ſimilium, habito ſempèr reſpectu ad ætatem, ſtatum, complexionem, & ſexum Pœnitentis, vt diſcretè fiat: Longa verò erit, ſi durauerit per annum, ſemel ſaltem in hebdomada, vt de ſtylo Pœnitentiariæ ſuſtinet *Theſaur. in praxi S. P. tit. 8.* Ex quo deducitur, grauitatem pœnitentiæ non deſumi ex illius longitudine, ſed ex ipſomet opere impoſito, quod debet in ſe eſſe graue, & ſuo pondere excludere leuitatem; Cui tamèn talis pœnitentia grauis non poteſt iniungi ob aliquam cauſam, poterit Pœnitentiarius vti ſua diſcretione, leuiorem, aut plures leuiores imponendo; quià licèt Sac. Pœnitentiaria, conſiderando grauitatem delicti perpetrati: V. G. adulterij, inceſtus, homicidij, &c. iubeat, grauem pœnitentiam imponere, prudentem tamen, & diſcretum cupit eſſe ſuum executorem Pœnitentiarium; Maximè cùm pœnitentia, quæ pro robuſto leuis putatur, pro debili, & pro fęmina grauis cenſeri poſſit, conſideratis conſiderandis.

Septimò. Grauis, & diuturna pœnitentia: ex modo dictis apparet, quæ pœnitentia dici poſſit grauis, & vndè ſit deſumenda eius grauitas: Diuturna verò cenſeri poterit, ſi ad triennium duratura fuerit iniuncta; nàm de ſtylo Pœnitentiariæ diuturnum plùs dicit, quàm longum; vndè pœnitentia longa ad annum, diuturna verò ad triennium iudicatur, vt notat *Theſaur. loc. ſupra citat.*

Octauò. Pœnitentia grauiſſima, & perpetua: Grauiſſima

Digitized by Google

illa cenſeri poterit, quæ ſuo pondere multò grauiùs, quàm per ſimplicem grauem præmet delinquentem, vt per ipſam acritèr ſentiat, & agnoſcat ſui delicti atrocitatem, & deducitur ex formula pro Presbytericida: Exemplum determinatum de ſimili pœnitentia aſſignari non poteſt, maximè cùm antiquæ pœnitentiæ Sac. Canonum ampliùs non ſint in vſu, & ſpecialitèr pro foro conſcientiæ; poterit tamèn Pœnitentiarius ipſam componere, duplicando, vel etiàm triplicando aliquam pœnitentiam grauem, vt quæ ſemèl in hebdomada impoſita, grauis iudicatur; bis, aut ter facienda in eadem hebdomada iniuncta, pro grauiſſima habeatur: regulando grauem, & grauiſſimam ſecundùm has dictiones, *rariùs*, *& ſæpiùs in eadem hebdomada ſoluendam*: vt duobus, aut tribus diebus in hebdomada ieiunare, diſciplinam facere, Pſalmos pœnitentiales, aut Roſarium, vel partem flexis genibus recitare, & ſimilia iniungere loco earumdem; quæ dùm vt graues imponuntur, ſemèl in hebdomada poſſunt iniungi: Similitèr poterit pro Ieiunio ordinario, imponere Ieiunium in pane, & aqua tantùm, vel in pane, & vino, quod noſtris temporibus grauiſſima pœnitentia iudicatur; diſcretione tamen etiam in his caſibus vtatur Pœnitentiarius, quamuìs raro ſimilis pœnitentia iniungi præſcribatur, habito ſemper reſpectu ad ætatem, ſtatum, complexionem, & ſexum Pœnitentis, cùm non omnes idem pondus poſſint leuare, maximè, cùm de grauiſſimo agatur, quod facile non paucis fiet impoſſibile: Vnde opportunum erit pro diuerſitate ſubiectorum, quibus talis pœnitentia eſt iniungenda, ipſam mitigare præmiſſis dictionibus, *rariùs*, *& ſępiùs*, vt quod ſepiùs imponitur robuſtiori in hebdomada, aut in menſe peragendum, rariùs imponatur debiliori ob ſuam debilem complexionem, aut aliam rationabilem cauſam; vnum enim alteri æquiualere poteſt, conſideratum cum tali reſpectu ad talem perſonam debilem, aut aliundè aggrauatam, & impeditam.

Nonò. Perpetua: Pœnitentia perpetua hìc cenſetur illa, quæ durare debet durante vita ipſius pœnitentis, ſeù Oratoris; perpetuum enim in ſubiecta materia importat durationem vſque

vſque ad mortem; Vnde pœnitentia grauiſſima, quæ iniungitur, durare debebit vſque ad mortem ipſius Pœnitentis: neque ab hac duratione perpetua deſumi debet grauitas pœnitentiæ imponendæ, ità quod aliqua leuis, aut tantùm grauis pœnitentia poſſit iniungi, ex quo perpetua eſſe debet; quià ſicùt dictum eſt de pœnitentia graui, & longa, grauitas pœnitentiæ debet in ſe eſſe talis ſine reſpectu ad durationem; & cùm præcipitur, quòd ſit grauiſſima, debet neceſſariò in ſe eſſe talis ſine reſpectu ad perpetuitatem; nàm dictio copulatiua *Et*, quæ copulat pœnitentiam cum duratione, non immutat, nec confundit copulata, ita vt vnum cum altero debeat componere pœnitentiam grauem, vel grauiſſimam, ſed relinquit vnumquodque in ſuo eſſe, & de ſui natura facit, quòd tàm vnum, quàm aliud copulatum æquè principalitèr debeat verificari, vt ex dictionibus *Barboſæ dict.* 100., conſequentèr ex duratione perpetua ipſius pœnitentiæ deſumi non poteſt grauiſſima qualitas pœnitentiæ iniungendæ, quandò vtraque præcipitur.

Decimò. Neque ex hoc, quòd dicta pœnitentia eſſe debeat perpetua, inferri debet, poſſe iniungi quotidiè facienda: nàm licèt ex quotidiana inferatur perpetua, niſi ſit ad tempus; ex perpetua tantùm inferri non poteſt quotidiana; cùm perpetua admittat interualla dierum, quod quotidianæ repugnat; poteſt enim iniungi pœnitentia ſemèl in hebdomada, aut ter in menſe facienda, quæ durare debeat durante vita pœnitentis, & talis perpetua erit, licèt non quotidiana, vt ex ſolis terminis patet.

Vndecimò. Quotidana: Hæc declaratione non indiget, cùm ex ſe ſit clara; nàm quotidiana pœnitentia illa cenſetur, quæ quotidiè eſt peragenda, cùm dictio *quotidiè* de ſui natura reſpiciat tempus quotidianum, vnde hìc non eſt immorandum; ſolùm aduertendum, quòd, quandò imponi debent talia opera pietatis quotidiana, vt in dilatione Voti Religionis, aut in commutatione eiuſdem Voti Religionis, aut Caſtitatis, conueniens eſt, vt ſint faciliora, & vtiliora ipſi pœnitententi, vt eſſe poſſunt breuis oratio vocalis, aut lectio Spiritualis;

lis; breue examen conſcientiæ; aut breuis oratio mentalis; aliquod ex operibus miſericordiæ, & ſimilia peragere; ſempèr memoria retinendo, Iugum Chriſti eſſe ſuaue, & leue, & meliùs eſſe in miſericordia excedere, quàm in ſeueritate, *vt ex cap. Alligant.26. quæſt.7.*

Duodecimò. In imponenda aliqua pœnitentia occaſione cuiuſcumque executionis, Pœnitentiarius diligentèr ſempèr animaduertat, talem pœnitentiam iniungere, quam Pœnitens adimplere valeat abſque periculo, quòd eius occultum delictum detegatur in peragenda tali pœnitentia; vnde talis ſemper eſſe debebit, quòd in ſecretò poſſit adimpleri, neque ex ipſa delictum argui; conſulere enim debet bonæ famæ Oratoris pœnitentis, qui tandiù illam retinet, quandiù delictum remanet occultum; quod idem ſeruandum eſt in quacumque alia pœnitentia, etiam pro ſolis peccatis ordinariè in Confeſſione Sacramentali iniungenda.

Decimotertiò. In Commiſſionibus, aut reſcriptis Sac.Pœnitentiariæ, pro quorum executione intèr alia præſcribitur, quòd Oratori pœnitenti iniungatur Confeſſio menſtrua, ideſt ſingulis menſibus peragenda, vt ſæpiùs in formulis habetur, nunquàm prætermitti poteſt, cùm talis pœnitentia, quæ inter graues computatur, ſit indiuiduata à Maiori Pœnitentiario, cui parendum eſt vt deleganti, & ſit de ſtylo Pœnitentiariæ, qui facit Ius, *cap. quam graui de Crim. falſ.* Hanc tamèn pœnitentiam poteſt Pœnitentiarius exequutor in magis frequentem, quàm ſit menſtrua, iniungere, ſtante particula formulæ, *ſingulis menſibus, vt minimum ſemèl*; Poterit ſimilitèr minùs frequentem, quàm ſit menſtrua, confeſſionem imponere, ſemèl ſcilicèt, ſingulis duobus Menſibus, vbi ſubſit cauſa rationabilis, vt cum ruſticis ſuo diurno labore viuentibus, vel cum famulis Nobilium ob ſequentem particulam formulæ, *vel quotiès tibi videbitur*, quæ ſignificat arbitrium regulatum, ſeù boni Viri, ideſt prudentis, vt notat *Theſaur. in Praxi Sac. P. tit.8. num.3.* Quanto autem tempore hæc pœnitentia ſit duratura, ſtandum eſt præſcripto in formulis; nàm in Votis Religionis, & Caſtitatibus commutandis tamdiù

diù durare debet, quamdiù durabit commutatio; in alijs verò materijs videtur hoc relinqui arbitrio Pœnitentiarij.

Decimoquartò. Tandèm notandum, Pœnitentiarium in exequendo non ſolùm poſſe iniungere Pœnitenti Ieiunium, Orationem, & Eleemoſinam, ſub quibus veniunt omnia opera pęnalia, & corporis afflictiua, ſed etiam omnia alia, quæ inſeruiunt pro ſatisfactione in Confeſſione Sacramentali, inter quæ computantur etiam opera deuotionis, ſeù ſupererogationis, quæ voluntariè ſolent fieri à Pœnitente, quæ ſicut ſunt apta ad ſatisfaciendum, vt ſpontè aſſumpta, ità etiam poſſunt eſſe apta, ſi fuerint impoſita, cùm nulla lege excludantur à numero imponendorum; quæ ratio militat, tàm pro ſatisfactione Sacramentali, quàm pro ſatisfactione à Sac. Pœnitentiaria intenta; Vnde & iſtis vti poterit Pœnitentiarius in executionibus peragendis, eadem ſub obligatione imponendo Oratori pœnitenti, quæ ſpontè, & ex deuotione ſolet facere, & complere; ſemper tamen aduertatur in pœnitentijs iniungendis, an Pœnitens aliqua ex cauſa priùs pro delicto commiſſo condignè ſatisfecerit; nàm in tali caſu, ſi pro annexis delicto venerit ad Pœnitentiarium, ſolitas pœnitentias ipſe poterit moderari, non obligando denuò Pœnitentem ad ſatisfactiones iàm ſufficientèr præſtitas, cùm ſemel ſoluto, quod debetur, extinguatur obligatio.

§. III. Introductionis.

De Cauſis, proptèr quas Sac. Pœnitentiaria ſolet concedere Commutationes, Abſolutiones, Diſpenſationes, Rehabilitationes, & alia conſueta.

VT non lateat Minori Pœnitentiario, quas ob cauſas recurrere poſſit ad Sac. Pœnitentiariam pro aliqua facultate obtinenda ad conſolationem Fidelium recurrentium, & vt in inquiſitione præmittenda ante finalem commiſſionis executionem, an ſcilicet præces veritate nitantur, valeat ſecuriùs

riùs agnoſcere cauſam finalem, proptèr quam talis gratia, fuit conceſſa, & ſine qua non fuiſſet data, ipſam etiam diſtinguendo à cauſa impulſiua, quæ tantùm inſeruit ad faciliùs illam obtinendam, & ſine qua difficiliùs concederetur, conſentaneum viſum eſt, communiores, & frequentiores cauſas hìc inſinuare, propter quas Tribunal conſueuit ſuas gratias concedere, præſertìm in ordine ad diſpenſationem, quæ ſine cauſa data non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio: ex quo enìm diſpenſatio eſt Iuris relaxatio, & vulneratio, talis receſſus à Iure communi ſine iuſta, & rationabili cauſa non debet eſſe factus: Incipiendo igitùr à Votis iuxtà ordinem conſuetum indiſpoſitione formularum.

Primò. Cauſa, propter quam concedi poteſt dilatio Voti, quod poteſt differri; eſt quodlibet impedimentum temporale etiam non adeò euidens, ſed propter quod æquitas ſuadet eſſe Oratori ſubueniendum, *vt ex cap. quod ſuper his, de Vot.* Hinc infirmitas, neceſſitas propria, vel ſuorum, lites, Bella, tumultus, pericula in itineribus, inopia, prouiſio alimentorum, vel dotis in Monialibus, & aliæ conſimiles cauſæ ſufficientes eſſe poſſunt pro concedenda dilatione Voti, vel ad ſex menſes, vel ad annùm, vel durante impedimento pro qualitate impedimentorum de ſtylo etiam Sac. Pœnitentiariæ: Et notandum, quòd dilatio Voti, cùm ſit quid minus commutatione eiuſdem, non eſt neceſſe, cauſas eſſe ità vrgentes in vna, ſicut in alia.

Secundò. Pro commutatione Voti Religionis cauſæ, quæ ſolent aſſignari, licèt omnes ſufficiant pro commutatione ingreſſus in Religionem, aliquæ tamen ſolùm valent ad obtinendam facultatem ducendi vitam cælibem in ſęculo; aliæ verò, etiam ſufficiunt pro commutatione ad effectum contrahendi Matrimonium; Huius generis eſt incontinentia, & ſtimuli Carnis, quos ipſe vouens patitur, propter quos diffidit poſſe continentèr viuere in Religione: Hac de cauſa commutatio conceditur tantùm ad effectum contrahendi matrimonium, cùm eidem melius ſit nubere, quàm vri, & minus malum ſit, vouentem non ingredi Religionem, quàm poſt ingreſſum inconti-

Digitized by Google

continentèr viuere, aliјſque ſcandalum, & Religioni dedecus euadere: Etiàm paupertas Mulieris non habentem dotem ſufficientem pro ingrediendo Monaſterio eſt ſufficiens cauſa commutandi Votum ad effectum nubendi, ſi remanendo in ſæculo ſit in periculo incontinentiæ, cui periculo conſulitur per Matrimonium; quibus addi etiàm poſſunt inimicitiæ, & grauia ſcandala vitanda: V. G. cùm ſponſalia ſunt facta, & pericula immineant, niſi effectuentur ab habente Votum.

Alterius generis cauſæ ſunt; debilis complexio vouentis, habitualis infirmitas, ætas grauis, vt quinquaginta annorum, & quæcumque alia cauſa, per quam vouens reddatur inhabilis ad ſubeunda Religionis onera: In his, & ſimilibus caſibus ſolet concedi Voti commutatio, ſed cum conditione, dummodò vitam cælibem ducat.

Tertiò. Pro commutatione Voti Caſtitatis eodem modo eſt diſcurrendum, ſicut dictum eſt de Voto Religionis; Nàm, & periculum continentiæ, & conſeruatio pudicitiæ Mulieris, quæ ob paupertatem, mundique illecebras periclitaretur, & vitatio ſcandalorum, & conſeruatio nobilis Familiæ, & aliæ conſimiles cauſæ ſufficientes eſſe poſſunt ad concedendam hanc commutationem, ad effectum dumtaxàt contrahendi Matrimonium, cùm redundet in Chriſti honorem, & Eccleſiæ vtilitatem; Vndè quælibet iuſta, & euidens cauſa, præſertìm obſtans executioni Voti, ſatis eſt ad diſpenſandum, vt habet *Sanchez de Matrim. lib.8. diſp.20. num.3.*, & multò magis, cùm diſpenſationi iungitur commutatio, vt eſt de ſtylo Sac. Pœnitentiariæ.

Quartò. Pro commutatione trium Votorum Peregrinationis ſcil. Terræ Sanctæ, Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sancti Iacobi in Compoſtella cauſa eſſe poteſt quæcumque ſit iuſta, & rationabilis, & aliquo modo obſtans executioni talis Peregrinationis, vt paupertas, ſenectus, ſexus Muliebris, continua infirmitas, impotentia ad itinerandum, neceſſitas Domus, vel Familiæ, vt ſi vouens habeat numeroſam Familiam alendam, quæ ex eius abſentia ſenſura ſit damnum, ob has, & ſimiles cauſas commutari poſſunt præfata Vota Pe-

regrinationis, pro qua danda ceſſare poſſunt ſcrupuli de inſufficientia cauſæ, cùm non agatur de mera diſpenſatione, ſed de diſpenſatione mixta commutatione, vt eſt de ſtylo Tribunalis, & de praxi Sacrorum Canonum.

Quintò. Cauſæ ad diſpenſandum ſuper occultis impedimentis Matrimonialibus in caſibus Sac. Pœnitentiariæ conceſſis ferè omnes reducuntur ad ſcandala, quæ oriri poſſent, ſi talis diſpenſatio non concederetur, tàm ad contrahendum, quàm de contracto Matrimonio: Nàm ad euitandum ſcandalum conceditur diſpenſatio, quia hæc eſt legitima cauſa recedendi à diſpoſitione Iuris communis, *cap. ad aures*, & ibi *gloſſ. verb. ſcandala de temp. ordin.*; Scandalis enim eſt obuiandum *Clem. I. de offic. Ordin.*; Hæc ſcandala eſſe poſſunt iactura bonæ opinionis Pœnitentis, infamia Conſanguineorum, iurgia, & inimicitiæ inter Parentes, aut intereſſe habentes, periculum proſtitutionis Mulieris, remotio ſcandaloſæ occaſionis peccaminoſæ, Populi ſcandaloſa admiratio de ipſo Pœnitente, aut de vtroque Contrahente, ſiuè Coniuge, ſi ſeparentur ab inuicem poſt Matrimonium contractum; aut niſi ad effectum perducatur tractatus iàm publicus de Matrimonio inter ſe contrahendo, cùm periculum immineat, quòd impedimentum occultum fieri poſſit publicum, ex quo oriantur præmiſſa ſcandala, aut ſimilia: Hìc aduertendum, has diſpenſationes multotiès concedi ſolere ob periculum ſcandalorum, ſeù ad euitanda ſcandala in plurali, quæ pluralis locutio vno non contentantur, ſed requirit plura, vt ex *iurib. commun.*; In his tamen caſibus non eſt neceſſe, talia plura ſcandala inter ſe differre ſpecie, ſed ſatis erit ad validitatem diſpenſationis, ſi differant numero, quia pluralis locutio verificatur in duobus, & contenta eſt numerica diuerſitate, *l. vbi numerus ff. de Teſtib.*; vndè ad verificandam pluralitatem ſcandalorum ſufficient plura ſcandala ſolo numero diuerſa, maximè cùm lex ipſa non diſtinguat.

Similitèr hìc notandum, nullam ex dictis cauſis ſufficere ad has diſpenſationes Matrimoniales concedendas, quotiès tale impedimentum non fuerit occultum; Nàm ſi fuerit famoſum,

moſum, aut manifeſtum, aut notorium Iuris, vel facti, pro publico habebitur, & conſequentèr ſuper illo Pœnitentiaria facultatem nullam obtinet, & hac de cauſa in ſuis litteris ſolet hanc conditionem apponere, dummodò ſit occultum, quæ eſt conditio ſine qua non concederet talem diſpenſationem: quid autem ſit occultum in ſenſu Sac. Pœnitentiariæ, infrà ſuo loco explicabitur.

Sextò. Cauſæ ad diſpenſandum ſuper aliqua irregularitate occulta, ſiuè ex delicto, ſiuè ex defectu, diuerſæ non ſunt à prædictis pro diſpenſationibus Matrimonialibus; Nàm & omnes iſtæ ſolent concedi ad euitanda ſcandala, & ne fiat publicum, quod remanet occultum: Vndè quidquid dictum eſt pro Matrimonialibus, totum inſeruit pro Irregularitatibus, quæ ſimilitèr occultæ eſſe debent, cùm & pro ipſis apponatur clauſula in litteris Commiſſionum Sac. Pœnitentiariæ, *dummodò præmiſſa occulta ſint*, quæ eſt conditio ſine qua non, & de qua inquirere tenetur Pœnitentiarius, an ità ſit, antequàm deueniat ad finalem executionem gratiæ factæ.

Septimò. Cauſæ pro impertienda abſolutione ab aliqua Cenſura excommunicationis, præſertìm ſi non fuerit deducta ad forum contentioſum, licèt eſſe poſſint præfata ſcandala vitanda, quæ ſufficiunt etiàm ad vulnerandum Ius commune per diſpenſationes, quod non ſequitur per abſolutiones; Tamèn ſola cauſa reconciliandi Eccleſiæ ipſum excommunicatum reſipiſcentem cum participatione Sacramentorum, communione fidelium, & exercitio ſuorum Ordinum, ſi fuerit Eccleſiaſticus promotus ad Ordines, ſufficiens eſſe poteſt ad abſolutionem impertiendam; cùm diſpoſito, & petenti non poſſit denegari abſolutio; nàm Eccleſia per Cenſuras non intendit Animæ perniciem, ſed reſipiſcentiam à contumacia, & abſtinentiam à peccatis, in quorum pœnam iniungit Cenſuras, vt communitèr *Doctores*. Igitur, ſi hic eſt finis Eccleſiæ, cùm aliquem excommunicat, ſola cauſa ipſum reconciliandi Eccleſiæ, dùm reſipiſcit, ſufficere poteſt ad ipſum abſoluendum pro ſalute Animæ, & quiete ſuæ conſcientiæ: quod idem currit etiam de alijs Cenſuris in ordine ad abſolu-

 tionem;

tionem; nàm eumdem finem habet Eccleſia, dùm aliquem ſuſpendit, aut interdicit ob aliquam cauſam: Hæc quo ad Cenſuras occultas, aut non deductas, à quibus abſoluere poteſt Minor Pœnitentiarius facultate ſua ordinaria, aut ex commiſſione Sacræ Pœnitentiariæ in caſibus eidem exceptis, pro foro conſcientiæ tantùm.

In caſibus verò publicis, & iàm deductis ſufficit ſola reſipiſcentia à contumacia; & iſti, obtenta priùs facultate à Tribunali, abſoluuntur ad reincidentiam tantùm, ſi non paruerint mandatis proprij Ordinarij, aut parti ſatisfacere contempſerint, ſuper quibus Pœnitentiarius à Pœnitente exigere debet iuramentum, ſicut etiàm de non contraueniendo Canoni illi de cætero.

Poſteà, data abſolutione, & pœnitentia impoſita, datur eidem Pœnitenti teſtimonium Confeſſionis in forma maiori, ad vnum latum ſubſcribens nomen proprium Pœnitentiarij, ad alterum hanc clauſulam, *Orator indiget litteris pro miſſo abſoluto*; ſi Orator ſponte venit; vel *in forma pro remiſſo*, ſi ab Ordinario miſſus eſt Romam; & complicato Memoriali, in quo data eſt facultas ipſum abſoluendi, cum iſto teſtimonio Confeſſionis mittitur Pœnitens ad vnum ex tribus Procuratoribus Sacræ Pœnitentiariæ, vt Breue expediat pro eodem præſente.

Octauò. Rehabilitationis occultæ ad Beneficia pro Sæcularibus, aut ad Dignitates pro Regularibus cauſæ eſſe poſſunt, quo ad Beneficia paupertas Pœnitentis, quæ non patitur, ipſum eſſe ſine Beneficio, ſuſpicio de eodem in ordine ad aliquod delictum occultum, & ſcandalum, quod oriri poteſt, ſi non concurrat ad Beneficia, cùm ſit Vir doctus, & alijs qualitatibus præditus: Similitèr quo ad Dignitates eadem ſuſpicio, & idem ſcandalum, & grauamen Religionis eſſe poſſunt cauſæ pro Regularibus, præſertìm ſi recurrens ſit habilis, & idoneus.

Nonò. Pro condonatione fructuum Eccleſiaſticorum malè perceptorum cauſæ ſunt paupertas, aut compoſitio: ſi Pœnitens pauper ſit, & non valeat reſtituere, Sacra Pœnitentiaria ſolet committere, vt facta eleemoſyna arbitrio Minoris Pœniten-

nitentiarij, præſatos fructus condonet pro foro conſcientiæ tantùm in caſibus occultis: Si verò paupertatem aſſerere non poteſt, ſed ſolùm aliquam difficultatem ad reſtituendam totam ſummam; vel ſi diues ſit, & valens totam ſummam reſtituere, ſed cum difficultate adducitur ad reſtituendum totum, & ſupplicat pro compoſitione, tunc ſtandum eſt reſolutioni, & compoſitioni, quæ vt plurimùm fit à Signatura Sac. Pœnitentiariæ; gratia tamen facta Minor Pœnitentiarius ipſam executioni non mandat, condonando reliquum reſtituendum, niſi priùs ſoluta compoſitione in Pœnitentiaria iuxtà praxim Tribunalis.

Decimò. Pro commutatione recitationis Horarum Canonicarum in alia pietatis opera cauſæ eſſe poſſunt ſcrupuli in recitatione ipſarum Horarum, infirmitas oculorum, dolores Capitis, & accenſio oculorum, vertigines, fluxiones in applicatione, difficultas in legendo, & conſimiles cauſæ, difficilem reddentes ipſarum Horarum recitationem.

Vndecimò. Cauſæ tandèm excuſantes percuſſorem Clerici à perſonali acceſſu ad Vrbem pro abſolutione obtinenda à Sede Apoſtolica ſunt ætas puerilis infrà pubertatem, aut ſenilis non capax talis itineris; ſexus Muliebris, quæcumque Mulier ſit, ob eius periculum in itinerando; ſerui, & filij familias, qui adhùc ſunt ſub patria poteſtate; Religioſi, nè vagentur; paupertas impediens acceſſum; viuens ex ſolo artificio ſuo, maximè ſi habeat familiam alendam; infirmitas impediens, aut graue periculum probabilitèr imminens ex itinere, ſiuè ex bello, ſiuè ex naufragio, ſiuè ex inimicitia, ſiuè ex alia cauſa, & aliæ ſimiles; quæ omnes excuſare poſſunt Clerici percuſſorem ab acceſſu ad Vrbem, & eidem obtinere facultatem à Sacra Pœnitentiaria, vt abſoluatur in partibus ſine obligatione veniendi Romam pro foro conſcientiæ tantùm: Hic autèm poſitæ ſunt, quia etiàm inſeruire poſſunt pro Votis Peregrinationum commutandis, cùm ſimilitèr in ordine ad talia Vota reſeruata, & non reſeruata poſſint inſeruire, dùm eadem excuſationis ratio vtrobique viget.

FOR-

Digitized by Google

FORMVLÆ EXECVTIONVM, quas Minores Pœnitentiarij D. Papæ impertiri ſolent recurrentibus ad Sacram Pœnitentiariam pro aliqua gratia obtinenda iuxtà praxim Sac. Tribunalis pro faciliori, & promptiori vſu ad breuitatem redactæ.

DIctum eſt ſupra, à Pœnitentiario tria eſſe præſtanda, antequam ad finalem executionem alicuius gratiæ conceſſæ deueniat, nempè debere priùs inquirere, iniungere, & monere: vt autèm finis intentus ex his actibus faciliùs, & vtiliùs habeatur, & extrema primis reſpondeant, conſentaneum viſum eſt, ijſdem tribus actibus vti pro regula, & directione earumdem formularum, vt executiones ſecuriùs perficiantur, & ſtylus Tribunalis perfectiùs cuſtodiatur. Quem ordinem alij tenuere in diſponendis materijs inter ſe diſparatis, hìc quoque obſeruamus ad citiùs inueniendum alibi, quod fortè hìc deſiderabitur; Hinc à Votis initium datur, & ſucceſſiuè de alijs pertractabitur, per capita, & formulas, ſingulas materias conſiderando pro maiori decore tanti Miniſterij.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

Dilatio ſimplicis Voti Religionis.

Pro habente Parentes ſua opera, & auxilio indigentes.

FORMVLA PRIMA.

Poenitentiarius audit prius Sacramentalem Confeſſionem, quæ ſempèr eſt præmittenda ad quamcumque executionem; & tali occaſione diligentèr conſiderat ſtatum, & continentiam, dilationem Voti petentis, nè ſub prætextu alienæ neceſſitatis ponat in periculo propriam ſalutem.

Inquiritur poſteà ab ipſo quoad gratiam de veritate cauſæ adductæ; an ſcilicèt Parentes verè indigeant eius opera, & auxilio, & quomodò nùnc illis ſuccurrat, & proſit; & cognita veritate cauſæ finalis.

Iniungitur eidem pœnitentia, ideſt, vt faciat aliqua pietatis opera, ſeù exercitia ex ijs, quæ fieri ſolent in Religione, quam vouit in memoriam Voti facti, & ad conſeruandum affectum ergà Religionem; quæ opera debent eſſe plura, non minora duobus, & etiàm quotidiana, vt ſuprà *de pœnitentijs num.* 11., & addi poteſt ſecreta geſtatio cordulæ, aut corrigiæ, aut alterius ſigni talis Religionis, & quotidiana recitatio quinquies Pater Noſter, & totidem Aue Maria, & ſimilia, habito ſemper reſpectu ad ſexum, & qualitates Pœnitentis.

Monetur poſtea Pœnitens hæc fieri pro foro conſcientiæ tantùm; & quòd, durante Parentum impedimento, tenetur cælibem vitam ducere, & Matrimonium non contrahere: ceſſante verò præfato impedimento, ſimilitèr tenetur Votum ſuum implere, Religionem ingrediendo, cùm per dilationem Votum non commutetur.

His peractis, & impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur Pœnitens à cenſuris, & peccatis Sacramentalitèr

litèr in forma Eccleſiæ conſueta; Poſteà ſubiungitur:

Inſupèr authoritate Apoſtolica, ſpecialitèr mihi delegata Tibi dilationem ad implendum Votum Religionis, quod emiſiſti, concedo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Paſſio Domini Noſtri &c. vt ex manudutione habetur

Hoc eodem modo, & ordine conceduntur, & expediuntur omnes dilationes, ſeù prorogationes Votorum, præſertìm Religionis, ob quamcumque iuſtam, & rationabilem cauſam petantur à Viris, & Mulieribus, Eccleſiaſticis, vel Sæcularibus, ſeruatis ſeruandis; Nàm habens etiàm Ordines Sacros, aùt etiàm Votum Caſtitatis, non monetur, quòd, dùm remanet in Sæculo, vitam cælibem ducat, ſed quòd circà Votum Caſtitatis ab eo emiſſum, nihil ſibi commutatur, aùt conceditur.

Tranſgreſſio Voti ſimplicis Religionis.

Prò eo, qui poſt Votum Religionis emiſſum, Matrimonium contraxit, & conſummauit.

FORMVLA II.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur à Pœnitente, an verè Matrimonium in faciem Eccleſiæ publicè contraxerit, & ſucceſſiuè conſummauerit, cuius aſſertioni creditur.

Iniungitur eidem pœnitentia ſalutaris ob talem tranſgreſſionem Voti, quæ licèt ſit arbitrio Pœnitentiarij, conueniens tamèn videtur, quòd ſit aliqua quotidiana, ſed breuis; aùt perpetua, ſed pro ſingulo Menſe ſemèl, vt viſitatio Eccleſiæ Ordinis, quem vouit; aut confeſſio, & communio in feſtis principalioribus dicti Ordinis; aut alia ſimilis in memoriam Voti facti.

Monetur Pœnitens, quòd, ſi ſuperuixerit alteri comparti, ideſt

ideſt Vxori, ſi fuerit Maritus; aut Marito, ſi fuerit Vxor, adhùc tenetur adimplere Votum factum, cùm non commutetur; Et ad tollendum omnem ſcrupulum à Pœnitente, nè per conſcientiam erroneam peccet, eidem declaratur, poſſe tuta conſcientia remanere in Matrimonio contracto, & debitum coniugale reddere, & petere in foro conſcientiæ tantùm.

His peractis, & impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, & peccatis; deindè additur.

Inſupèr authoritate Apoſtolica mihi ſpecialiter delegata, Te, non obſtante Voto Religionis, quod aliàs emiſiſti, in Matrimonio remanere, & debitum coniugale exigere, & reddere poſſe, declaro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Paſſio Domini Noſtri &c.

Hìc notandum, quòd, ſi Matrimonium fuerit contractum, ſed nondum conſummatum, Pœnitens adhùc tenetur Votum implere, cùm habeat bimeſtre conceſſum ad deliberandum, & abſolutè non ſit tranſgreſſor Voti: Si autem ex tali reſolutione ſcandala oriri poſſent, ad ipſa vitanda poterit ſupplicare prò commutatione Voti, recurrendo ad Sac. Pœnitentiariam; & tùnc expedietur, vt infrà.

Similiter hìc notandum, quòd opera pietatis, quæ hoc in loco iniunguntur, non ſubrogantur loco Voti Religionis, ſicùt fit in commutatione eiuſdem Voti Religionis, ſed imponuntur pro Voti tranſgreſſione; & hac de cauſa in pœnam eiuſdem tranſgreſſionis, mortua comparte, ſeù Coniuge, remanet obligatio ſatisfaciendi Voto, quod non currit, quandò præfatum Votum commutatur; quia tùnc opera, quæ iniunguntur, ſubrogantur obligationi eiuſdem Voti, & ſic ceſſat, quòd teneatur Votum adimplere.

Digitized by Google

Tranſgreſsio Voti ſimplicis Caſtitatis.

FORMVLA III.

Pro eo, qui poſt Votum Caſtitatis emiſſum Matrimonium contraxit, & conſummauit.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur à Pœnitente, an verè Matrimonium legitimè contraxerit, & conſummauerit; & ſecundò, an abſque periculo incontinentiæ poſſit remanere priuatus facultate petendi debitum Coniugale, quod facile præſumi poteſt, non poſſe.

Iniungitur eidem pœnitentia ſalutaris, ob talem tranſgreſſionem Voti, quæ relinquitur arbitrio Pœnitentiarij: Bonum tamèn erit talem imponere, per quam recordetur Voti facti, vt preces quotidianas, frequentiam Confeſſionis Sacramentalis, & ſimilia Pœnitenti congrua, & ad adimplendum facilia.

Monetur, & declaratur, ſe poſſe remanere in dicto Matrimonio, & Coniugi petenti debitum reddere teneri: Itèm monetur, quòd diſpenſatio, quæ dabitur, etiàm ad petendum debitum, tantùm prò foro conſcientiæ conceditur: Monetur, quòd ſolus vſus Matrimonij ſibi eſt liberè conceſſus; Vndè quocumque modò deliquerit extrà præfatum vſum, ſciat ſe contrà Votum Caſtitatis peccaſſe, & teneri hanc circonſtantiam in Confeſſione manifeſtare: Tandèm monetur, quòd ſi alteri comparti ſuperuixerit, eodem Voto erit obſtrictus, nèc aliud Matrimonium poterit contrahere, non obtenta priùs diſpenſatione.

His præmiſſis, & peractis, ac impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta ab omnibus cenſuris, & peccatis; Poſteà additur.

Itèm authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata,

Te.

Te, non obſtante Voto Caſtitatis, quod emiſiſti, & tranſgreſſus fuiſti, in dicto Matrimonio remanere, & debitum Coniugale reddere poſse, & debere declaro; & vt idem debitum etiam exigere licitè poſſis, & valeas tecum eadem authoritate Apoſtolica diſpenſo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Paſſio Domini Noſtri &c.

Paritèr hìc notandum, quod dictum eſt in fine præcedentis formulæ, ſi etiàm hoc Matrimonium non fuerit conſummatum, ſed tantùm ratum; nàm eodem modo petenda eſſet Voti commutatio; Præmiſſa formula inſeruit etiam prò tranſgreſſore cælibatus; ſolùm moneatur, quòd ſi Vxori ſuperuixerit, vitam cælibem ducere teneatur.

Commutatio Voti ſimplicis Religionis.

Prò eo, qui vouit Religionam ingredi, ſed continentèr viuere poſſe diffidit ob ſtimulos carnis, quos patitur.

FORMVLA IV.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an res ſit ità; ſcilicèt, quòd Pœnitens tales ſtimulos carnis patiatur, quòd timeri poſſit de eius incontinentia etiàm in Religione.

Iniungitur eidem pœnitentia ſalutaris pro mutatione propoſiti; cùm per ipſam deficiat à promiſſione Deo facta, & loco Voti commutandi ad effectum licitè contrahendi Matrimonium, quæ pœnitentia erit, Confeſſio Sacramentalis quolibet menſe facienda: Itèm alia pœnitentiæ opera perpetua, vt correſpondeant perpetuæ commutationi Voti, quæ plura eſſe debent, ad minus duo, ſed non quotidiana, vt Ieiunium feriæ ſextæ, aut abſtinentia à carnibus aliqua die per hebdomadam: viſitatio Eccleſiæ Ordinis, quem vouerat ſemel per hebdomadam; aùt communio in Feſtis præcipuis Ordinis:

Item alia opera etiam ad minùs duo imponuntur, quæ ſint quotidiana, quæ fieri ſolent in Religione, quam vouit, in memoriam Voti facti; vt geſtatio cordulæ, corrigiæ, aut ſcapularis Ordinis; recitatio quotidiana quinquies Pater noſter, & Aue Maria, aut Litaniæ Beatæ Mariæ Virginis; breue examen conſcientiæ, & ſimilia, iuxtà exigentiam, & ordinem, ſed diſcretè, ne nimis grauetur Pœnitens.

Monetur per hanc commutationem, auferri impedimentum ortum ex Voto ad poſſe licitè Matrimonium contrahere, & nunc facultatem ſibi concedi ad illud contrahendum in foro conſcientiæ &c.

Poſt hæc impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, & peccatis; deindè ſubiungit Pœnitentiarius.

Etiam authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, Tibi Votum Religionis, quod emiſiſti, in opera pietatis, quæ tibi præſcripſi, ad effectum licitè contrahendi Matrimonium, diſpenſando commuto. In nomine Patris &c. Paſſio &c.

Eodem modo diſpenſatur Mulier, quæ non habet ſufficientem dotem pro ingredienda Religione, & manens in ſæculo eſt in periculo incontinentiæ: etiam diſpenſatur cum illo, qui contractis Sponſalibus cum alia, cauſa eſſe poteſt ſcandalorum, niſi effectuentur ab habente Votum, & cum ſimilibus. Quandò verò commutatio hæc conceditur, quia vouens diffidit poſſe ferre onera Religionis proptèr debilem complexionem, habituales Infirmitates, ætatem grauem, aut aliam rationabilem cauſam, tunc non datur ad effectum contrahendi Matrimonium, ſed tantùm, *dummodò cælibem vitam ducat*; eodem tamen modo diſpenſando commutatur Votum, & de hoc monetur Pœnitens, & in formula diſpenſationis loco, *ad effectum contrahendi Matrimonium*, dicatur, *ad effectum remanendi in ſæculo in vita cælibe.*

Cum Clericis in Sacris conſtitutis eodem modo proceditur in commutatione huius Voti, ſed nulla mentio fit de Matrimonio, vel cælibatu: & in imponendis pœnitentijs quotidianis, æquum erit habere rationem ad onus, quod habent reci-

tandi quotidiè horas Canonicas, vndè breuiores, & mitiores videtur, quòd poſſint eiſdem imponi, vt commemoratio Sancti Inſtitutoris Ordinis, Litaniæ B. Mariæ Virginis; breue examen conſcientiæ, & ſimiles.

Commutatio Voti ſimplicis Caſtitatis.

Pro eo, qui ſtimulis Carnis agitatus, continentèr viuere poſſe diffidit.

FORMVLA V.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ commutationis petitæ: qua agnita.

Iniungitur Pœnitenti pœnitentia ſalutaris pro tali commutatione, ad effectum tantùm contrahendi Matrimonium legitimè &c.

Talis pœnitentia erit obligatio ad Sacramentalem Confeſſionem ſemèl quolibet Menſe: Item alia pietatis opera, ſaltèm duo, quæ tandiù durabunt, quandiù durabit commutatio, vt aliquod Ieiunium in hebdomada, abſtinentia à lacticinijs feria ſexta, aut Sabbato; Officium paruum B. Mariæ Virginis, ſeptem Pſalmi Pœnitentiales, totum Roſarium, aut vna tertia pars in hebdomada; Item alia duo ad minùs opera pietatis quotidiè facienda imponuntnr in memoriam Voti facti, quæ faciliora eſſe poterunt, nę Pœnitens nimis grauetur, vt breuis recitatio, aut lectio Spiritualis; breue examen conſcientiæ, opus aliquod charitatis, & ſimilia.

Monetur Pœnitens de multis. Primò, quòd hæc opera pietatis quotidiana iniunguntur, vt quotidiè recordetur obligationis, quam ob Votum habebat. Secundò, quod commutatio, quæ datur ad poſſe contrahere Matrimonium, ad nihil inſeruit, quo vſquè ipſum Matrimonium contrahatur, & ſi carna-

Item alia opera etiam ad minùs duo imponuntur, quæ ſint quotidiana, quæ fieri ſolent in Religione, quam vouit, in memoriam Voti facti; vt geſtatio cordulæ, corrigiæ, aut ſcapularis Ordinis; recitatio quotidiana quinquies Pater noſter, & Aue Maria, aut Litaniæ Beatæ Mariæ Virginis; breue examen conſcientiæ, & ſimilia, iuxtà exigentiam, & ordinem, ſed diſcretè, ne nimis grauetur Pœnitens.

Monetur per hanc commutationem, auferri impedimentum ortum ex Voto ad poſſe licitè Matrimonium contrahere, & nunc facultatem ſibi concedi ad illud contrahendum in foro conſcientiæ &c.

Poſt hæc impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, & peccatis; deindè ſubiungit Pœnitentiarius.

Etiam authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, Tibi Votum Religionis, quod emiſiſti, in opera pietatis, quæ tibi præſcripſi, ad effectum licitè contrahendi Matrimonium, diſpenſando commuto. In nomine Patris &c. Paſſio &c.

Eodem modo diſpenſatur Mulier, quæ non habet ſufficientem dotem pro ingredienda Religione, & manens in ſæculo eſt in periculo incontinentiæ: etiam diſpenſatur cum illo, qui contractis Sponſalibus cum alia, cauſa eſſe poteſt ſcandalorum, niſi effectuentur ab habente Votum, & cum ſimilibus. Quandò verò commutatio hæc conceditur, quia vouens diffidit poſſe ferre onera Religionis proptèr debilem complexionem, habituales Infirmitates, ætatem grauem, aut aliam rationabilem cauſam, tunc non datur ad effectum contrahendi Matrimonium, ſed tantùm, *dummodò cælibem vitam ducat*; eodem tamen modo diſpenſando commutatur Votum, & de hoc monetur Pœnitens, & in formula diſpenſationis loco, *ad effectum contrahendi Matrimonium*, dicatur, *ad effectum remanendi in ſæculo in vita cælibe*.

Cum Clericis in Sacris conſtitutis eodem modo proceditur in commutatione huius Voti, ſed nulla mentio fit de Matrimonio, vel cælibatu: & in imponendis pœnitentijs quotidianis, æquum erit habere rationem ad onus, quod habent recitandi

tandi quotidiè horas Canonicas, vndè breuiores, & mitiores videtur, quòd poſſint eiſdem imponi, vt commemoratio Sancti Inſtitutoris Ordinis, Litaniæ B. Mariæ Virginis; breue examen conſcientiæ, & ſimiles.

Commutatio Voti ſimplicis Caſtitatis.

Pro eo, qui ſtimulis Carnis agitatus, continentèr viuere poſſe diffidit.

FORMVLA V.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ commutationis petitæ: qua agnita.

Iniungitur Pœnitenti pœnitentia ſalutaris pro tali commutatione, ad effectum tantùm contrahendi Matrimonium legitimè &c.

Talis pœnitentia erit obligatio ad Sacramentalem Confeſſionem ſemèl quolibet Menſe: Item alia pietatis opera, ſaltèm duo, quæ tandiù durabunt, quandiù durabit commutatio, vt aliquod Ieiunium in hebdomada, abſtinentia à lacticinijs feria ſexta, aut Sabbato; Officium paruum B. Mariæ Virginis, ſeptem Pſalmi Pœnitentiales, totum Roſarium, aut vna tertia pars in hebdomada; Item alia duo ad minùs opera pietatis quotidiè facienda imponuntnr in memoriam Voti facti, quæ faciliora eſſe poterunt, ne Pœnitens nimis grauetur, vt breuis recitatio, aut lectio Spiritualis; breue examen conſcientiæ, opus aliquod charitatis, & ſimilia.

Monetur Pœnitens de multis. Primò, quòd hæc opera pietatis quotidiana iniunguntur, vt quotidiè recordetur obligationis, quam ob Votum habebat. Secundò, quod commutatio, quæ datur ad poſſe contrahere Matrimonium, ad nihil inſeruit, quo vſquè ipſum Matrimonium contrahatur, & ſi

carna-

Digitized by Google

carnalitèr peccaret antè talem contractum, contra caſtitatem delinqueret, vndè nec tenetur implere pœnitentias impoſitàs, niſi à die contracti, & conſummati Matrimonij. Tertiò, quòd commutatio, quæ datur, non ſolùm valet ad poſſe contrahere Matrimonium, ſed etiam ad poſſe reddere, & exigere debitum Coniugale. Quartò, quòd hæc commutatio valet ſolùm ad contrahendum ſemèl Matrimonium, vndè mortua Vxore, cum qua modo intendit contrahere, aliam ducere non poteſt ſinè noua diſpenſatione; cum ſtatìm obligatio Voti reuiuiſcat, ſicut erat à principio. Quintò, quòd hæc commutatio conceditur tantùm prò foro conſcientiæ, & coràm Deo: Tandèm ſextò monetur, quod ſi durante Matrimonio extrà illius vſum ſibi licitum, alium actum carnis peccaminoſum fecerit, contra Votum peccabit, & tenebitur hanc circumſtantiam aperire in Confeſſione.

His omnibus peractis, & impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, & alijs, preùt de Iure, ſi opus fuerit; abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, peccatis, & mutatione propoſiti; deindè ſubiungitur.

Item authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, Tibi Votum Caſtitatis, quod emiſiſti, ad effectum, vt Matrimonium contrahere, & debitum Coniugale reddere, & exigere licitè poſſis, & valeas, in opera tibi præſcripta, diſpenſando commuto. In nomine Patris &c. Paſſio Domini Noſtri &c.

Hoc eodem modo proceditur, quando ob aliquam aliam cauſam hoc Votum commutatur, etiam quo ad Mulieres, quibus ſolet impertiri non ſolùm ob ſtimulos Carnis, ſed quotiès ſunt in periculo amittendi pudicitiam; vt quia ſunt pauperes, & pulchræ; aut quia ſunt orbatæ parentibus, & ob alias cauſas.

Commu-

Commutatio Votorum Caſtitatis, & Religionis ſimùl.

Pro eo, qui vouit Caſtitatem ſeruare, & Religionem ingredi, ſed quia ſtimulis carnis agitatur, diffidit poſſe continenter viuere.

FORMVLA VI.

Audita Sacramentali Confeſſione:

INquiritur de veritate cauſæ, an verè tales ſtimulos patiatur, vt poſſit diffidere de obſeruantia Continentiæ, licèt Religionem ingrederetur, qua cognita.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris pro commutatione ad effectum tantùm contrahendi legitimè Matrimonium.

Talis pœnitentia erit, confeſsio Sacramentalis ſingulo quoque menſe; item alia pietatis opera perpetua, quia perpetua eſt commutatio quo ad Votum Religionis; & hæc ad minùs duo erunt, ſed non quotidiana, vt ſupra fuit dictum in commutatione Voti Religionis: Item alia duo ad minùs iniunguntur perpetua, & quotidiana, quæ ſoleant fieri in Religione, quam vouit in memoriam, & recordationem Voti facti, vt ſimilitèr ſupra fuit dictum in præfata commutatione Voti Religionis.

Monetur poſteà de omnibus his, quæ monenda eſſe diximus in fine formulæ commutationis Voti Caſtitatis; ſcilicèt opera quotidiana iniungi, vt quotidiè recordetur obligationis, quam ob Vota facta habebat: commutationem ad contrahendum ad nihil inſeruire, quouſquè Matrimonium contrahatur, proptèr quod, nec Pœnitens tenetur pœnitentias impoſitas adimplere, niſi à die contracti, & conſumati Matrimonij: ipſam commutationem valere non ſolùm ad contrahendum, ſed etiam ad reddendum, & exigendum debitum.

Coniu-

Digitized by Google

Coniugale: hanc commutationem valere ſolùm ad contrahendum ſemèl Matrimonium; Vndè mortua Vxore, cum qua intendit nunc contrahere ad ſecundas Nuptias tranſire non poterit ſinè noua diſpenſatione. Hanc commutationem dari tantùm prò foro conſcientiæ, & coràm Deo: Tandèm monetur, quòd durante Matrimonio extrà illius vſum ſibi licitum, omnem alium luxuriæ actum futurum eſſe contrà Votum Caſtitatis, quæ circumſtantia neceſſariò aperienda erit in Confeſsione. Quibus præmiſsis, & peractis, ac impoſita pœnitentia prò peccatis confeſsis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, & peccatis, & à mutatione propoſiti: Deindè additur.

Item authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, Tibi Vota Religionis, & Caſtitatis, quæ emiſiſti, ad effectum, vt Matrimonium legitimè contrahere, & in eo debitum Coniugale reddere, & exigere licitè poſsis, & valeas, in opera pietatis, quæ tibi præſcripſi, diſpenſando commuto. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Paſsio Domini Noſtri &c.

In hac commutatione impertienda, licèt ad duo Vota præfata extendatur, non dupplicantur tamèn pœnitentiæ, ſeù opera pietatis, quæ iniungi ſolent, dum eadem Vota ſeparatim commutantur; Ex commutatione Voti Religionis deſumuntur pœnitentiæ iniungendæ: Monita verò danda ipſi Pœnitenti ſumuntur ex commutatione Voti Caſtitatis: Et hac de cauſa, ſi Pœnitens Vxori ſuperuixerit, eadem pietatis opera adimplere tenetur, quia vt perpetua fuerunt impoſita reſpectu Voti Religionis, à quo per commutationem liber remanſit; non ratione Voti Caſtitatis, quod reuiuiſcit diſſoluto Matrimonio per mortem Coniugis.

Commu-

Digitized by Google

Commutatio Voti de non Nubendo.

Pro Iuuene, & formoſa Parentibus orbata ob periculum incontinentiæ.

FORMVLA VII.

Audita Sacramentali Confeſsione.

INquiritur de veritate cauſæ, an ſcilicèt ſit Patre, & Matre orbata, & cuius ſit ætatis, vt conſtet de Iuuentute; nam ſi quinquageſimum annum attingeret, potiùs ſenex, quàm Iuuenis dici poſſet; de formoſitate non eſt curandum, licèt hæc magis influat ad incontinentiæ periculum, qua reperta.

Iniungitur eidem pœnitentia ſalutaris, ideſt plura opera pietatis perpetua, ſicut Votum erat perpetuum, quæ ad minùs eſſe debent duo ad libitum Pœnitentiarij, non tamen quotidiana; vt Confeſsio menſtrua, recitatio Coronæ Domini, aut B. Mariæ Virginis ſemèl in hebdomada; aliqua parua eleemoſyna in menſe, & ſimilia.

Monetur per hanc commutationem Voti, poſſe licitè contrahere Matrimonium ad ſe eximendam à periculo incontinentiæ, & poſſe licitè non ſolùm reddere, ſed etiam exigere debitum Coniugale; Monetur etiam, quòd ſi Maritus eius præmoreretur, adhùc licitè tranſire poterit ad ſecundas Nuptias abſque noua diſpenſatione, quia per hanc libera remanet à Voto facto; ſemper tamèn erit obligata adimplere opera iniuncta, & omnia pro foro conſcientiæ tantùm.

His peractis, & impoſita pœnitentia pro peccatis confeſsis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, peccatis, & mutatione propoſiti; Deindè ſubiungitur.

Inſuper authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata, tibi Votum non nubendi, à te emiſſum, ad effectum licitè contrahendi Matrimonium, in opera tibi præſcripta diſpenſando commuto. In nomine Patris &c. Paſsio Domini Noſtri &c.

Hoc Votum non eſt reſeruatum Pœnitentiario, ſic tamèn commutatur iuxtà ſtylum Tribunalis.

Digitized by Google

Commutatio Voti Sepulchri Dominici.

Pro eo, qui vouit viſere Sepulchrum Dominicum, ſed ob ingraueſcentem ætatem Votum adimplere poſſe, non ſperat.

FORMVLA VIII.

Audita Sacramentali Confeſsione.

INquiritur, an ætas verè ſit talis, quòd præſumi poſsit talis impotentia ad implendum Votum; quæ ſufficere poſſe videtur, ſi Pœnitens attigerit quinquageſimum ætatis ſuæ annum, maximè cùm diuerſæ corporis afflictiones, etiam antè tẽpus ſeneſcere faciant, cuius dicto, & aſſertioni omninò ſtandum eſt in hoc foro conſcientiæ, dum annos ſuæ ætatis indicat.

Iniungitur eidem pœnitentia ſalutaris, ſi ex negligentia tandiù diſtulit ſatisfacere Voto; & proptèr commutationem alia pietatis opera arbitrio Pœnitentiarij imponuntur; vt viſitare per plures dies aliquam Eccleſiam ſuæ Ciuitatis, vel loci, vbi habitat: Recitare Officium Beatæ Mariæ Virginis, vel Pſalmos Pœnitentiales, aut vnam partem Roſarij aliquibus diebus in Hebdomada: aut aliquod etiam leue Ieiunium, & ſimilia, conſideratis ætate, ſexu, & conditione vouentis: Hæc opera pietatis ad minùs duo eſſe debent, quibus addi poteſt etiàm aliqua eleemoſyna facienda iuxtà poſsibilitatem Pœnitentis, quæ arbitraria remanet ipſi Pœnitentiario, ſicut, & duratio operum iniunctorum, ex quo circa iſta nihil præſcribitur à Sacra Pœnitentiaria in formula, & Voti commutatio mixta eſt diſpenſatione.

Admonetur, hanc gratiam concedi pro foro conſcientiæ tantùm &c.

His peractis abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, peccatis, & à negligentia adimplendi Votum, ſi in hoc deliquit; poſteà additur.

Itèm authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, tibi Votum Peregrinationis, quod emiſiſti, in Peregrinatio-

nem

nem, eleemoſynam, ſed alia pietatis opera, quæ tibi præſcripſi, diſpenſando commuto. In Nomine Patris &c. Paſſio Domini Noſtri &c.

Hoc eodem modo commutantur Vota viſitandi limina Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sancti Iacobi in Compoſtella, etiàm Sedi Apoſtolicæ reſeruata; ſicut & alia Vota Peregrinationis non reſeruata, proportione ſeruata.

Commutatio Cælibatus.

Pro eo, qui vouit Religionem, & poſtea commutationem obtinuit cum clauſula, dummodò vitam cælibem ducat; ſed quia continentèr viuere poſſe non ſperat, cupit Matrimonium contrahere.

FORMVLA IX.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ allatæ, an ſcilicèt ob ſtimulos Carnis diffidat poſſe continentèr viuere: qua verificata, Iniungitur, vt pro Cælibatus commutatione, alia pietatis opera adimplere teneatur; ſaluis remanentibus cæteris omnibus, quæ in commutatione prima Voti Religionis iniuncta fuerunt: Opera pietatis, hìc imponenda, non debent eſſe perpetua, cùm hoc non præſcribatur à Sacra Pœnitentiaria, & ſatis ſit eſſe perpetua, quæ in prima commutatione fuerunt iniuncta: Plura tamèn, & ad minùs duo, duratura arbitrio ipſius Pœnitentiarij, eſſe debent, cùm pluralis locutio ità petat.

Monetur, quòd per iſtam commutationem, non obſtante Voto, & Cælibatu, poterit Matrimonium contrahere, ſeruata forma Concilij Tridentini, & in eo remanere, & debitum Coniugale reddere, & exigere licitè poſſe abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo: Item, quòd hæc commutatio datur pro foro

conſcientiæ tantùm: Et quòd, ſi Vxori ſuperuixerit, ſinè noua diſpenſatione ad ſecundas nuptias tranſire poterit &c.

Quibus peractis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, & peccatis, poſteà additur;

Itèm authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, tibi Cœlibatum, quem obſeruare tenebaris, in opera pietatis, quæ tibi præſcripſi, ad effectum licitè contrahendi Matrimonium, diſpenſando commuto. In Nomine Patris, & Filij &c. Paſſio Domini Noſtri &c.

Declaratoria Voti Religionis.

Oratorem Voto ſatisfeciſſe, ex quo propter Infirmitates de conſilio Medicorum antè emiſſam tacitam, vel expreſſam profeſſionem, habitum Religionis per eum ſuſceptum dimiſit.

FORMVLA X.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate Cauſæ, an verè, & realitèr ob infirmitates, & conſilium Medicorum dimiſerit habitum, nullo modo profeſſione emiſſa, neque tacitè, neque expreſsè: Hac veritate cognita,

Iniungitur ei pœnitentia ſolùm pro peccatis in Confeſſione expoſitis.

Monetur poſteà hanc declarationem dari tantùm pro foro conſcientiæ, & hortatur, vt inclinationem, quam ad Religionem habuit, non contemnat, ſed conſeruet, & Deum deuotè precetur, vt eam Vitæ viam ſibi oſtendat, per quam meliùs illi ſeruire valeat: Interìm poterit inſtituere modum viuendi, diuerſa Religionis opera ſibi nota ex deuotione perficiendo, quibus dignoſcatur à ſuo propoſito non temerè, ſed neceſſitate compulſus, habito Doctorum conſilio, receſſiſſe.

His

His peractis abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, & peccatis; poſteà ſubiungitur.

Paritèr authoritate Apoſtolica mihi ſpecialitèr delegata nuncio, & declaro, te Voto Religionis, quod emiſeras, ſatisfeciſſe. In Nomine Patris &c. Paſſio Domini Noſtri &c.

Hæc quo ad inſtructionem modi procedendi in exequendo in materia Votorum ſufficere cenſentur, cùm primariæ formulæ ſint conſideratæ; & quamuìs ad variationem cauſarum pro obtinenda commutatione aliqua varientur narratiuæ formularum, ordinariè tamen non ſolent variari, quæ Sacra Pœnitentiaria conſueuit præſcribere in conceſſione gratiæ: Vndè dicta in præmiſſis formulis pro conſimilibus Votorum caſibus poterunt inſeruire; & ſic ſatis quo ad iſtam materiam.

Digitized by Google

CAPVT II.

De Matrimonialibus.

PRæmiſſa circa Votorum executiones ſufficienter indicare poſſent, qua forma, & quo ordine procedendum ſit etiam in aliijs materijs, dùm executioni mandantur; Verùm quia ſimiliter in iſtis dantur ſpeciales circumſtantię non prętermittendę, cùm eſſentiales eſſe poſſint ad validitatem executionis faciendę, ideò, & de ipſis in ſequentibus Capitibus pertractare, cenſetur neceſſarium ad maiorem ſecuritatem, & decorem miniſterij concrediti: Aliqua tamen ſcitu neceſſaria ſunt prænotanda, antequàm formulæ ipſæ ſub conſideratione ponantur.

Et primò notandum. Maiorem Pœnitentiarium, ſeù Sac. Pœnitentiariam, in ordine ad Matrimonia contrahenda, nullam facultatem habere pro diſpenſatione danda ſuper aliquo impedimento ex quouis gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis ex copula licita, ſiuè ex Cognatione ſpirituali prouenien-te, quæcumque cauſa concurrat etiam occulta: ſuper Affinitate verò proueniente ex copula illicita, & occulta facultatem tenet, tàm ad contrahendum, quàm de contracto.

Secundò. Impedimenta Conſanguinitatis, & Affinitatis ex copula licita extenduntur vſque ad quartum gradum; & ipſum non excedunt; quod idem currit de impedimento publicæ honeſtatis, quod extenditur vſque ad quartum gradum, quandò prouenit ex Matrimonio rato: ſi verò ex Sponſalibus tantùm oriatur, vltra primum gradum non extenditur: Impedimentum Affinitatis ex copula illicita non excedit ſecundum gradum; Cognationis verò ſpiritualis non extenditur vltrà primum, iuxtà decreta facta in Concilio Tridentino.

Tertiò. Quo ad Matrimonia nulliter contracta ob impedimentum Conſanguinitatis, vel Affinitatis ex copula licita, quod ſit occultum, diſpenſare, & reualidare illa poteſt, dummodò non agatur de gradibus primo, & ſecundo, ſeù de ſecun-

cun-

cundo tantùm; In cæteris verò gradibus poteſt, quandò impedimentum eſt occultum: Imò etiam in ijſdem gradibus publicis poteſt Matrimonia nulliter contracta reualidare, quandò nullitas prouenit ex cauſa ſubreptionis, vel obreptionis occultæ litterarum Apoſtolicarum, præterquàm ſi falſitas conſiſtat in narratione præcedentis copulæ, quæ tamen ante non interuenit. In mixtis verò ex primo, & quocumque alio gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis ex copula licita, Sacra Pœnitentiaria non conſueuit diſpenſare, aut Matrimonia reualidare.

Quartò. Super quocumque gradu prohibito fuerit obtenta diſpenſatio à Dataria, tacita copula inter Oratores habita, ſi fuerit obtenta in forma pauperum, & copula ſit adhùc occulta, poteſt Sac. Pœnitentiaria cum eiſdem diſpenſare ad contrahendum, & etiam de contracto, nulla compoſitione facta, ſed in foro conſcientiæ tantùm: quando verò prima gratia expedita fuit à Dataria in forma ordinaria, & agitur de primo, & ſecundo, vel ſecundo tantùm gradu, licèt copula adhùc ſit occulta, non poteſt Sacra Pœnitentiaria diſpenſare, niſi priùs facta compoſitione cum Dataria, ad præſcriptum Bullæ ſuper facultatibus &c.

Quintò. Similiter qui vti miſerabiles Perſonæ obtinuerunt diſpenſationem à Dataria ſuper impedimento primi, & ſecundi, vel ſecundi tantùm gradus Conſanguinitatis, vel Affinitatis, expreſſa quidem copula habita, ſed tacita occulta, & malitioſa intentione in ipſa copula habita ad faciliùs obtinendam diſpenſationem, diſpenſat Sacra Pœnitentiaria nulla compoſitione facta: Cum ijs verò, qui vti ex honeſtis familijs, aut vti nobiles, ſiuè illuſtres à Dataria diſpenſati fuerunt, diſpenſare non poteſt Pœnitentiaria, niſi compoſitione ſoluta in Dataria: quòd ſi hanc ex paupertate ſoluere nequeant, neque totam, neque partem, liberum eſt Maiori Pœnitentiario cum Datario prouidere.

Sextò. Item diſpenſat Sac. Pœnitentiaria ſuper impedimento occulto Affinitatis ex copula illicita proueniente tàm de contrahendo, quàm de contracto: & ſuper Affinitate ſuperuenien-

Digitized by Google

ueniente ad effectum petendi debitum coniugale; & ſuper impedimento criminis adulterij, ſi fuerit cum fide data dumtaxàt, neutro machinante commiſſum, in caſibus occultis, tàm ad contrahendum, quàm de contracto; & etiam ſi fuerit vtroque, vel altero machinante patratum, eodem modo, ſed rarò, & ſolùm quandò neceſſitas poſtulauerit: quod ſimiliter facere poteſt, licèt gradus, & impedimenta ſint multiplicia reſpectu eiuſdem caſus, & ſubiecti, quæ neceſſariò in vna, & eadem diſpenſatione ſunt ſimùl exponenda, aliàs diſpenſatio eſſet ſubreptitia, & nulla, ſecundùm praxim Curiæ Romanæ; quibus in caſibus poteſt etiam legitimare Prolem ab ijſdem Oratoribus ſuſceptam, vel ſuſcipiendam, dummodò in adulterio non fuerit concepta. Ad maiorem commoditatem ipſius Pœnitentiarij poſita eſt hìc facultas Tribunalis, vt tutiùs ſciat, quibus in caſibus poſſit recurrere, & ſupplicare pro obtinenda facultate ad fauorem Fidelium indigentium, tàm præſentium in Curia, quàm abſentium, ſi pro habenda gratia ad Pœnitentiariam habuerint recurſum. Hæc quo ad facultatem Maioris Pœnitentiarij, & Sac. Pœnitentiariæ.

Septimò. In ordine verò ad executiones faciendas aduertatur, quòd excepta facultate diſpenſandi ſuper Affinitate ſuperueniente Matrimonio ad petendum debitum; aut etiam quando talis iuris priuatio prouenit ex Voto Caſtitatis emiſſo ad eumdem effectum, Minor Pœnitentiarius nulla alia facultate potitur ad diſpenſandum in Matrimonialibus; vnde facultas ſemper eſt petenda, caſum occurrentem cum circumſtantijs neceſſarijs Tribunali narrando in ſupplici libello; niſi facultas iam à Pœnitente ipſo obtenta, fuerit commiſſa ad executionem faciendam.

Octauò. Executiones, quæ in hac materia fiunt, inſeruiunt tantùm pro foro conſcientiæ, & in caſibus occultis; vnde ſi contingeret, impedimentum ex occulto fieri publicum etiam poſt Matrimonium contractum, Ordinarius loci, vel Parochus poſſet tales Coniugatos ſeparare à Thoro, donèc per Datariam alia diſpenſatio ſuper impedimento publico eſſet obtenta: Verùm ſi durante ſeparatione remoto ſcandalo,

dalo, debitum Coniugale ſibi ad inuicem redderent, non peccarent, quia in foro conſcientiæ, ſeù in foro Animæ iſti ſunt veri Coniuges, & per ſecretam diſpenſationem Sacræ Pœnitentiariæ verè ſublatum eſt impedimentum tunc occultum.

Nonò. Occultum impedimentum illud cenſetur, quod à nemine, vel à tàm paucis ſcitur, quòd neque ſit famoſum, neque manifeſtum, neque notorium iuris, vel facti: vnde etiam ſi aliquibus notum ſit, & ſecundùm ſe ſit probabile in iudicio, dùm interim non probatur, neque ad iudicium defertur, eſt adhùc occultum; vnde ſi impedimentum ſit notum duobus, aùt tribus alicuius loci, vel Communitatis; aut quinque, vel ſex perſonis in aliquo Oppido; aut ſeptem, vel octo in Ciuitate, adhùc occultum cenſeri debet, dummodò ab illis non fuerit diuulgatum, aut ex circumſtantijs non appareat, ipſum facile eſſe publicandum.

Decimò. In inquiſitione præmittenda, ſi agatur de Matrimonio contrahendo, verificata cauſa petitæ diſpenſationis, inquiritur ſimiliter, an Pœnitens habeat aliquod aliud impedimentum canonicum, quod prohibeat, vel dirimat Matrimonium; nàm ſi habuerit, Pœnitentiarius abſtinere debet ab executione facienda, donec obtineatur altera diſpenſatio ſuper alio impedimento reperto.

Vndecimò. Si pro contrahendo Matrimonio, vni tantùm ex Contrahentibus fuerit diſpenſatio conceſſa ſuper aliquo impedimento, & poſt datam diſpenſationem, ac Matrimonium contractum, alteri parti inſciæ delictum, & impedimentum innotuerit, non eſt denuò recurrendum ad Sac. Pœnitentiariam pro noua diſpenſatione, ſed ſatis erit notificare parti inſciæ diſpenſationem iam fuiſſe conceſſam, & præhabitam; quia impedimentum ſublatum quo ad vnum, eſt ſublatum etiam quo ad vtrumque.

Duodecimò. Quando verò vtrique contrahere cupientes æqualiter Rei ſunt delicti, & conſcij impedimenti, ac pro vtroque conceſſa eſt diſpenſatio ad effectum contrahendi; ſi præſentes ſunt in Vrbe cum vtroque diſpenſatur, & tàm vni,

quàm alteri eadem pœnitentia iniungitur iuxta mentem Tribunalis: ſi verò vna pars ſolùm eſt præſens, & altera abſens in partibus, & quæ præſens eſt, obtenta pro ſe diſpenſatione, cupit diſpenſari, antequàm ab Vrbe diſcedat, cùm eo diſpenſat Pœnitentiarius, iniuncta debita pœnitentia, ſed cum obligatione, & onere ſignificandi pœnitentiam ſibi iniunctam alteri parti abſenti, vt etiam ab ipſa eadem pœnitentia adimpleatur in pœnam delicti commiſſi, & pro ſatisfactione diſpenſationis conceſſæ, qua & ipſa fruitur ob rationem ſuperiùs dictam, quod impedimentum ſublatum quo ad vnum, eſt etiam ſublatum quo ad vtrumque; Moneatur verò, quòd confiteatur peccata commiſſa. Tutiùs tamen erit etiam pro abſente diſpenſationem obtinere, vt in partibus, antequàm Matrimonium contrahat, à tali impedimento poſſit diſpenſari.

Decimotertiò. Tandem notandum pro Matrimonijs nulliter contractis, & reualidandis, quòd ſi Matrimonium fuit nullum ob aliquod impedimentum dirimens, & vterque coniux conſcius eſt impedimenti, & pro vtroque data eſt diſpenſatio; in tali caſu vterque admonetur, prius Matrimonium fuiſſe nullum, & ideò teneri de nouo inter ſe Matrimonium ſecretè contrahere ad euitanda ſcandala, cùm ſublato impedimento, hoc poſſint facere ſine Parocho, & ſine Teſtibus, quamuis pro maiori ſatisfactione poſſent de nouo contrahere ſecretè coram ipſo Pœnitentiario, conſenſum ab vtroque recipiente, & poſtea ſolita verba proferente; *Et ego vos coniungo in Matrimonium. In nomine Patris, & Filij, &c.*

Decimoquartò. Quando verò vnus tantùm Coniux eſt conſcius impedimenti, alter verò inſcius, in executione diſpenſationis iam conceſſæ imponitur diſpenſato, & monetur, vt de nouo Matrimonium contrahat cum altera parte, certiorata prius de nullitate prioris conſenſus, ſed ita cautè, vt eius delictum nuſquàm detegatur: qualiter autem talis certioratio ſit facienda, diſcrepant inter ſe Doctores; cùm hæc ſit maior difficultas, quæ habeatur in hac materia pro inſtruendo Pœnitente, nè ſe prodat, & vt Matrimonium reualidet,

Digitized by Google

lidet, & nè gratia fruſtretur ſuo valore: vt autem aliquid etiam circa hanc certiorationem proponatur;additur,quòd:

Vtique eſſet conforme menti Maioris Pœnitentiarij, ſi pars conſcia impedimenti diceret parti inſciæ,ſe à principio Matrimonij inualidè conſenſum præſtitiſſe, & ideò ex conſilio Confeſſarij oportere pro vtriuſque conſcientiæ ſecuritate, vt ambo conſenſum renouent; qui conſenſus,ſi de nouo ab vtroque præſtetur, Matrimonium reualidatur, *Sanch.lib.2.de matrim. diſp.36. num.7.*, quibus verbis nullitas primi conſenſus certioratur, conſenſus ex vtraque parte renouatur, & delictum partis conſciæ non detegitur iuxta mentem Maioris Pœnitentiarij: qui modus inſinuari poteſt omnibus, quandò ex circumſtantijs à Pœnitentiario requirendis prudenter inferri poterit, talem conſenſum ſine periculo ſcandali, aut alterius damni haberi poſſe à Pœnitente.

Quando verò ſine ſcandalo, & abſque maximo periculo talis nullitas prioris conſenſus manifeſtari non poteſt, neque nouus conſenſus ſperari à parte inſcia impedimenti, maximè ſi pars conſcia ſit mulier, ex cuius ſimplici verbo poſſit in Marito oriri aliqua ſuſpicio, & indè curioſitas ſciendi cauſam nullitatis prioris conſenſus, cui non ſatisfaciente Vxore, grauia indè damna ſequantur, certa forma conualidandi tale Matrimonium aſſignari non poteſt, quæ ſit conformis menti Maioris Pœnitentiarij, & iuxtà ſtylum Sac. Pœnitentiariæ; poterit tamen Pœnitentiarius perpenſis effectibus, moribus, genijs, & conditionibus Pœnitentium, ac implorato lumine Diuino, aliquem modum eiſdem indicare, in quo nouus conſenſus aliquo modo, & arte ab vtroque Coniuge renouetur, in quo principaliter conſiſtit eſſentia conualidationis Matrimonij cum aliquali motiuo nullitatis prioris conſenſus: Vt eſſe poteſt, quòd mulier, capta occaſione propitia, ſuppliciter rogaret Maritum, vt ad maius meritum habendum in Matrimonio, aut in honorem alicuius Feſtiuitatis currentis; aut ad maiorem affectum inter ſe ipſos conciliandum; aut ad primos affectus renouandos; aut ad ſucceſſionem habendam, ſi non habeant; aut ad alia ſimilia obtinenda, dignetur de

nouo per nouum conſenſum inter ſe ipſos Matrimonium contrahere, ac ſi primum nullum fuiſſet, quod ſi ſequatur, Matrimonium conualidatur; conditio enim appoſita, ac ſi primum nullum fuiſſet, æquiualet certiorationi nullitatis, quia de nouo conſentit, ac ſi primus conſenſus non fuiſſet validus; vnde nec dici poteſt, quòd hic nouus conſenſus ſit confirmatiuus primi conſenſus inualidi, vt notant *Maſtrius in moral. diſp. 7. quæſt. 13. art. 2. num. 379. cum Auerſa, & habet Sanchez lib. 2. de matrim. quæſt. 36. num. 5. cum alijs*.

Alij etiam modi indicantur à Doctoribus; vt ſi conſcius impedimenti dicat alteri parti ſic in genere; Suſpicor te non eſſe Vxorem meam aliqua ex cauſa; Ideò rogo te, vt pro quiete meæ conſcientiæ denuò inter nos contrahamus: aut dicendo; an taliter ipſum amet, vt ſi libera eſſet, adhùc eum in Maritum acciperet: qua reſpondente, quòd ſic; nouo accedente conſenſu ex parte vtriuſque, in his duobus modis Matrimonium reualidatur; nàm ſublato impedimento, partes ſunt habiles, & accedente conſenſu Matrimonium perficitur; cùm ad illius validitatem aliud non requiratur: qui modi nec dici poſſunt abſolutè contra mentem Maioris Pœnitentiarij, quandò certioratio nullitatis fieri non poteſt ſine periculo, quòd grauia ſcandala oriantur, aut delictum detegatur; dùm idem Maior Pœnitentiarius vult, talem certiorationem ità cautè fieri, vt delictum partis conſciæ nuſquàm detegatur, proùt poſſet in his caſibus detegi, ſi fieret; nec credibile eſt, Pontificem velle ad ipſam obligare cum tanto incommodo, vt ait *Bonac. de matrim. quæſt. 2. punct. 9. num. 7.*

Alium modum aſſignat *Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 36. num. 9.*, quandò talis conſenſus nullo modo, nullaque induſtria poteſt haberi, & pars inſcia petit debitum ab Vxore, ipſaque ſine ſcandalo ſubterfugere nequit, nè reddendo peccet; quod ſufficiet, ſi talem copulam habeat affectu maritali ex parte ſua; nàm ex parte alterius, cùm putet eſſe Matrimonium, eodem affectu etiam habetur, quòd ſatis eſſe poterit ad denuò contrahendum Matrimonium; & hæc ſententia ſua aliquali probabilitate non caret, quæ iuncta periculo, & neceſ-

neceſſitati amplecti poſſe videtur: Ita *Sanchez*, quòd & nititur probare *loco cit.*, & refert *Tibur. Nauar. in Manuduct. par. 2. cap. 3.*, & hæc ſufficiant pro notitia præuia ad ſubſequentes formulas tutiùs, & ſecuriùs exequendum.

In primo ex actu Fornicario, de Contrahendo.

Pro eo, qui poſtquàm duas germanas Sorores carnaliter cognouit, & cum altera earum de Matrimonio contrahendo tractauit, petit ſecum diſpenſari ad euitanda ſcandala.

FORMVLA I.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ quo ad periculum ſcandalorum: item an carnalis cognitio habita cum Sorore Mulieris ſit occulta: item an adſit aliud canonicum impedimentum impediens, aut dirimens: quibus cognitis, & non obſtantibus executioni faciendæ.

Iniungitur eidem grauis pœnitentia ſalutaris. *Vide ſupra de pœnitentijs*; ac etiam quidquid aliud de iure fuerit iniungendum; præſertim, quòd auferat occaſionem peccandi cum altera Sorore, ſi adhùc extet, & poſſit; & ſi non poſſit, eò quòd non ſit in ſua poteſtate, iniunguntur remedia præſeruatiua, quæ præſcribuntur à Doctoribus in ſimilibus occaſionibus, proùt tutiùs iudicabitur ad præcauenda peccata.

Monetur, hanc diſpenſationem concedi pro foro conſcientiæ tantùm: Item quòd, habita hac diſpenſatione, poterit tuta conſcientia Matrimonium contrahere cum tali Muliere, ſeruata forma Concilij Tridentini, & in eo remanere, ac debitum coniugale reddere, & exigere: Inſuper quòd filij, qui naſcentur ex iſto Matrimonio, declarantur legitimi, cùm

naſcan-

Digitized by Google

naſcantur ex Matrimonio legitimè contracto poſt ſublationem impedimenti.

His omnibus peractis, & impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, ab hoc inceſtu, & ab alijs peccatis, & poſteà additur.

Et inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata diſpenſo tecum ſuper impedimento primi gradus (ſeù ſecundi, ſeù primi, & ſecundi) ex copula illicita à te habita cum Sorore Mulieris, cum qua contrahere intendis, proueniente, vt præfato impedimento non obſtante, Matrimonium cum dicta Muliere publicè, ſeruata forma Concilij Tridentini, contrahere, conſummare, & in eo remanere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris &c.

Inſuper eadem authoritate Apoſtolica Prolem, quam ex Matrimonio ſuſceperis, legitimam fore nuncio, & declaro. In nomine Patris &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Hìc notandum, quòd hoc eodem modo diſpenſatur cum Muliere, quæ ſe carnaliter cognoſci paſſa fuit à Fratre carnali alterius Viri, cum quo intendit contrahere Matrimonium; aut cum altero Conſanguineo eiuſdem in primo, vel ſecundo gradu tantùm. Inſuper aduertendum, quòd ſuper his diſpenſationibus Matrimonialibus nullæ litteræ teſtimoniales conceduntur; ſicut neque teſtes adhibentur, neque proceſſus conficiuntur; Imò ſi Breue aliquod à Sacra Pœnitentiaria emanatum executioni mandetur, non ſolùm non reſtituitur diſpenſato, ſed lacerandum eſt ſub pœna excommunicationis, quæ in ipſomet Breui fulminatur, ipſo facto incurrenda.

Digitized by Google

In primo ex actu Fornicario, de Contracto.

Pro eo, qui Matrimonium contraxit cum Muliere, cuius Sororem priùs carnaliter cognouerat.

FORMVLA II.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, vt in antecedenti Formula, de veritate cauſæ, & an impedimentum ſit occultum, & an obſtet aliud canonicum impedimentum: quibus ritè habitis.

Iniungitur Pœnitenti grauis pœnitentia ſalutaris, vt ſupra &c., & Confeſſio Sacramentalis ſemel quolibet menſe facienda per tempus arbitrio Pœnitentiarij; & poterit iniungi per quinque, aut ſex menſes: Iniunguntur etiam de iure iniungenda, ſi fuerit neceſſe, vt reſtitutiones faciendæ, & ſimilia; Item vt auferat occaſionem ampliùs peccandi cum Sorore Mulieris, ſi adhùc adſit, modo ſupradicto.

Monetur, hanc diſpenſationem valere pro foro conſcientiæ tantùm, & quòd ipſa habita, non poteſt accedere ad ſuam Vxorem, niſi priùs ipſa certiorata de nullitate prioris conſenſus Matrimonialis, & Matrimonio de nouo cum eadem, mediante nouo ex parte vtriuſque conſenſu, renouato, ſecretè, & ſine Parocho, & Teſtibus ad vitanda ſcandala.

Item monetur, quòd in manifeſtanda nullitate prioris conſenſus, ità cautè procedat, vt delictum nuſquàm detegatur; vnde poterit eidem inſinuari aliquis modus hoc faciendi ex dictis ſupra in notandis pro hac materia matrimoniali. Inſuper monetur, quòd, renouato ſuo Matrimonio, poterit tuta conſcientia in ipſo remanere, debitum coniugale exigere, & reddere virtute diſpenſationis, quæ nunc ei conceditur; & quòd Filij iàm nati, aut qui naſcentur, authoritate Apoſtolica legitimi declarantur in foro conſcientiæ.

His

Digitized by Google

His peractis, & ininncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur primò ab omnibus ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ideſt ab excommunicatione, quam incurrunt Inceſtuoſi, qui in gradibus prohibitis Matrimonium contrahunt; & ab alijs cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis contra eoſdem, ſiuè à iure communi, ſiuè ſpeciali quocumque modo latis; quæ abſolutio addi, & coniungi poteſt in forma Eccleſiæ conſueta, abſoluendò poſteà Pœnitentem ab inceſtu, exceſſibus, & alijs peccatis confeſſis: Poſteà diſpenſatur addendo.

Et inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata diſpenſo tecum ſuper impedimento primi Affinitatis gradus ex copula illicita, quam cum Sorore tuæ putatę Coniugis antea habuiſti, vt illo non obſtante, renouato conſenſu cum præfata Coniuge, Matrimonium cum illa contrahere, conſummare, & in co remanere licitè valeas, & poſſis. In nomine Patris &c.

Et pariter eadem authoritate Apoſtolica Prolem, ſi quam ſuſcepiſti, & ſuſceperis, legitimam fore decerno, & declaro. In nomine Patris &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Eodem modo proceditur in diſpenſando, ſi Mulier ſe cognoſci paſſa fuiſſet à Patre, ſiuè à Filio, ſiuè à Conſanguineo in primo gradu; ſiuè in primo, & ſecundo; ſiuè in ſecundo tantùm; nàm vltra primum, & ſecundum gradum non extenditur impedimentum Affinitatis ex copula illicita. Idem etiam eſt obſeruandum, quandò talis Mulier carnaliter cognita ab vno Viro contraxit Matrimonium cum Conſanguineo illius Viri in gradu prohibito, ignara tamen impedimenti indè prouenientis: & quod dicitur de Muliere in ordine ad Conſanguineos Viri, idem ſentiendum eſt de Viro in ordine ad Conſanguineos Mulieris, quoties poſt illicitam copulam habitam cum vna, Matrimonium contraxit cum Conſanguinea eiuſdem in primo, vel ſecundo gradu prohibito, ſiuè ſciuerit, ſiuè ignorauerit tale impedimentum; nàm eodem modo ſemper proceditur in diſpenſando; qui modus pariter obſeruandus eſt, quandò ambo Coniuges æquè ſciuerunt impedimentum, antequàm Matrimonium contraherent; nam vterque

Digitized by Google

que erit in Sacramentali confeſſione abſoluendus, & diſpenſandus; vtrique grauis pœnitentia iniungenda, vterque de nullitate prioris conſenſus æquè certiorandus à Pœnitentiario, prudenter tamen, & diſcretè, nè ſcandala oriantur.

De Contrahendo ſuper inceſtu non expreſſo in litteris obtentis à Dataria.

Pro eo, qui vult contrahere cum ſibi Conſanguinea, vel Affine in quarto gradu, ſuper quo obtinuit diſpenſationem publicam a Dataria, ſed tacita copula cum eadem Muliere præhabita.

FORMVLA III.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ, an ſcilicet ſcandala ſint oritura, niſi tale Matrimonium ſequatur: An talis inceſtuoſa cognitio ſit occulta, & an inter contrahere cupientes adſit aliud canonicum impedimentum.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris, & quòd faciant Pauperibus eleemoſynam arbitrio Pœnitentiarij, alijs etiam iniunctis de iure iniungendis.

Monetur, hanc diſpenſationem non poſſe dari, niſi priùs habita diſpenſatione ſuper gradu publico: quòd hæc diſpenſatio inſeruit tantùm pro foro conſcientiæ: quòd habita hac diſpenſatione, poterit licitè, & validè Matrimonium contrahere cum præfata Muliere, ſeruata forma Concilij Tridentini, & in Matrimonio remanere, ac debitum coniugale exigere, ac reddere: qua de cauſa etiam filij, qui naſcentur, legitimi declarantur in foro conſcientiæ.

His peractis, & impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur Pœnitens in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, peccatis, ab inceſtu, & exceſſibus: poſteà pro conualidatione diſpenſationis nulliter obtentæ additur.

Digitized by Google

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, diſpenſo tecum ſuper impedimento ex inceſtuoſa copula, quam cum tua Conſanguinea, ſeù Affine habuiſti, proueniente, vt, præfato impedimento non obſtante, matrimonium cum illa ad formam litterarum diſpenſationis, quam à Sede Apoſtolica obtinuiſti, contrahere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij &c.

Paritèr eadem authoritate Apoſtolica Prolem, ſi quam ſuſcepiſti, vel ſuſceperis, legitimam forè decerno, & declaro. In nomine Patris, & Filij &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Hìc notandum, quòd licèt copula inceſtuoſa inter Conſanguineos, & Affines non præbeat aliquod impedimentum matrimonij; nihilominùs ſubreptitiam, & inualidam reddit diſpenſationem obtentam à Dataria ſuper gradu, ſi in illius impetratione non fiat mentio dictæ copulæ præhabitæ; cùm Pontifex non intendat diſpenſare ſuper aliquo gradu, niſi exprimatur etiam copula præhabita ab illis, qui diſpenſationem petunt.

Similitèr notandum, quòd eleemoſyna iniungenda à Pœnitentiario, omnibus licèt miſerabilibus eſt iniungenda, etiàmſi vnius tantùm obuli eſſet, quia eſſentia eleemoſynæ ſaluatur etiam in minima quantitate.

Si qui cupiunt contrahere, & ambo ſunt præſentes, ambo debent audiri ſeparatìm, ſicut ſeparatìm abſoluendi, & diſpenſandi ſunt; & ſicut forma abſolutionis ſeparatìm datur, ſic & diſpenſatio eſt danda; quamuis diſpenſatio poſt vtriuſque confeſſionem, & abſolutionem immediatè dari poſſet vtrique ſimul, ſi ſecretè, & abſque admiratione, & ſcandalo fieri poſſet, proferendo formulam diſpenſationis pro vtroque in plurali: Quando verò vnus tantùm Contrahentium eſt in Urbe, alter verò in Partibus, & qui præſens eſt, diſpenſationem obtinuit tàm à Dataria, quàm à Pœnitentiaria, poterit, qui præſens eſt, diſpenſari, antequàm diſcedat; pro abſente verò aliam diſpenſationem poterit obtinere, & ad abſentem deferre, vt & ipſa diſpenſetur, ſtatim ac Ordinarius, vel eius Vicarius Generalis licentiam dederit matrimonium contrahendi,

Digitized by Google

hendi, antequam contrahatur ipſum matrimonium inter diſpenſatos.

De Contracto ſuper Inceſtu reticito in Dataria.

Pro eo qui Matrimonium publicè contraxit, & ſucceſſiuè conſummauit cum Muliere ſibi coniuncta in tertio gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis, obtenta priùs diſpenſatione à Dataria, ſed reticita copula, quæ inter ipſos præceſſerat.

FORMVLA IV.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ, an ſcilicet ex ſeparatione oritura ſint ſcandala; an copula reticita ſit occulta, & an obſtet aliud canonicum impedimentum.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris; & quòd faciat eleemoſynam Pauperibus ſecundùm arbitrium Pœnitentiarij quo ad quantitatem, & alia iniunguntur de Iure iniungenda, vt ſupra fuit explicatum.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm; quòd ipſi Coniuges putati tenentur renouare conſenſum matrimoniale inter ſe, & ſecretè ſinè Teſtibus, & ſinè Parocho, manifeſtata nullitate prioris, in quo non erit difficultas, cùm ambo ſint Rei eiuſdem culpæ: & quòd abſtineant à carnali copula, vſque quò conſenſus nouus fuerit habitus: quòd, renouato matrimonio vigore huius diſpenſationis, poterit tuta conſcientià in ipſo remanere, & debitum coniugale exigere, & reddere; & hac de cauſa filij nati, & qui naſcentur, legitimi declarantur in foro conſcientiæ.

His præmiſſis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta; primò à ſententijs,

Digitized by Google

cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ideſt ab excommunicatione, & alijs cenſuris contra Inceſtuoſos latis, qui in gradibus prohibitis matrimonium contrahunt; deindè ſub forma præfata abſoluitur à cenſuris, peccatis, inceſtu, & alijs exceſſibus: poſtea ad conualidandam diſpenſationem nullitèr obtentam additur.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum ſuper impedimento ex inceſtuoſa cognitione in litteris diſpenſationis, cuius vigore contraxiſti, non expreſſa, proueniente, vt ipſo non obſtante, denuò matrimonium cum illa contrahere, renouato conſenſu & conſummare, ac in eo remanere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Pariter eadem authoritate Apoſtolica Prolem, ſi quam ſuſcepiſti, aut ſuſceperis, legitimam forè decerno, & declaro. In nomine Patris &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Eodem modo diſpenſatur cum ijs, qui obtenta diſpenſatione à Dataria ſuper aliquo gradu prohibito, expreſſa etiam copula inceſtuoſa inter ipſos habita, ſed tacita malitioſa intentione, ſub qua talis inceſtus fuit habitus, nempè ſub ſpe faciliùs conſequendi diſpenſationem: Talis enim intentio, ſeù ſpes in ſimili copula habita neceſſariò eſt exprimenda, & non expreſſa reddit diſpenſationem nullam, & irritam, cùm & ipſa ſit de ſtylo Curiæ, qui declarat Pontificis mentem, ita vt talis ſit, qualis eſt ſtylus: Si igitur & iſti recurrant ad Sacram Pœnitentiariam pro conualidatione diſpenſationis nullitèr obtentæ, & talis malitioſa intentio remaneat occulta, eodem modo cum iſtis diſpenſatur tàm ad contrahendum, quàm de contracto, ſicut dictum eſt in duabus Formulis præcedentibus.

Quando verò in his diſpenſationibus concedendis neceſſariò ſit facienda, & priùs ſoluenda compoſitio, ex dictis in principio huius Capitis elici poteſt, & ex Bulla ſuper facultatibus Maioris Pœnitentiarij: Certum eſt, compoſitionem nunquàm eſſe faciendam, quotieſcumque diſpenſatio à Dataria fuerit obtenta in forma pauperum ſuper quocumque gradu pro-

prohibito ; neque quando fuerit data in forma ordinaria ſuper gradibus tertio, aut quarto , ſiuè Conſanguinitatis , ſiuè Affinitatis, nam de his non curat Dataria .

Similitèr eodem modò,& forma tam de contrahendo,quàm de contracto cum ijs diſpenſatur, qui obtenta diſpenſatione à Sede Apoſtolica ſuper Cognatione ſpirituali,aut ſuper impedimento publicæ honeſtatis prouenìente ex matrimonio rato, tacita copula inter ipſos ſecuta , aut non expreſſa malitioſa intentione in ipſa copula habita ad faciliùs obtinendam diſpenſationem; nàm de omnibus currit eadem ratio etiam in ordine ad componendam,faciendam,vel non faciendam:ſolùm in his diſpenſationibus dandis non ſolet iniungi diſpenſatis eleemoſyna Pauperibus eroganda , vt ex praxi . Semper autem aduertatur,quòd in his diſpenſationibus matrimonialibus, vt etiam ſupra fuit dictum, nunquàm datur diſpenſatis vllum minimum teſtimonium , præter ſolam ſimplicem fidem ſolitam Confeſſionis, ſi ab ipſis petatur ; Imò etiam Breuia ipſa Sacræ Pœnitentiariæ ſtatim lacerantur , ſi fuerint executioni mandata , nec reſtitui poſſunt ipſis Oratoribus diſpenſatis ad præſcriptum Maioris Pœnitentiarij .

De

De Contracto in Quarto Conſanguinitatis, ſeù Affinitatis.

Pro ijs, qui ignorantes aliud impedimentum inter eos exiſtere, quominùs poſſent matrimonialitèr copulari, factis proclamationibus, & ſeruata forma Sacri Concilij Tridentini, nulloq; reperto impedimento, matrimonium inter ſe contraxerunt, & conſummarunt, & in eo per aliquot annos permanſerunt: Poſtmodum verò reperierunt, ſe quarto Affinitatis gradu inuicem attinere, & nihilominùs à carnali copula minimè abſtinuerunt.

FORMVLA V.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ, an ſeparatio inter ipſos poſſit eſſe cauſa ſcandalorum, quod facilè præſumi poteſt poſt tot annos matrimonij putati: an impedimentum repertum remaneat occultum, & an obſtet aliud canonicum impedimentum.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris, & quid quid de Iure fuerit iniungendum.

Monentur, quòd hæc diſpenſatio datur pro foro conſcientiæ tantùm: quòd tenentur de nouo renouare conſenſum matrimonialem ad inuicem, cùm iàm ſciant priorem fuiſſe innalidum: quòd abſtineant à carnali copula, vſquequò talis conſenſus nouus fuerit vtrinque datus: eò quòd renouato matrimonio vigore huius diſpenſationis, poterunt in ipſo remanere, & debitum coniugale exigere, & reddere tuta conſcientia; ad quem finem filij nati, & naſcituri legitimi declarantur in foro conſcientiæ.

His

His peractis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur vnuſquiſque reſpectiuè in ſua confeſſione in forma Eccleſiæ conſueta; primò à ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis incurſis, ideſt ab excommunicatione contra inceſtuoſos lata, qui in gradibus prohibitis matrimonium contrahunt, vt in ſuperioribus fuit dictum: & ſub eadem forma abſoluitur à cenſuris, peccatis, inceſtu, & exceſſibus commiſſis: poſteà pro diſpenſatione additur.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum ſuper impedimento quarti gradus Affinitatis, vt illo non obſtante, cum tua putata Coniuge, præuia renouatione prioris conſenſus, matrimonium ſecretè inter te, & ipſam contrahere, & conſummare, ac debitum coniugale exigere, & reddere licitè valeas. In nomine Patris &c.

Et paritèr eadem authoritate Apoſtolica Prolem ſuſceptam, ſi qua ſit, & ſuſcipiendam legitimam eſſe, & fore declaro. In nomine Patris &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Solùm hìc notandum pro omnibus etiam alijs formulis diſpenſatiuis, quòd quotieſcumque ambo Coniuges ſunt conſcij impedimenti, ſicut ab vtroque ſeparatim præmittenda eſt Confeſſio Sacramentalis, & ſeparatim vtrique danda eſt abſolutio; ità etiam vtrique impertienda eſt ſeparatim diſpenſatio, mutatis terminis in ipſa Formula; vt cùm dicitur pro Viro, matrimonium cum tua putata Coniuge; dicatur pro Muliere, matrimonium cum tuo putato Coniuge: quod idem ſeruatur, quotiès vna tantùm pars conſcia eſt impedimenti, & ſola ſuper eo diſpenſatur, mutatis inquàm mutandis.

Digitized by Google

Neutro Machinante de Contrahendo

Pro ijs, qui præcedente adulterio, & fide data, matrimonium contrahere deſiderant.

FORMVLA VI.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ, an periculum ſit ſcandalorum, aut perſeuerantiæ in peccato, ſi adſit, niſi contrahant: an hoc impedimentum criminis ſit occultum; & an obſtet aliud canonicum impedimentum ab iſto diſtinctum.

Iniungitur eiſdem pro modo culpæ pœnitentia ſalutaris, & quidquid de Iure.

Monetur, diſpenſationem hanc dari pro foro conſcientiæ tantùm, & vigore ipſius poſſe inter ſe matrimonium contrahere ſeruata forma Concilij Tridentini, & poſtmodùm tuta conſcientia in ipſo remanere, ac debitum coniugale exigere, & reddere: declarando etiam Prolem ſuſceptam (non tamen in adulterio conceptam) & ſuſcipiendam, eſſe, & fore legitimam in foro conſcientiæ.

His peractis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluuntur in forma Eccleſiæ conſueta, eidem addendo, primò à ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis propter præmiſſa incurſis; deindè etiam abſoluuntur per eamdem formam à cenſuris, adulterio, fide data, exceſſibus, & alijs peccatis; poſteà additur.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum ſuper impedimento criminis ex adulterio, & fide data prouenientc, vt illò non obſtante cum muliere correa, matrimonium publicè, ſeruata forma Concilij Tridentini contrahere, & conſummare, debitumque coniugale exigere, & reddere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij &c.

Pariter

Digitized by Google

Pariter eadem authoritate Apoſtolica Prolem ſuſceptam, (non autem in adulterio conceptam), & ſuſcipiendam legitimam fore nuncio, & declaro. In nomine Patris &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Hic notandum, quòd ad inducendum hoc impedimentum Criminis ex adulterio, & fide data proueniens, multæ conditiones requiruntur, & à Doctoribus aſſignantur: Prima, Adulterium debet eſſe actu perfecto conſummatum. Secunda, Adulterium debet eſſe perpetratum, ſciente vtroque adultero alterius matrimonium. Tertia, Adulterium debet præcedere, vel ſubſequi promiſſionem futuri matrimonij. Quarta, Adulterium, & promiſſio debent eſſe facta viuente Coniuge. Quinta, promiſſio, quæ intercedit, debet eſſe facta ſigno aliquo exteriori, nàm ſola interna non inducit. Sexta, promiſſio ab vno data, ab altero debet eſſe acceptata cum repromiſſione. Septima, Matrimonium priùs contractum debet eſſe validum; nàm ex irrito matrimonio, & adulterio exiſtimato non inducitur hoc impedimentum, vt ex *Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 79. à num. 2. cum allegat.* His conditionibus concurrentibus inducitur hoc impedimentum; altera verò ex ipſis deficiente non inducitur.

Neutro Machinante de Contracto.

Pro ijs, qui cum occulto impedimento Criminis contraxerunt.

FORMVLA VII.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ quo ad ſcandala exoritura, ſi ſeparentur, & de impedimento Criminis, an ſit occultum.

Iniungitur grauis pœnitentia ſalutaris, & alia de Iure iniungenda.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm. Quòd ipſa habita, poſſunt legitimè inter ſe ſecretè

contrahere de nouo matrimonium, renouato ad inuicem conſenſu, ex quo primus fuit inualidus; & ſimiliter poſſunt in eodem matrimonio tuta conſcientia remanere, ac debitum coniugale exigere, & reddere: Vnde & legitimantur filij ſuſcepti (non tamen in adulterio concepti), & ſuſcipiendi in foro conſcientiæ.

His peractis, & impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluuntur in forma Eccleſiæ conſueta, addendo in eadem, primò à ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, propter præmiſſa incurſis; & deinde abſoluuntur ſub eadem forma à cenſuris, peccatis, adulterio, fide data, & alijs exceſſibus commiſſis: poſteà additur.

Et inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, diſpenſo tecum ſuper impedimento Criminis ex adulterio, & fide data proueniente, vt ipſo non obſtante, matrimonium cum tua putata Coniuge contrahere, conſummare, ac debitum coniugale exigere, & reddere poſſis, & valeas. In nomine Patris &c.

Pariter eadem authoritate Apoſtolica Prolem, ſi quam ſuſceperis (non tamen conceptam ex adulterio), & quam ſuſcepturus es, legitimam eſſe, & fore decerno, & declaro. In nomine Patris, & filij &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Altero Machinante de Contracto.

Pro ea, quæ, vt matrimonium poſſet contrahere cum Viro, à quo per adulterium fuerat cognita carnaliter, in mortem Mariti cum effectu machinata fuit, inſcio ipſo Viro, cum quo deinde matrimonium contraxit, & conſummauit.

FORMVLA VIII.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ, an ſcilicèt ex ſeparatione oritura ſint ſcandala: an hoc impedimentum Criminis ſit occultum;

Digitized by Google

cultum; & an aliud canonicum impedimentum obſtet.

Iniungitur eidem pro modo culpæ grauis, & longa pœnitentia ſalutaris, quæ ſaltem per annum duret, & aliæ orationes, quæ ad minus duæ eſſe debent, per idem tempus duraturæ; frequentia Sacramentalis Confeſſionis arbitrio Pœnitentiarij ſtatuenda, vel pro ſingulo menſe ſemel, vel pluries in eodem menſe: item quòd pro anima occiſi certum numerum miſſarum faciat celebrare ſecundùm ſuam facultatem; duas ad minùs, quæ paupera eſt, debet facere celebrare: item quòd, quibus damnum intulit, ſatisfaciat, ſiuè hæredes ſint, ſiuè alij, quibus defunctus, dùm viueret, ſubuenire ſolebat.

Monetur, quòd reſtitutiones, & eleemoſynas ità cautè faciat, vt delictum ſuum nunquàm detegatur: item quòd diſpenſatio hæc datur tantùm pro foro conſcientiæ: quòd tenetur certiorare Coniugem ſuum putatum de nullitate prioris conſenſus, & de nouo inter ſe ipſos ſecretè illum renouare, ſine Parocho, & Teſtibus; quòd interim abſtineat à carnali copula, donec nouus conſenſus fuerit vtrinque datus: & quòd, renouato tali conſenſu poſt diſpenſationem habitam, poterit ſimiliter in dicto matrimonio renouato tuta conſcientia remanere, & debitum coniugale exigere, & reddere; qua de cauſa Prolem ſuſceptam (non tamen ex adulterio conceptam) & ſuſcipiendam fore legitimam, declaratur in foro conſcientiæ.

His peractis, & pœnitentia iniuncta pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addito priùs, ab omnibus ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis propter præmiſſa incurſis; ſequendo abſolutionem ab alijs cenſuris, peccatis, adulterio, homicidio, & alijs exceſſibus huiuſmodi; poſteà pro diſpenſatione additur.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, diſpenſo tecum ſuper impedimento Criminis ex adulterio, & homicidio proueniente, vt ipſo non obſtante cum tuo putato Coniuge matrimonium contrahere, conſummare, & debitum coniugale exigere, & reddere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris &c.

Pariter eadem authoritate Apoſtolica Prolem ſuſceptam, (non tamen conceptam ex adulterio), & ſuſcipiendam legitimam eſſe, & fore declaro. In nomine Patris, & Filij &c. Paſſio Domini Noſtri &c.

Similiter eſt hìc notandum, quòd etiam ad inducendum hoc impedimentum Criminis ex occiſione Coniugis prouenìens, aliquæ conditiones requiruntur. Prima eſt, vt matrimonium, contra quod machinatio facta eſt, ſit verum, non putatum. Secunda, vt machinatio ſortiatur effectum, & mors ſequatur. Tertia, vt tàm mortis machinatio, quàm adulterium interueniat, niſi vterque cooperatus ſit ad mortem. Quarta, vt quando alter tantùm machinatus eſt mortem, adulterium commiſſum ſit vtrique notum. Quinta, vt homicidium Coniugis eo fine factum ſit, vt cum altero Coniugum ineatur: Omnes iſtæ conditiones neceſſariæ ſunt ad inducendum hoc impedimentum, & vna deficiente, impedimentum non ſequitur, vt ex Doctoribus habetur, *Sanch. lib.7. de Matrim. diſp.78. à num.20.*, *Bonac.*, *& alij:* Et nihil refert, an Vir in Vxoris, vel Vxor in Viri mortem machinetur, gratia migrandi ad alterum matrimonium, *Idem ibidem num.14.*, & de praxi Curiæ teſtatur *Corrad. lib.8.cap.9. num.15.* Imò ſolum conſilium, ſiuè mandatum ad cooperandum morti Coniugis ſatis eſt ad hoc impedimentum contrahendum; attenditur enim machinatio qualiſcunque illa ſit, *Sanch. ibidem num.5.*, *Corrad. ibidem num.16. cum allegatis.*

Vtroque

Digitized by Google

Vtroque Machinante de Contracto.

Pro ijs, qui ſimul adulterantur, & vt Matrimonium inter ſe contrahere poſſent, in Mariti Mulieris mortem cum effectu machinati fuerunt, illoque defuncto, Matrimonium inter ſe publicè ſeruatis ſeruandis contraxerunt, & conſummarunt.

FORMVLA IX.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ, an ſcilicet ſeparatio inter ipſos fieri poſſit abſque ſcandalo, nec nè; an machinatio facta ſit occulta; an cohabitatio eſſe poſſit abſque periculo incontinentiæ; & an obſtet aliud canonicum impedimentum.

Iniungitur, primò Confeſſio Sacramentalis ſingulo quoque menſe facienda per tempus ſtatuendum à Pœnitentiario; item grauis, & longa ſaltem per annum duratura pœnitentia ſalutaris pro modo culpæ, ſcilicet, vt ſingulis ſextis Ferijs per annum ieiunent, & pro anima occiſi per annum in tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ orent, certaſque orationes, à Pœnitentiario pro eorum captu præſcribendas, genibus flexis, recitent quæ orationes duæ ad minùs eſſe debent; item ſi facultatem habent, quinquaginta Miſſas, vel alium numerum iuxta huiuſmodi facultatem celebrari faciant pro anima occiſi; & etiam quòd hæredibus ipſius occiſi, & illis, quibus ipſe, dùm viueret, ſubuenire forſan ſolebat, ſatisfaciant, & ſubueniant in eo, in quo tenentur cautè tamen, nè ſe prodant; Iniunctis etiam alijs de iure iniungendis.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm: quòd tenentur inter ſe ipſos renouare conſenſum matrimonialem, cùm primus fuerit inualidus, quòd ſecretè poſſunt facere ſine Parocho, & Teſtibus, & interim abſtineant.

Digitized by Google

neant à copula carnali, quouſque dictus conſenſus fuerit renouatus: & quòd poſt hanc diſpenſationem habitam, & renouationem conſenſus factam poterunt in Matrimonio tuta conſcientia remanere, & debitum matrimoniale exigere, & reddere: qua de cauſà Proles ſuſcepta (non tamen ex adulterio concepta), & ſuſcipienda legitima declaratur in foro conſcientiæ.

His peractis, & pœnitentia iniuncta pro peccatis confeſſis, abſoluuntur in forma Eccleſiæ conſueta, addito priùs, à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, propter præmiſſa quomodolibet incurſis; & ab omni vinculo excommunicationis, à peccatis, adulterio, fide data, homicidio, & exceſſibus; poſteà pro diſpenſatione additur.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, tecum diſpenſo ſuper impedimento Criminis ex adulterio, fide data, & machinatione facta proueniente, vt ipſo non obſtante, Matrimonium cum tua putata Coniuge de nouo contrahere, conſummare, ac debitum coniugale exigere, & reddere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris &c.

Pariter eadem authoritate Apoſtolica Prolem ſuſceptam (non tamen ex adulterio conceptam), & ſuſcipiendam, legitimam eſſe, & fore decerno, & declaro in foro conſcientiæ. In nomine Patris, & Filij &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Vtroque Machinante de Contrahendo.

CIrcà hanc Formulam nihil ſupereſt addendum ad ſupradicta in Formula de Contracto: eadem inquiruntur; eadem iniunguntur; de eiſdem monentur; & eodem modo abſoluuntur, & diſpenſantur; ac Proles legitima declaratur: vnum tantùm mutatur, quòd non imponitur renouatio conſenſus inter Contrahentes ad reualidandum Matrimonium priùs nulliter contractum; ſed facultas conceditur ad validè, & licitè illud contrahendum, ſeruatis ſeruandis, ſcilicèt ſeruata forma Sacri Concilij Tridentini, quòd publicè contrahatur,

hatur, præmiſſis proclamationibus, & præſente Parocho, & Teſtibus, & dummodò non obſtet aliud canonicum impedimentum.

Habita diſpenſatione ſuper impedimento, & ſeruatis præfatis in contrahendo, poterunt tuta conſcientia in Matrimonio remanere, & debitum coniugale exigere, ac reddere, præmiſſo impedimento non obſtante: Iniungantur tamen omnes pœnitentiæ, quæ ponuntur, & ordinantur in præmiſſa forma de Contracto. Diſpenſatio hæc à Sac. Pœnitentiaria rarò, & nonniſi ob grauem neceſſitatem ſolet concedi.

Affinitas ſuperueniens.

Pro eo, qui contracto, & conſummato Matrimonio, Conſanguineam Vxoris in primo, vel ſecundo gradu carnaliter cognouit.

FORMVLA X.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an talis copula inceſtuoſa ſit occulta; & an probabiliter timeri poſſit de eius incontinentia, niſi diſpenſetur ad exigendum debitum.

Iniungitur eidem grauis pœnitentia ſalutaris, & quòd ſemel ſingulo quoque menſe Sacramentaliter confiteatur arbitrio Pœnitentiarij quo ad tempus durationis; & alia de Iure iniungenda, vt eſt, quòd auferat occaſionem recidiuæ conuerſationis; iniungendo etiam, ſi opus ſit, aliquod remedium præſeruatiuum, quæ innuuntur à Doctoribus.

Monetur, quòd hæc diſpenſatio datur pro foro conſcientiæ tantùm; qua habita, poterit tuta conſcientia exigere debitum coniugale à ſua Vxore, ſicut priùs ante inceſtum perpetratum: quo verò ad idem debitum reddendum, etiam declarabitur, poſſe, & teneri reddere.

His

His peractis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, peccatis, ab inceſtu, & exceſſibus huiuſmodi; deinde ſubiungitur.

Et inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, diſpenſo tecum, vt nõ obſtante Affinitate, quam contraxiſti cum tua Vxore ex illicita copula à te habita cum eius Sorore, ſeù Matre &c., debitum coniugale à tua Vxore etiam exigere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris &c.

Et pariter eadem authoritate Apoſtolica declaro te, non obſtante præfata Affinitate ſuperueniente, in Matrimonio cum tua Vxore remanere, illique debitum coniugale reddere poſſe, & debere. In nomine Patris, & Filij &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Eodem modo diſpenſatur, ſi talis copula fuiſſet habita cum Matre, cum Sorore, aut cum alia Conſanguinea Vxoris in primo, & ſecundo, ſiuè in ſecundo tantùm gradu.

Quod dictum eſt de Marito in ordine ad Conſanguineas Vxoris, idem eſt dicendum de Vxore quo ad Conſanguineos Mariti, in quibus caſibus etiam ipſa Vxor diſpenſatur hoc eodem modo, & forma, mutatis ſolùm terminis in formula diſpenſationis, & declarationis. Et hæc ſufficiant quo ad diſpenſationes matrimoniales, ex quibus deduci ſufficienter poteſt qualiter, & quomodò ſit procedendum in ſimilibus caſibus particularibus.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT III.

De Formulis Abſolutionum, Diſpenſationum ab Irregularitatibus, Rehabilitationum, & fructuum Condonationum.

SImiliter pro recta executione ſequentium Formularum multa veniunt prænotanda.

Et primò. Quo ad abſolutiones impertiendas à cenſuris, & præſertim ab excommunicationibus.

Notandum, Sacram Pœnitentiariam poſſe abſoluere, & abſolui mandare ab excommunicationibus eidem conceſſis, tàm publicis, quàm occultis; pro publicis committendo facultatem Ordinarijs, ſi eiſdem ſint reſeruatæ; pro occultis verò committendo eamdem facultatem Confeſſarijs in foro conſcientiæ.

Secundò. Cùm quis fuit abſolutus ab excommunicatione, quæ remanebat occulta, ſed poſteà redetecta, & confecto proceſſu ab Ordinario per Cedulones fuit publicè declaratus excommunicatus, adhùc tenetur recurrere ad Sacram Pœnitentiariam pro ſatisfactione fori externi, licèt quo ad Deum, & in foro conſcientiæ, ſit ab excommunicatione abſolutus; quod idem currit de quacumque alia cenſura priùs abſoluta vt occulta, ſed poſteà deducta, & publicè declarata.

Quando verò excommunicatus acceſſit ad Vrbem, & petit abſolui, eo quòd fuerit nominatim, & publicè declaratus, vel denuntiatus, obtenta priùs facultate à Sacra Pœnitentiaria abſoluitur in forma, vt infra dicetur; poſteà datur eidem teſtimonium Confeſſionis in forma maiori, ex vno latere ſubſcribens proprium nomen, ex altero ponens hanc clauſulam; *præſens Orator indiget litteris pro miſſo abſoluto*, ſi Orator ſpontè venerit: *vel pro remiſſo abſoluto*, ſi venerit miſſus: & com-

complicato memoriali, cum iſto teſtimonio confeſſionis mittitur Pœnitens ad vnum ex tribus Procuratoribus Sacræ Pœnitentiariæ, vt expediat Breue pro ipſomet Pœnitente.

Tertiò. Si autem, qui acceſſit ad Vrbem, ſit excommunicatus occultus, & talis excommunicatio non ſit excepta Pœnitentiario, ab ipſo abſoluitur in forma, vt infra, ſolo teſtimonio Confeſſionis eidem dato, ſi illud petat, & dimittitur; quod idem fit cum exiſtentibus, & commorantibus in Vrbe, ſi accedant ad Baſilicam pro ſimili abſolutione obtinenda. Occulta excommunicatio cenſetur illa, quæ non eſt deducta ad forum externum, nec de facili eſt deducibilis; vnde taliter excommunicatus ab occulta excommunicatione abſolui poteſt in forma tamen Sac.Pœnitentiariæ ordinaria.

Quartò. Si aliquis ab Homine nominatim fuerit in partibus excommunicatus, & acceſſerit ad Vrbem, & petat abſolui ad effectum tantùm lucrandi Indulgentias Vrbis; obtenta facultate à Tribunali Sac.Pœnitentiariæ, abſoluitur ad reincidentiam per tempus determinatum à Concedente facultatem; quo tempore, ſi abſolutus fuerit Sacerdos, non permittitur, quòd celebret, cùm hoc non ſit neceſſarium ad conſequendas Indulgentias, ſed ſufficiat confiteri, & communionem recipere, vt in fine huius Praxis.

Quintò. Ab abſoluendo ab aliqua excommunicatione publica in forma miſſi, aut remiſſi duo iuramenta exiguntur, vnum de parendo mandatis ſui Ordinarij, & ſatisfacienda Parte in eo, in quo damnum paſſa eſt, alterum de non contraueniendo ampliùs tali Canoni, contra quem modò venit, & excommunicationem incurrit; quod ſecundum Iuramentu m etiam in caſibus grauioribus occultis exigere debet Pœnitentiarius ab abſoluendo in foro conſcientiæ tantùm iuxta *cap.Graue,& cap.Ex tenore de ſent. excomm.*; cùm in Formulis præſcribatur per illa verba, *iniunctis alijs, quæ de iure fuerint iniungenda*: Imò etiam iuramentum de ſatisfacienda Parte ſimiliter in caſibus occultis eſt exigendum, ſi non ſatisfecit, aut ſi ſatisfacere modo non poteſt, pro quando ſibi erit poſſibile; nàm & hæc ſatisfactio eſt de iure, ſi damnum intulit.

Sextò.

Digitized by Google

Sextò. In imponenda hac ſatisfactione facienda Parti, aut hæredibus, ſi Clericus aliquis fuiſſet occiſus, prudenter, & cautè debet Pœnitentiarius procedere, nè Pœnitentis delictum detegatur; vnde conſiderato damno Parti illato, curabit, vt Pœnitens illud ſecretè reſarciat, aut de præſenti, ſi eſt potens, aut quamprimùm potuerit, ſi nunc non poteſt; ipſum monendo, quòd ſi contempſerit ſatisfacere, reincidet in eamdàm excommunicationem, cùm ſub hac conditione abſoluatur.

Septimò. Pariter in caſibus occultis monetur Pœnitens, quòd ſi vnquam eius delictum detegeretur, & ad forum Ordinarij deueniret, & ipſe contemneret parere ordinationi ſui Ordinarij, quoties eſſet rationabilis, & diſcreta, non impoſſibilis, nec valde difficilis, adhùc reincideret in eamdem excommunicationem, cùm talis ſit ſtylus, & mens Sac. Pœnitentiariæ.

Octauò. Etiam monendus eſt Pœnitens in caſu occulto, ſi aliquem Clericum mutilauerit, aut occiderit, quòd per abſolutionem à cenſura non liberatur ab irregularitate, quam contraxit, ſed remanet inhabilis, tàm ad Ordines, quàm ad Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, non ad iam obtenta, & etiam ad miniſtrandum in Ordinibus iam ſuſceptis, ſi fuerit Eccleſiaſticus, donec ſuper ipſa ex rationabili, & vrgenti cauſa à Sacra Pœnitentiaria fuerit miſericorditer diſpenſatus.

Nonò. In Confeſſionario ſcriptam, aut memoriæ tenere ſemper debet Pœnitentiarius facultatem ſibi conceſſam, & exceptam, vt in caſibus, ex improuiſo occurrentibus, poſſit ſecuriùs miniſterio ſuo ſatisfacere, & nunquàm excedere limites propriæ facultatis.

Decimò. Tandem notandum, quòd abſolutio ab excommunicatione danda eſt ante abſolutionem à peccatis, ex quo excommunicatus non poteſt licitè Sacramentum aliquod recipere, & multò minus Sacramentum Pœnitentiæ; poterit tamen vtramque dare ſub eadem forma, ſequenti modo, aut æquiualenti &c.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus abſoluat te, & ego authoritate ipſius, & authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, abſoluo te inprimis ab excommunicatione, quam incurriſti, ob manus violentas iniectas in Clericum, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, communioni, & vnitati Fidelium.

Deindè abſoluo te ab omni alio vinculo excommunicationis, & interdicti in quantum poſſum, & tu indiges.

Deindè ego &c. Quæ forma abſolutionis inſeruire poteſt in alijs caſibus ſimilibus, mutato delicto, propter quod incurſa eſt talis ſententia excommunicationis.

His prænotatis, conſiderandæ veniunt formulæ ipſæ, qualiter, & quomodò ſint exequendæ.

Ab iniectione in Clericum, ſeù Presbyterum Abſolutio.

Pro eo, qui iracundia percitus Clericum, aut Presbyterum fuſte percuſſit, & caſus eſt occultus.

FORMVLA I.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an verè caſus ſit occultus: an Parti ſatisfecerit, vel ſaltèm an ſit paratus ſatisfacere, quamprimùm potuerit, ſi nunc ob legitimam cauſam ſit impotens ad ſatisfaciendum, vel quia non eſt in loco, vbi percuſſus commoratur, vel ob infirmitatem, vel ob paupertatem, vel ob aliam cauſam, quo caſu medio iuramento promittat ſatisfacere, vbi primùm poterit.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris; & alia de iure iniungenda, vt eſt ſatisfactio præſtanda Percuſſo pro iniuria illata, quæ competens eſſe debet, & ſufficiens, & taxari debet ab ipſo Pœnitentiario, & reſtitutio expenſarum, ſi quæ factæ ſint, ratione percuſſionis.

Mone-

Monetur, hanc abſolutionem dari pro for^ conſcientiæ tantùm, quòd ſi delictum detegatur, tenetur parere ordinationi, ſeù mandatis proprij Ordinarij.

Monetur, quòd ſi contempſerit ſatisfacere Parti læſæ, reincidet in eamdem cenſuram.

His peractis, & recepto iuramento de non contraueniendo de cætero huic Canoni, & de ſatisfacienda Parte; ac impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, additis verbis addendis: V.G.

Dominus noſter Ieſus Christus abſoluat te, & ego authoritate ipſius, & authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, abſoluo te inprimis ab excommunicatione, quam incurriſti ob manus violentas iniectas in Clericum, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, communioni, & vnitati Fidelium.

Deinde abſoluo te ab omni alio vinculo excommunicationis, & interdicti in quantum poſſum, & tu indiges.

Deinde ego te abſoluo &c.

Quando autem caſus eſt publicus, & qui percuſſit, publicè fuit declaratus excommunicatus, & acceſſit ad Vrbem pro abſolutione; mediante ſupplici libello recurritur ad Tribunal Sac.Pœnitentiariæ pro obtinenda facultate ad ipſum abſoluendum pro miſſo, aut pro remiſſo, vt dictum eſt ſupra in tertio notando, narrando in memoriali caſum cum ſuis circumſtantijs, & petendo, nomine ipſius recurrentis, poſſe abſolui: qua facultate habita, audita Sacramentali Confeſſione, impoſita ſalutari pœnitentia pro exceſſu, & alia pœnitentia pro peccatis confeſſis, ac præſtitis duobus iuramentis de non contraueniendo de cœtero huic Canoni, & de parendo mandatis ſui Ordinarij, abſoluitur in forma, vt ſupra ad reincidentiam, ſi parere contempſerit: poſteà datur ei teſtimonium Confeſſionis, vt ſupra in notando tertio, & mittitur ad vnum ex Procuratoribus pro expeditione Breuis.

A Preſ-

A Presbytericidio.

Pro Laico qui Presbyterum interfecit, ſed caſus remanet occultus, nec de facili publicandus.

FORMVLA II.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an caſus verè ſit occultus: an Parti ſatisfecerit, & ſit potens ad ſatisfaciendum; aut paratus ad ſatisfactionem præſtandam, quàm primùm potuerit.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris pro modo culpæ, quæ non debet eſſe publica, ſed occultè facienda, cùm pro peccato occulto non detur publica pœnitentia; vnde talis eſſe debet, quòd ex ipſa delictum nunquàm detegatur: & ſolet iniungi pœnitentia recitandi Officium Mortuorum per quinquennium in tribus diebus cuiuslibet Hebdomadæ; neſcienti verò legere, talis pœnitentia commutatur in alias Preces perſoluendas per idem tempus, & ijſdem diebus, vt in Roſarium integrum B. Mariæ Virginis, aut ſaltem in tertiam partem eiuſdem Roſarij, & quòd viſitet pedeſter Septem Eccleſias Vrbis.

Iniunguntur etiam alia de iure iniungenda, vt eſt, quòd ſatisfaciat Hæredibus occiſi; & ſubueniat ijs, quibus ſolebat Defunctus ſubuenire, dùm viueret, & ſatisfaciat aliquo modo Eccleſiæ, in qua Sacerdos occiſus forſan intitulatus erat; omnia tamen cautè, nè delictum Pœnitentis detegatur.

Monetur, hanc abſolutionem dari pro foro conſcientiæ tantùm; vnde ſi contigeret delictum fieri publicum, adhùc teneretur parere mandatis ſui Ordinarij, ſeù Sacræ Pœnitentiariæ, ad quam iterùm recurrere neceſſariò deberet, & interim ſe habere, àc ſi non fuiſſet abſolutus, quouſque aliter prouideatur à Sac. Pœnitentiaria.

Item

Digitized by Google

Item monetur, quòd ipſe remanet irregularis, & inhabilis ad Ordines, & Beneficia; & etiam eius Liberi propter deli- ctum Patris inhabiles remanent ad Beneficia obtinenda, non ad iam obtenta, ſuper quæ nihil prodeſt hæc abſolutio, ſed neceſſariò obtinenda eſt diſpenſatio.

His peractis, & receptis iuramentis de non contraueniendo de cœtero huic Canoni, & de ſatisfacienda Parte, ac de parendo mandatis Ordinarij, ſi delictum vnquàm detegatur; iniunctaque pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula, vt in fine Formulæ primæ.

In caſu autem publico, in quo Presbytericida etiam publicè fuit declaratus excommunicatus, ſi hic accedat ad Vrbem pro obtinenda Abſolutione; obtenta priùs facultate à Sacra Pœnitentiaria mediante ſupplici Libello, & audita eius Sacramentali Confeſſione, iniungitur eidem pœnitentia ſalutaris, vt ſupra pro caſu occulto, & alia de Iure iniungenda.

Monetur etiam de ſupradictis, quando delictum occultum fieret publicum; & de Irregularitate contracta, & de obligatione ſatisfaciendi Parti.

Quibus peractis, & receptis iuramentis de non contraueniendo de cœtero huic Canoni, & de parendo mandatis Sac. Pœnitentiariæ ad formam litterarum expediendarum in forma miſſi, aut remiſſi, ac de ſatisfacienda Parte; iniunctaque pœnitentia pro peccatis confeſſis; abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula, vt in fine primæ Formulæ.

Quæ abſolutio datur ad reincidentiam, ſi parere contempſerit: poſteà datur ei teſtimonium Confeſſionis in forma maiori cum memoriali, vt ſupra in notando tertio pro miſſo, aut remiſſo; & mittitur ad vnum ex Procuratoribus Sac. Pœnitentiariæ, vt Breue expediatur.

Hìc notandum, quòd, ſi Pœnitens ex iuſta cauſa non potuerit ſe ſubmittere pœnitentiæ publicæ, poterit Pœnitentiarius eidem ſuadere, vt obtineat moderationem, aut commutationem ab eadem Sac. Pœnitentiaria, quam benignè in aliquibus caſibus ſolet concedere.

Ab

Digitized by Google

Ab ingreſſu in Monaſterium.

Pro duabus Puellis ætatis quatuordecim annorum, quæ intra ſepta Monaſterij Monialium abſque licentia ingreſſæ ſunt.

FORMVLA III.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an talis ingreſſus remaneat occultus, & non fuerit deductus.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris; & alia de Iure iniungenda, & exiguntur iuramenta.

Monetur, hanc abſolutionem dari pro foro conſcientiæ tantum: poſteà, iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, datur abſolutio in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula, vt ſupra in fine Formulæ primæ.

Hæc abſolutio ſeparatim datur dictis Puellis, ſicut ſeparatim etiam alia fiunt.

Eodem modo abſoluitur etiam Vir, aut Mulier, ſi ſine licentia ingrederentur idem Monaſterium Monialium ex ſola curioſitate; ſicut etiam Mulier, ſi ingrederetur Clauſtra Religioſorum, ſed non ad malum finem.

Ab ingreſſu ob malum finem.

Pro eo, qui ingreſſus eſt ſepta Monaſterij Monialium ad inhoneſtos vſus.

FORMVLA IV.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an caſus remaneat occultus, & non fuerit deductus: & etiam de medijs, & inſtrumentis, quibus dicta Clau-

Clauſura violata fuit, ad effectum, vt ante abſolutionem cum effectu conſignetur in manibus Pœnitentiarij.

Iniungitur pro modo culpæ grauis pœnitentia ſalutaris; & quòd ad Monaſteria, & Eccleſias Monialium, ſub pœna reincidendi eo ipſo in eamdem excommunicationem nunquàm accedere audeat, & alia de iure iniungenda; vt iuramentum de parendo, & non contraueniendo.

Monetur, hanc abſolutionem dari pro foro conſcientiæ tantùm; ita quòd, ſi delictum detegeretur, teneretur parere mandatis ſui Ordinarij.

Poſteà recepto iuramento de parendo; & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula, vt ſupra in fine primæ Formulæ.

Ab eodem Ingreſſu.

Pro ea, quæ ingreſſa eſt Clauſtra Religioſorum ad inhoneſtos vſus.

FORMVLA V.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an talis ingreſſus remaneat occultus, aut ſit deductus; an in tali Monaſterio adhùc habitet ille Religioſus, qui eam introduxit.

Iniungitur eidem pœnitentia ſalutaris pro modo culpæ, & exceſſus; ac etiam, quòd ad Monaſterium dicti Religioſi, illiuſque Eccleſiam, nunquàm accedat, quandiù dictus Religioſus ibi fuerit; & alia de iure iniungenda: iuramenta &c.

Monetur, hanc abſolutionem dari pro foro conſcientiæ tantùm: Ita vt ſi delictum detegatur, tenebitur parere mandatis ſui Ordinarij; etiam, quòd ſi ad dictum Monaſterium, illiuſque Eccleſiam, durante occaſione, acceſſerit, in eamdem excommunicationem eo ipſo reincidet.

Digitized by Google

Poſteà recepto iuramento de non contrauenïendo de cœtero, & de parendo mandatis Ordinarij, ſi delictum detegatur; ac impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula expreſſiua delicti, vt ſupra in fine Formulæ primæ.

A Lectione prohibita.

Pro eo, qui Libros prohibitos legit, & idcircò incidit in Excommunicationem.

FORMVLA VI.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an ex tali lectione hauſerit aliquam hæreſim; & an tales Libros conſignauerit, vel fecerit conſignare Inquiſitori, ſiuè Ordinario loci; aut reſtituerit Domino, habenti facultatem, ſeù licentiam illos retinendi; & non ſit deducta.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris; vt tales Libros conſignari faciat, cui debet cautè tamen, ne ſe prodat; aut licentiam obtineat eos retinendi, & legendi, & quæ de iure ſunt iniungenda; & quòd legat aliquem Librum Spiritualem, cùm contraria contrarijs curentur.

Monetur, quòd hæc abſolutio datur pro foro conſcientiæ tantùm; vnde ſi delictum detegatur, tenebitur parere mandatis Sacræ Inquiſitionis.

Poſteà, recepto Iuramento de parendo, & de non contrauenïendo de cætero, ac iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula.

Abſoluo te in primis ab excommunicatione, alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas ob lectiones Libri prohibiti incurriſti &c., vt in fine Formnlæ primæ.

Notandum hìc, quòd, ſi Liber ſit prohibitus, quia continet hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem; aut quia eſt damnati

Digitized by Google

nati Auctoris, incurritur excommunicatio; Si verò ſit prohibitus, quia eſt obſcænus, & contra bonos mores, non incurritur excommunicatio lata à Pio IV. *Dominici gregis*, ſed ſolùm peccatur mortaliter; niſi per decreta aliter de aliquo diſponatur.

Notandum ſecundò, quòd ſi quis legit Libros prohibitos, & ex ipſis hauſerit aliquam hæreſim, externè ſignificatam, & non habuerit Complices, vel Conſcios; tunc priùs recurrendum eſt ad Sac. Pœnitentiariam pro facultate obtinenda, exponendo caſum cum ſuis circumſtantijs; nàm ſuper hæretico externo etiam occulto minor Pœnitentiarius facultatem non habet: qua obtenta, & Sacramentali Confeſſione audita, priùs præmittenda eſt abiuratio, quam Pœnitens facere debet in manibus Pœnitentiarij, abiurando, & deteſtando prædictam hæreſim, & omnes alios errores ab Eccleſia damnatos, in forma ſolita.

Poſteà iniunctis iniungendis, vt ſupra &c., abſoluitur, vt præmiſſum eſt in præſenti Formula.

Quæ abiuratio ſemper præmittenda eſt, quoties aliquis poſt aliquem errorem, cum pertinacia habitum contra Fidem, reuertitur ad pœnitentiam, ſi non habuerit Complices, vel Conſcios; nàm in his caſibus facultatem habet Sacra Pœnitentiaria: Imò præmittenda eſt etiam cum hæretico pure mentali, quamuis talis excommunicationem non incurrat; quia abiuratio fit in ordine ad errorem contra Fidem, quem etiam hæreticus mentalis habet in mente, non in ordine ad excommunicationem, quæ lata eſt, vt aberrans reſipiſcat, & reuertatur ad cor, & ad veram Fidem; vnde etiam huc abiurare tenetur, licèt ſolùm mentaliter ſit hæreticus.

Forma abiurationis poterit eſſe infraſcripta.

Ego N. conſtitutus perſonaliter, & genuflexus coràm Te N. Sacroſancta Dei Euangelia coràm me poſita manibus corporaliter tangens, ſciens, neminem ſaluum fieri poſſe extra illam fidem, quam tenet, & credit, prædicat, profitetur, &

docet, Sancta Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia, cuius Caput eſt ad præſens D. N. P. N., contra quam fateor, & doleo, me grauitèr erraſſe; quia tenui, & credidi vſque ad diem præſentem, quod hæretici tenent, & credunt, videlicèt . . . . . . (hìc ponuntur errores Pœnitentis) *Ideò nunc de veritate Catholicæ Fidei, & de hæreticorum ſectæ falſitate certus, abiuro, maledico, & deteſtor omnes ſupradictas hæreſes, & errores, vnà cum quibuſcumque alijs hæreſibus, & erroribus contrà dictam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam ſeſe quomodolibèt extollentes; & iuro, mè nunc toto corde credere, & in futurnm, Deo adiuuante, firmiter crediturum, quidquid tenet, credit, prædicat, profitetur, & docet prædicta Sancta Mater Eccleſia Catholica, & Apoſtolica Romana; & iuro, ac promitto, mè nunquàm hæreſes prædictas, neque alias crediturum, nèc minùs familiaritatem, aut conuerſationem cum hæreticis, vel de hæreſi ſuſpectis (quoad potero) habiturum; Imò, ſi aliquem talem in partibus Catholicorum cognouero, illum denunciabo Inquiſitori, vel Ordinario loci, vbi fuero: Sic me Deuus adiuuet, & hæc Sancta illius Euangelia, quæ proprijs manibus tango.*

A Retentione Prohibita.

Pro eo, qui Libros Hæreticorum prohibitos ſcienter retinuit, & legit.

FORMVLA VII.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an quidquàm fuerit deductum: an ex tali lectione hauſerit aliquam hæreſim: an præfati Libri ſint in ſua poteſtate, aut fuerint conſignati P. Inquiſitori, aut Ordinario loci; & an poſſit illos conſignare, antequàm abſoluatur. &c.

Iniun-

Digitized by Google

Iniungitur pœnitentia ſalutaris: & vt dictos Libros conſignet, aut conſignari faciat, cui debet cautè tamen, ne ſe prodat; aut licentiam obtineat quamprimùm eos retinendi, & legendi: quòd pro pœnitentia legat aliquem Librum Spiritualem, vt ex hac lectione remoueatur, quod lectum eſt in prohibitis, & alia de Iure iniungen.

Monetur, hanc abſolutionem dari pro foro conſcientiæ tantùm; vndè ſi tranſgreſſio deuenerit ad forum externum, adhùc tenebitur parere mandatis Inquiſitoris, aut Ordinarij.

Poſteà recepto iuramento de parendo, & de non contraueniendo ampliùs; iniunctaque pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula delicti expreſſiua, vt in Formula ſexta.

Si autèm & iſte aliquam hæreſim hauſiſſet ex tali lectione, tunc proceditur, ſicut dictum eſt in fine præcedentis Formulæ.

A Bonorum acceptione ex naufragio.

Pro Laicis, qui bona ex naufragio in Mari facto acceperunt.

FORMVLA VIII.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an eorum caſus fuerit deductus; an ſciant, qui ſint Domini talium bonorum, aut ſint incerti Domini; & an talia bona pro derelictis haberentur; & quanti æſtimentur; nàm ſi talia bona excederent æſtimationem quinque ſcutorum, procuranda eſſet facultas à Sacra Pœnitentiaria, cùm pro tali quantitate Pœnitentiarius facultatem non obtineat, niſi bona pro derelictis haberentur.

Iniungitur, quòd priùs talia bona, ſeù illorum valorem Dominis, ſi certi ſint, reſtituant, aut cum illis concordent:

Si

Si verò Domini incerti ſint, reſtitutio fiat Ordinario loci, in quo talia bona fuerunt inuenta, inter pauperes diſtribuenda: Si ob legitimam cauſam talem reſtitutionem facere non poſſint, exigi poterit iuramentum de ipſa facienda, quamprimùm potuerint; & tunc iniungitur pœnitentia ſalutaris, & alia de iure iniungen.

Monetur, hanc abſolutionem dari pro foro conſcientiæ tantùm, ità quòd ſi talium bonorum ſurreptio deduceretur ad forum externum, tenerentur parere mandatis Ordinarij &c.

Monetur ſimilitèr, quòd tenentur abſtinere in futurum à tali ſurreptione bonorum, etiam ratione iuramenti, quod modo præſtabunt.

His peractis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, ac exacto iuramento de reſtitutione facienda, de parendo mandatis, ac de non contraueniendo in futurum huic Canoni, abſoluuntur ſingillatìm in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula, poſita in fine formulæ ſextæ, ideſt.

Abſoluo te in primis ab excommunicatione, & ab omnibus ſententijs, cenſuris, ac pœnis Eccleſiaſticis, quas incurriſti proptèr &c.

Hìc notandum, quòd ſi talia bona haberentur pro derelictis, non ſolùm ceſſaret obligatio reſtituendi, cùm talia bona fiant primi occupantis, ſed nèc vlla excommnnicatio incurreretur, dum licitè poſſunt occupari, ex quo deſinunt eſſe ipſius Domini.

A Duello.

Pro Laicis, qui ex prouocatione ad ſingulare certamen deuenerunt.

FORMVLA IX.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an certamen habitum fuerit deductum: an aliquis fuerit vulneratus, aut occiſus, & an inter Partes pax ſit ſequuta. Iniun-

Digitized by Google

Iniungitur pœnitentia ſalutaris pro modo culpæ, & alia de Iure iniungenda, vt ſatisfactio, ſi Pars ex vulnere damnum paſſa eſt, aut ſi familia occiſi non fuit ſatis ſatisfacta pro damno illato &c.

Monetur, quòd hæc abſolutio datur pro foro conſcientiæ tantùm; Ità quòd ſi caſus deduceretur ad forum externum, teneretur parere mandatis Ordinarij.

Monetur, quòd ſatisfacere debet, quibuſcumque damnum intulit, ſi occiſio ſequuta eſt, aut vulneratio.

Monetur, quòd ſi contemneret parere mandatis Ordinarij caſu quo hoc certamen deduceretur ad eius forum, reincideret in eamdem excommunicationem.

His peractis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, receptoque iuramento de parendo mandatis, & de non contraueniendo in futurum huic Canoni, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita priùs clauſula expreſſiua peccati, proptèr quod Cenſura eſt incurſa, vt ſupra in fine præcedentis Formulæ.

Quòd ſi Orator fuiſſet publicè per Cedulones declaratus excommunicatus, & ſpontè acceſſiſſet ad Vrbem prò abſolutione obtinenda; tunc priùs obtinenda eſt facultas à Sacra Pœnitentiaria, mediante ſupplici libello; qua obtenta, fieri debent omnia illa, quæ ſupra dicta ſunt pro expeditione miſſi, aut remiſſi abſoluti, vt in fine Formulæ primæ huius capitis.

A Crimine Falſi.

Pro eo, qui quædam verba in diſpenſatione à Sede Apoſtolica obtenta immutauit, perquæ fuit alterata gratia diſpenſationis.

FORMVLA X.

Audita Sacramentali Confeſſione:

INquiritur, an hoc crimen ſit occultum, & non deductum: An refecerit damnum, & præiudicium ex tali mutatione ver-

verborum exortum ijs, quibus de Iure tenetur reficere: & an curauerit impedire effectum dictæ diſpenſationis.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris, & quæ de Iure ſunt iniungenda; vt quòd reſtituat malè acceptum pro tali mutatione facta, & præiudicium, quod indè eſt ſequutum, emendet; & quòd curet toto poſſe impedire effectum prædictæ gratiæ, cautè tamèn, ne ſe prodat.

Monetur, hanc abſolutionem dari pro foro conſcientiæ tantùm; ità quòd, ſi hoc crimen fieret publicum, & deduceretur, teneretur parere mandatis ſui Ordinarij, aut alterius Superioris, ad quem cauſa ſpectaret ſub pœna reincidendi in eamdem excommunicationem; & quòd tenetur præſtare iuramentum de nunquàm contraueniendo in futurum huic Canoni.

His peractis, recepto Iuramento de parendo mandatis, & de non contraueniendo in futurum; ac iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, & alijs, ſi quæ de Iure ſint iniungenda, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita, & præmiſſa clauſula, vt ſequitur.

Dominus Noſter Ieſus Chriſtus abſoluat te, & ego authoritate ipſius, & authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, abſoluo te in primis ab communicatione, & ab omnibus ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas incurriſti ob crimen falſi à te commiſſum, & ab omni alio vinculo excommunicationi, & interdicti, in quantum poſſum, & tu indiges.

Deindè ego te abſoluo à peccatis tuis. In Nomine Patris, & Filij &c. Paſſio Domini Noſtri &c.

Et hæc ſufficere poſſunt pro directione in ordine ad abſolutiones impertiendas à cenſuris, præſertìm ab excommunicationibus, quæ omnes eodem modo regulari debent, ſeruatis ſeruandis, dùm ab aliqua quis abſoluitur, cùm ex ſupradictis ſufficiens lumen haberi poſſit pro omnibus, quò ad abſolutionem ipſam ritè, & rectè impertiendam.

Ad

Digitized by Google

Ad effectum Lucrandi Indulgentias Vrbis.

Pro nominatim excommunicato in Partibus ab Homine, non à Iure, qui acceſſit ad Vrbem, & abſoluitur ad reincidentiam ad effectum lucrandi Indulgentias iuxtà facultatem Sacræ Pœnitentiariæ, & poſt reincidentiam remittitur abſoluendus ab Excommunicante.

FORMVLA XI.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an talis cenſura ſit notoria in Curia Romana, aut in eadem promulgata, quia, ſi eſſet, in tali caſu, nec ad hunc effectum abſolui poteſt; ſimilitèr ob quam cauſam fuerit lata, vt in formula abſolutionis impertiendæ poſſit exprimi delictum.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris proportionata abſolution dandæ.

Monetur, ſimilem abſolutionem dari pro foro conſcientiæ tantùm, & ſolùm ad effectum lucrandi Indulgentias; qua de cauſa datur ad reincidentiam, & ad tempus aſſignatum, poſt quod remanebit ligatus eadem cenſura, ſicut modò reperitur ante abſolutionem.

Deindè impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addendo eidem ante abſolutionem à peccatis.

Et ego authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, abſoluo te inprimis ad reincidentiam per octo dies ab excommunicatione, quam incurriſti ob tale delictum, ad effectum participandi paſſiuè de Sacramentis, & lucrandi Indulgentias.

Inſupèr abſoluo te ab omni alio vinculo excommunicationis, & interdicti, in quantum poſſum, & tu indiges &c.

Notandum hìc, quòd accedente ad Baſilicam aliquo ſic nominatìm ab homine excommunicato, obtinenda priùs eſt facultas ipſum abſoluendi ab Eminentiſſimo Maiori Pœnitentiario, aut ab Illuſtriſſimo Regente cum ſupplici libello, qui extra Annum Iubilæi ſolent reſcribere, vt Orator abſoluatur per octo dies ad effectum conſequendi Indulgentias; In Anno verò Iubilæi per quindecim, quæ tempora cenſentur ſufficientia ad conſequendas Indulgentias Vrbis, vel Indulgentiam Plenariam.

Notandum etiàm, quòd cenſuræ dicuntur notoriæ in Curià, quando latæ ſunt in Partibus, & cauſa eſt deuoluta ad Curiam Romanam per appellationem iam introductam; dicuntur verò latæ in Curia, quando in ipſa Vrbe ab aliquo Iudice ſunt promulgatæ; Similitèr notandum, quòd ſi abſolutus fuerit Sacerdos, non permittitur, quòd celebret, cùm ſatis ſit confiteri, & Communionem recipere ad conſequendam Indulgentiam, & non ſit neceſſaria celebratio.

Sacerdos ſuſpenſus à Diuinis, ſeù ab Ordine non eſt abſoluendus ab hac ſuſpenſione, quia non impedit Sacramentorum receptionem, ſed ſolùm celebrationem, ſeù Ordinum executionem.

Cum abſolutè, & ſimplicitèr interdicto in Partibus, nominatìm, & ab homine, eodem modo proceditur, ſi accedat ad Baſilicam, ſicut dictum eſt de excommunicato quo ad facultatem obtinendam, & abſolutionem impertiendam non enim poteſt accedere ad Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, cùm ipſis priuetur, vt primarius effectus interdicti: Imò, ſi accedat ad Baſilicam, non admittitur à Pœnitentiario eo tempore, quo Diuina Officia, vel Miſſæ celebrantur, ſed omnibus his finitis, tàm pro Memoriale conficiendo, quàm pro Confeſſione facienda, & abſolutione obtinenda; Nàm interdictus abſolutè intelligitur interdictus à Diuinis, & ſic non poteſt manere in Eccleſia, quandiù Diuina celebrantur, niſi ad præſcriptum *cap. Alma de Sent. excom. in 6.*, ſcilicèt in aliquibus Feſtiuitatibus Anni.

Dixi.

Digitized by Google

Dixi abſolutè, & ſimpliciter interdictus, quia, ſi talis eſſet m reſtrictione, & limitatione, ſcil. ab Officio prædicandi, t audiendi Confeſſiones, & his ſimilibus, abſolutio hæc non et neceſſaria.

Dixi in Partibus, quia, ſi eſſet interdictus in Vrbe ab Homi-, & nominatim, nec abſolui poſſet ad hunc effectum, vt pra fuit præmiſſum.

Similitèr dixi ab Homine, quia, ſi à Iure eſſet interdictus, nc Maior Pœnitentiarius poſſet illum abſolui mandare, ſolutè à cenſura ad reincidentiam, & ipſum mittere, aut mittere ad ſuum Ordinarium vt abſolutum, ſicut ſupra fuit ctum de excommunicato in caſu publico.

Hoc idem currit de interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ in Par-us, ſi tale interdictum fuerit à Iure latum; Si verò fuerit um ab Homine, & nominatim talis fuerit interdictus, tunc currendum eſt ad Tribunal Sacræ Pœnitentiariæ pro facul-e, vt poſſit abſolui ad effectum lucrandi Indulgentias, & ıc poterit admitti ad percipienda Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ in Baſilica, cum in eadem Diuina non ce-rantur, aut extrà Eccleſiam in Collegio poterit audiri in nfeſſione, & abſolui, & in Oratorio priuato ad communionẽ mitti ad præfatum effectum; Et hoc modo conciliantur Do-res in hac parte diſcordes, vt ex *Sayr. de Cenſur. lib.* 4. .7. *num.* 12., *& de interd. cap.* 9. *num.* 21.; ſaluo tamen ſem-r, quòd tale interdictum non ſit notorium in Curia Romana, que in eadem promulgatum, vt præmiſſum eſt ſupra.

CAPVT IV.

Diſpenſationes ab Irregularitatibus.

VT Diſpenſationes, quæ ſolent concedi à Sacra Pœnitentiaria ſuper aliqua Irregularitate contracta, faciliùs,& ſecuriùs executioni mandentur, notari debent à Pœnitentiario, quæ ſequuntur.

Primò, quòd Irregularitas non inducitur, nec eſt admittenda, niſi ſit in iure expreſſa, *vt in cap. Is qui de ſent. excomm. in 6.*, & quando prouenit ex delicto, debet delictum eſſe conſummatum in actu externo, nec ſufficit conatus, & attentatio; quia pœna impoſita alicui delicto, intelligitur de perfecto, & conſummato: quod delictum debet etiam continere peccatum mortale, vt quantitas pœnæ, & quantitas culpæ ſibi inuicèm correſpondeant, prout debent, *cap. Felicis de pœn. in 6.*

Secundò. Dubius de Irregularitate ex delicto, præſertìm ex homicidio, debet ſe habere pro irregulari, & abſtinere à miniſterio Altaris; & Pœnitentiarius, qui tutiorem partem, licèt duriorem, magis tamen Animæ fauentem ſequi tenetur, pro iſto ſupplicare debet, & facultatem ad poſſe cum eodem diſpenſare obtinere.

Tertiò. Pro triplici effectu, & à tribus Perſonarum generibus diſpenſatio hæc peti poteſt; nempè à puro ſæculari, nullo ordine inſignito, vt ad eos promoueri poſſit; à Clerico, aliquo Ordine inſignito, vt ad vlteriores poſſit promoueri, & valeat exercere, quos habet; denique à Sacerdote, vt in ſuis Ordinibus poſſit miniſtrare: Ad quemcumque horum effectuum petatur diſpenſatio, magna, & grauis cauſa requiritur, vt concedatur, præſertìm ſi ſit pro non conſtituto in ordine Presbyteratus.

Quartò. Antequàm diſpenſatio executioni mandetur, examinet Pœnitentiarius, an cauſa finalis, propter quam eſt conceſſa, verificetur, & quando datur ad euitanda ſcandala, vel periculum ſe detegendi Reum, examinet diligenter, vnde

Digitized by Google

de oriri poſſit ſcandalum, vel periculum ſuppoſitum.

Quintò. Aduertat etiam accuratè, an delictum ſit, vel remaneat occultum, ſicut dictum fuit de impedimentis Matrimonij; quia hæc eſt conditio, ſine qua Sacra Pœnitentiaria talem diſpenſationem non concederet; & quæ ſi non verificetur in inquiſitione præmittenda, non debet Pœnitentiarius talem diſpenſationem executioni mandare; poterit tamen conſulere Pœnitenti, quòd recurrat ad Datariam Apoſtolicam.

Sextò. Occultum hìc cenſetur illud, quod à nemine, vel à tàm paucis ſcitur, quod neque ſit famoſum, neque manifeſtum, neque notorium iuris, vel facti: Vnde licèt delictum ſit aliquibus notum, & etiam ſit ſecundùm ſe probabile in iudicio, dum interim non probatur, neque ad iudicium defertur, occultum cenſetur: Sic, ſi delictum ſit notum duobus, vel tribus alicuius loci, aut Communitatis, aut Capituli, occultum cenſetur; ſi in Oppido ſit notum quinque, aut ſex Perſonis; in Ciuitate verò ſeptem, aut octo, adhùc cenſetur occultum; ſiue talis notitia prouenerit ex facto ipſo, ſiuè ex fama, ſiuè ex certo Authore, & certa ſcientia; quia ad conſtituendum aliquod famoſum, manifeſtum, & notorium facti, vt contradiſtinguitur occulto, oportet, vt notum ſit maiori parti Prouinciæ, Ciuitatis, Parochiæ, ſeù Viciniæ, non abſolutè, vt ſonant verba, quod nimis eſſet, ſed dummodò Perſonæ, quibus factum eſt notum, ſint infrà decem; nàm, ſi eſſent decem, vel plures, factum nullatenùs poſſet dici occultum, cùm decem homines faciant plebem, ſeù Populum, & ſufficiant ad infamandum Presbyterum, ità vt ſit ei purgatio indicenda, vt notat *Fagnan. in cap. Veſtra de cohabit. Cleric., & Mulier. num.*116. & 117. *tom.*4. *cum allegat.*

Septimò. Circa hoc etiam notandum, quòd delictum aliquod poteſt eſſe publicum materialitèr, formalitèr verò occultum, V. G. Miſſa cælebrata à Sacerdote excommunicato occulto coràm vniuerſo Populo eſt actus publicus, & delictum eſt materialiter publicum, ſed formaliter occultum, quia cùm occulta ſit excommunicatio, occulta etiam remanet Irregula-

ritas

Digitized by Google

ritas, ex tali cælebratione à iure ei prohibita prouenięns. Remanet etiàm occulta Irregularitas, ſi quis poſt contractam excommunicationem, publicè Miſſam cælebraſſet, ſed Populus putabat ipſum priùs abſolutionem obtinuiſſe.

Octauò. Antequàm ad finalem executionem deueniat Pœnitentiarius, debet benè examinare Spiritum contritum Pœnitentis, & merita illius, vt imponit Maior Pœnitentiarius per clauſulam ſuarum litterarum cum eodem latore, *ſuffragantibus ſibi dignis pœnitentiæ fructibus*, *& meritis*; & ſi cognoſcat, quòd Pœnitens adhùc ſit male inclinatus, malæ indolis, & conditionis, ità vt ex eius promotione ad Ordines, non poſſit probabiliter ſperari, nec Eccleſiæ vtilitas, nec eiuſdem Animæ progreſſus ad ſalutem, tunc loco diſpenſationis, potiùs ei ſuadere debet, vt amplectatur alium ſtatum, in quo ſecuriùs ſuam operetur ſalutem; nè, ſi diſpenſetur, diſpenſatus, & qui diſpenſat, debitum ſupplicium perſoluant.

Nonò. Inquirere etiam tenetur Pœnitentiarius à diſpenſando, an habeat aliud impedimentum Canonicum, per quod inhabilis eſſet ad Ordines ſuſpiciendos; vti ſi irretitus eſſet aliqua alia Irregularitate, aut illaqueatus excommunicatione maiori; nàm remittendus eſt ad Maiorem Pœnitentiarium indiſpenſatus, vt aliud etiam impedimentum declaret, & gratiam obtineat; cùm talis ſit intentio eiuſdem Maioris Pœnitentiarij, expreſſa in clauſula litterarum, *Alioque ei Canonico non obſtante*, ideſt impedimento; ſicut etiam fuit dictum de impedimentis Matrimonij.

Decimò. In danda diſpenſatione ſuper aliqua Irregularitate, ſiuè ad Ordines ſuſcipendos, ſiuè ad miniſtrandum in ſuſceptis, monendus eſt diſpenſatus, quòd per hoc non diſpenſatur ad Beneficia obtinenda, ſi ſit Sęcularis, ſiuè ad Dignitates, & Officia, ſi ſit Regularis, niſi eodem tempore etiam diſpenſetur ad eadem; quia diſpenſatus ad Ordines non cenſetur diſpenſatus ad Beneficia, ſicut nec diſpenſatus ad Beneficia, & Dignitates cenſetur diſpenſatus ad Epiſcopatum, cùm diſpenſatio, vt odioſa, ſit ſtricti Iuris; Vnde, qui in Irregularitate aliquod Beneficium obtinuiſſet, tenetur illud dimittere

re

Digitized by Google

re cumfructibus perceptis, aut diſpenſationem, & condonationem obtinere.

Vndecimò. Quoties datur diſpenſatio ſuper Irregularitate ex aliquo delicto proueniente, datur etiam abſolutio ſuper eodem delicto, & ſuper omnibus ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis incurſis ob tale delictum, ſiuè à Iure, ſiuè ab Ordinarijs latis, & in forma abſolutionis Eccleſiæ conſueta, additur clauſula exprimens iàm dicta. Quando verò Irregularitas prouenit ex defectu, in tali caſu ſolùm datur ſimplex diſpenſatio ab Irregularitate poſt abſolutionem Eccleſiæ conſuetam à peccatis, nulla additione, aut mutatione in ipſa facta, quia Pœnitens talem defectum: V. G. Natalium non habet ex ſua culpa: Omnes tamen expediuntur in actu Sacramentalis Confeſſionis, & non aliter.

Duodecimò. Supplicans in Sac. Pœnitentiaria pro diſpenſatione ſuper irregularitate ex abortu occulto proueniente, debet exprimere, an fœtus fuerit à ſe genitus; nàm gratia eſſet ſubreptitia, ſi non exprimeretur hoc, dato, quòd fuiſſet à ſe genitus, vt patet ex ſtylo, & facultatibus Sacræ Pœnitentiariæ, in quibus maior in hoc caſu ponitur difficultas ad diſpenſandum, vt etiam notat *Theſaur. de pœn. verb. Abortus in fine*.

Decimotertiò. Quando diſpenſatur cum aliquo Eccleſiaſtico ſuper aliqua Irregularitate ex delicto, propter quod delinquens à iure priuatur etiam Beneficijs ante delictum obtentis, & diſpenſatio datur etiam ad Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, talis diſpenſatio ſolùm conceditur in ordine ad Beneficia in futurum obtinenda, non ad præhabita ante delictum; nam quo ad iſta, cùm nulla ſententia declaratoria præceſſerit, ſatis eſt pro quiete conſcientiæ Pœnitentis poſt diſpenſationem datam ab irregularitate, & inhabilitate, declarare, ipſum tuta conſcientia poſſe retinère Beneficia, ante delictum Canonicè obtenta; neque pro illis indigere diſpenſatione, niſi præcedat aliqua ſententia declaratoria; quæ declaratoria non eſt omittenda pro quiete Pœnitentis, vt dictum eſt.

De-

Decimoquartò. Cùm agitur de delictis grauioribus, vt de homicidio, de abortu, de ſimonia, de introductione Mulierum intra Clauſtra ad malum finem, de Miſſa celebrata à non Presbytero, & de ſimilibus delictis, in concedenda diſpenſatione ſuper irregularitate, ab his cauſis immediatè, aut mediatè prouenientе, nunquàm datur rehabilitatio ad Beneficia, neque ad Dignitates, & Officia reſpectiuè ad Subiecta, ſed tantùm ad Ordines ſuſpiciendos, aut ad miniſtrandum in ſuſceptis, aut ad vtrumque ſecundùm Pœnitentis indigentiam: In alijs verò caſibus cenſetur relaxata facultas, tàm ad Beneficia, quàm ad Dignitates, & Officia reſpectiuè ſimul cum ipſa facultate diſpenſandi, niſi aliter in reſcriptis præcipiatur; nàm in formulis tantùm in grauioribus delictis, talis inhabilitas expreſsè iniungi iubetur.

Decimoquintò. Tandem notandum, quòd in huiuſmodi diſpenſationibus impertiendis non imponitur ampliùs Oratori pœnitenti illa ſuſpenſio arbitraria Pœnitentiario ab exercitio ſuorum Ordinum; neque quòd priùs partem pœnitentiæ debeat peragere, antequàm diſpenſetur ad miniſtrandum in ſuis Ordinibus; ſed abſolutione data, impertitur etiam immediatè diſpenſatio, nam in vltima reformatione Formularum Tribunalis, talis clauſula fuit amota ob inconuenientia, quæ ſæpè indè ſequebatur.

Abſolutio, & diſpenſatio ſuper Homicidio.

Pro eo, qui timens ſibi mortem à quodam Viro, illum præueniendo, interfecit, & ob graues cauſas non poteſt ſe abſtinere à ſtatu Clericali ſuſcipiendo.

FORMVLA PRIMA

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſarum, an ita ſint; & an adſit periculum ſcandalorum, aut detegendi delictum: an delictum

lictum ſit occultum;an ei obſtet aliud canonicũ impedimentũ.

Iniungitur eidem grauis, & diuturna pœnitentia ſalutaris, vt ieiunium bis in hebdomada, aut ſimilia per triennium, vt importat diuturnum; quòd ſatisfaciat Hæredibus occiſi in eo, in quo tenetur; & quòd ad Eccleſiaſtica Beneficia in futurum perpetuò remaneat inhabilis, & alia de iure.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm, & nullo modo poſſe ei ſuffragari, ſi delictum detegeretur.

Monetur, quòd non diſpenſatur ad Beneficia Eccleſiaſtica, ſed tantùm ad Ordines; & benè attendat Pœnitentiarius ad vitam, & mores Pœnitentis, an mereatur hanc diſpenſationem, nec nè &c.

His peractis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, cum additione clauſulæ, vt infra &c. & poſteà diſpenſatur ſecundùm ſequentem formam, quæ pro multis caſibus inſeruiet.

Miſereatur tui &c. Indulgentiam &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus abſoluat te, & ego authoritate ipſius, & authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, abſoluo te in primis à quibuſuis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quibus propter ea, quæ confeſſus es, quomodolibet innodatus exiſtis, & ab omni vinculo excommunicationis, & interdicti, in quantum poſſum, & tu indiges; Deinde ego te abſoluo à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

Et pariter eadem authoritate Apoſtolica diſpenſò tecum ſuper irregularitate, quam ex homicidio contraxiſti, vt, illa non obſtante, Clericali caractere inſigniri, ac Ordines etiam Sacros, & Presbyteratus ſuſcipere, & poſt quàm ſuſceperis, in illis etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Hìc notandum, quòd eodem modo, & forma diſpenſat Sacra Pœnitentiaria cum Clericis in Minoribus, aut etiam in Sacris Ordinibus conſtitutis, & etiam cum Sacerdotibus, paucis mutatis; vnde etiam eadem Formula abſolutionis, & diſ-

Digitized by Google

diſpenſationis poterit inſeruire, paucis ſimiliter mutatis, vt vnuſquiſque poteſt aduertere: Tantùm pro Sacerdote ſubiungitur alia forma diſpenſationis, in qua minora exprimi debent; Abſolutione data, ſubiungi poteſt.

Deinde eadam authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, diſpenſo tecum ſuper irregularitate, quam ex homicidio contraxiſti, vt, illa non obſtante in tuis Ordinibus, etiam in Altaris Miniſterio, miniſtrare licitè poſsis, & valeas. In nomine Patris &c.

Quæ forma inſeruire poteſt pro Sacerdotibus in alijs caſibus ſimilibus ex delicto.

Ab Irregularitate ex Abortu.

Pro Presbytero Curato, qui procurauit abortum, fætu animato exiſtente, & deinde in ſuis Ordinibus miniſtrauit, etiam Curam Animarum exercendo.

FORMVLA II.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de Cauſa finali, an ita ſit an occultum ſit delictum: & an obſtet aliud Canonicum impedimentum; ac an aliàs obtinuerit ſimilem diſpenſationem ob ſimile delictum à Sac. Pœnitentiaria, ipſamque non expreſſerit in præſenti ſupplicatione, quia ſine tali expreſſione ſupplicatio hæc, ac diſpenſatio conceſſa ei non ſuffragatur.

Iniungitur grauis, & perpetua pœnitentia ſalutaris pro modo culpæ: quod ad quæcumque alia Beneficia Eccleſiaſtica, in futurum obtinenda perpetuò remaneat inhabilis; & alia de iure iniungen.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm; ita quòd, ſi hoc delictum detegatur, nihil ei proderit pro foro externo.

Mone-

Digitized by Google

Monetur, quòd ſi, ſimile delictū iterùm admiſerit, diſpenſationemque à Sac. Pœnitentiaria de nouo obtinuerit, non facta mentione præſentis gratiæ, talis diſpēſatio nullius erit valoris.

His peractis, & benè examinata eius vita, & meritis, an mereatur hanc gratiam; & impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula, vt in antecedenti formula; & abſoluitur ab Abortu, alijs exceſſibus, & ab omnibus peccatis confeſſis in forma ſolita; poſteà additur.

Deinde eadem authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, tecum diſpenſo ſuper irregularitate, quam ex Abortu contraxiſti, vt, illa non obſtante, in tuis Ordinibus, etiam in Altaris Miniſterio, miniſtrare licitè poſſis, & valeas: Tuumque Beneficium Curatum licitè retinere poſſe etiam declaro. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti &c.

Hìc adnotandum, quòd, ſi ipſe Pœnitens ſupplicaſſet in Sac. Pœnitentiaria pro hac diſpenſatione habenda, & non expreſſiſſet fetum fuiſſe à ſe genitum, ſicut verè fuit, ſubreptitia eſſet talis gratia, & non exequenda, ſed remittendus eſt Pœnitens ad Tribunal, vt iterùm ſupplicet cum dicta expreſſione, vt ſupra fuit notatum.

Ab Irregularitate ex Presbytericidio.

Pro Presbytero, qui alium Presbyterum interfecit, & deinde à celebratione non deſiſtit, neque valens in futurum ob graues cauſas ab executione Ordinum abſtinere.

FORMVLA III.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de cauſis expoſitis, an verificentur, & benè examinatur periculum ſcandalorum, aut nè delictum dete-

gatur, vndè poſſit prouenire: Item an delictum ſit occultum; & an obſtet huic diſpenſationi aliud Canonicum impedimentum.

Iniungitur eidem grauiſſima, & perpetua pœnitentia ſalutaris, vt ſupra fuit dictum in Formula ſecunda *cap.* 3. pro abſolutione ab hoc delicto, quæ tamen perpetua eſſe debet, non ad ſolum quinquennium; vt recitare tribus diebus in hebdomada Officium Defunctorum; aut Pſalmos pœnitentiales; aut bis ſaltem in hebdomada ieiunare, aut alias pœnitentias facere, vt ſentiat atrocitatem ſceleris admiſſi ex acri Corporis afflictione.

Iniunguntur alia de iure iniungenda, vt quòd ſatisfaciat hæredibus occiſi, & ſubueniat ijs, quibus ſubueniebat Defunctus, dùm viuebat, & ſatisfaciat Eccleſiæ, in qua forſan Sacerdos occiſus intitulatus erat; & iuxta facultatem Pœnitentis iniunguntur Eleemoſynæ, Miſſæ celebrandæ, & aliæ Orationes pro anima Defuncti, quæ omnia cautè ſunt facienda, nè Pœnitentis delictum detegatur.

Monetur, quòd ad quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda remanet perpetuò inhabilis.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm, & quòd ſi delictum detegatur, tenetur parere mandatis ſui Ordinarij, aùt Sacræ Pœnitentiariæ, ad quam iterum eſſet recurrendum.

Hinc exiguntur iuramenta de parendo mandatis, de ſatiſfacienda Parte, & de non contraueniendo in futurum huic Canoni.

Monetur tandem, quòd ipſius Filij, ſi quos habet, propter delictum Patris ſunt inhabiles ad Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, non autem ad iam canonicè obtenta.

His peractis, & benè perpenſis eius vita, & meritis, an mereatur hanc gratiam, iniunctaque pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula.

Abſoluo te inprimis authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, ab excommunicatione, ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas ob Presbytericidium à te commiſſum incur-

ıcurriſti, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, communioni, & vnitati fidelium.

Et deinde abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti in quantum poſſum, & tu indiges.

Deinde abſoluitur à Presbytericidio, exceſſibus, & alijs peccatis, poſteà pro diſpenſatione ab irregularitate additur.

Deinde eadem authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum ſuper irregularitate, quam ex Presbytericidio contraxiſti, vt, ipſa non obſtante, in ſacris Ordinibus, etiam in Altaris Miniſterio, miniſtrare licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & filij &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Hìc notandum, quòd cum Eccleſiaſticis non agitur de illa pœnitentia publica, quæ infamiam infert ob reuerentiam Ordinis, & gradus Eccleſiaſtici.

Abſolutio, & diſpenſatio pro Religioſo.

Qui introduxit intra clauſtra Monaſterij Mulierem ad inhoneſtos vſus, & idcircò incidit in cenſuras Eccleſiaſticas; & deinde ſuos Ordines exercendo, etiam irregularitatem contraxit.

FORMVLA IV.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur an verè doleat de exceſſu commiſſo; an occulta ſint, tàm introductio Mulieris, quàm Irregularitas contracta: an violauerit cenſuram in contemptum Clauium, ideſt in deſpectum poteſtatis Eccleſiæ; quia in hoc caſu abſolui non poſſet, cùm eſſet contemptus formalis, qui inuoluit hæreſim, vel Apoſtaſiam, vel ſchiſma cum actu externo, ſuper quibus nihil poteſt Minor Pœnitentiarius; & an habeat aliud impedimentum obſtans.

Iniun-

Iniungitur grauis, & diuturna pœnitentia ſalutaris; quòd ad Officia, & Dignitates ſuæ Religionis in futurum obtinendá, perpetuò remaneat inhabilis; & ſi ad præſens habet, remaneat illis priuatus, cautè tamen, nè ſe prodat; iniunctiſque alijs de iure iungendis, vt ſi hac de cauſa ipſa Religio damnum aliquod ſit paſſa, & reſtitutio ſit facienda.

Monetur, hanc diſpenſationẽ dari pro foro conſcientiæ tantùm, ità quòd, ſi delictum fieret publicum, nihil ei ſuffragaretur, & teneretur parere mandatis ſuorum Superiorum.

His peractis, & benè perpenſis vita, & moribus Pœnitentis, an mereatur hanc gratiam diſpenſationis; ac iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula abſolutionis à cenſuris incurſis, vt ſupra &c. Deinde additur forma diſpenſationis ſic.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum ſuper irregularitate, quam ex violatione cenſurarum contraxiſti, vt, ipſa non obſtante, in Sacris Ordinibus, etiam in Altaris miniſterio, miniſtrare licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Paſſio Domini noſtri &c.

Si non fuerit Sacerdos, ſed adhùc promouendus ad aliquem Ordinem, vel Ordines, adaptari poterit formula diſpenſationis, proùt fuerit gratia conceſſa.

A' Mala Promotione ante Ætatem.

Pro Sacerdote, qui ante legitimam ætatem ignoranter ordinatus fuit Sacerdos, & miniſtrauit in Altaris miniſterio, nec ſe abſtinuit, cognito defectu quatuor menſium pro legitima ordinatione habenda.

FORMVLA V.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an verè ex ignorantia fuerit ſic ordinatus ante legitimam ætatem: an præmiſſa omnia ſint occulta: & an ob-

obſtet aliud impedimentum; & an modo peruenerit ad ætatem legitimam.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris, quæ per tantum tempus duret, quantum deerat ad legitimam ætatem, cùm fuit promotus; & alia, vt de Iure &c.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm; ita vt, ſi defectus ætatis, & alia ſubſequuta detegerentur, teneretur parere mandatis ſui Ordinarij, cùm iſta diſpenſatio nihil ei ſuffragaretur; & quòd diſpenſatur ad Ordines exercendos, & ad Beneficia Curata, & non Curata inuicem compatibilia.

His peractis, & præmiſſis, vitaque, ac moribus Pœnitentis benè examinatis, an hanc gratiam diſpenſationis mereatur; iniuncta etiam pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur primò in forma Eccleſiæ conſueta à ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, propter præmiſſa incurſis, & ab omni alio vinculo excommunicationis, & interdicti, vt ſupra: Deinde abſoluitur ab exceſſibus in hoc facto commiſſis, & ab omnibus peccatis: Poſteà additur.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum ſuper irregularitate, quam ex promotione ad Sacerdotium ante legitimam ætatem, & ex violatione cenſurarum contraxiſti, vt, ipſa non obſtante, in Sacris Ordinibus, etiam in Altaris Miniſterio, miniſtrare, ac Beneficia, ſi quæ in futurum tibi conferantur, cum Cura, & ſine Cura recipere, & retinere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris &c. Paſſio Domini noſtri &c.

A' Maſa

Digitized by Google

A' Mala Promotione ob Titulum fictum.

Pro Presbytero, qui ad omnes Sacros, etiam Presbyteratus Ordines ad titulum ficti, & ſimulati Patrimonij promoueri ſe fecit, & in eis miniſtrauit.

FORMVLA VI.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an abſque ſcandalo abſtinere poſſit à celebratione; an habeat, vnde honeſtè viuat; an delictum remaneat occultum; & an obſtet aliud impedimentum.

Iniungitur pro modo culpæ ſalutaris pœnitentia, & alia de Iure iniungenda.

Monetur, quòd hæc diſpenſatio datur pro foro conſcientiæ tantùm; ità quòd, ſi delictum detegeretur, teneretur parere mandatis ſui Ordinarij; & quòd hæc diſpenſatio nihil ei ſuffragaretur.

Monetur etiam, quòd diſpenſatur non ſolùm ad ſuos Ordines exercendos, ſed etiam ad Beneficia cum Cura, & ſine Cura obtinenda, inuicem tamen compatibilia.

His peractis, & benè examinatis moribus, & vita Pœnitentis, an mereatur hanc gratiam diſpenſationis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in primis ab omnibus ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ob expoſita incurſis, in forma Eccleſiæ conſueta, & ab omni vinculo excommunicationis, & interdicti, & ab omnibus peccatis, & exceſſibus confeſſis.

Deinde diſpenſatur ſuper irregularitate contracta, & rehabilitatur ad Beneficia Eccleſiaſtica, vt in Formula præcedenti.

A' Mala

A' Mala Promotione ob defectum Natalium.

Pro Presbytero, qui, omiſſo Clericali Charactere, ſe ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines promoueri fecit, nulla obtenta diſpenſatione ſuper defectu Natalium, quem patitur, & in dictis Ordinibus miniſtrauit.

FORMVLA VII.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an occultum remaneat, ipſum pati defectum Natalium; an obſtet aliud canonicum impedimentum: periculum ſcandalorum non inquiritur, cùm ſupponatur, ſi cum famæ ſuæ iactura deberet inſigniri Clericali Charactere à proprio ſuo Ordinario, à quo etiam puniri poſſet ob talem omiſſionem.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris pro modo culpæ, & alia de Iure iniungenda.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm, vt ſupra.

Monetur etiam, quòd antequàm vtatur diſpenſatione, quæ dabitur, debet ſecretè recipere characterem Clericalem, etiã ſine litteris dimiſſorijs, ſiuè commendatitijs ſui Ordinarij, nè ſuum delictum prodere cogatur; qua de cauſa idem Maior Pœnitentiarius authoritate ſibi conceſſa hanc facultatem indulgere ſolet Illuſtriſſimo Domino Viceſgerenti, rogato à Minori Pœnitentiario, aut ab aliquo Procuratore Sacræ Pœnitentiariæ, vt talem Oratorem ordinet ſecretè in aliquo Oratorio priuato, adhibitis ſolùm Miniſtris neceſſarijs, qui qualitates Oratoris non cognoſcant; oſtenſo etiam memoriale cum ſignatura, & mandato, vt de eo Viceſgerens poſſit eſſe certus.

Digitized by Google

Monetur quoque, quòd per hanc diſpenſationem diſpenſatur non ſolùm à defectu Natalium, & Irregularitate inde prouenient͏e, ſed etiam à proueniente ex violatione cenſurarum, & à mala promotione &c.

His peractis, & benè examinatis moribus,& vita Pœnitentis, an mereatur talem gratiam diſpenſationis, ac iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta prius ab omnibus ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis propter præmiſſa incurſis, & ab omni alio vinculo excommunicationis, & interdicti &c. Deindè à peccatis, & exceſſibus commiſſis, vt ſupra in fine *Formulæ primæ huius Capitis*; poſteà diſpenſatur, addendo.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, diſpenſo tecum ſuper defectu Natalium, & ſuper irregularitate inde proueniente, & ex mala promotione, ac miniſtratione in tuis Ordinibus, vt, ipſis non obſtantibus, Clericali charactere inſigniri, & in Sacris Ordinibus ſuſceptis, etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Paſſio Domini noſtri &c.

Circà rehabilitationem ad Beneficia ſtandum eſt diſpoſitioni Maioris Pœnitentiarij.

A' Mala Promotione per Saltum.

Pro Religioſo Presbytero, qui ignoranter, omiſſis quatuor minoribus Ordinibus, ad omnes Sacros, etiam Presbyteratus Ordines promotus fuit, & in illis miniſtrauit.

FORMVLA VIII.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an caſus ſit occultus; an habeat aliud canonicum impedimentum, quod obſtet.

Iniun-

Iniungitur eidem pœnitentia ſalutaris, & alia de Iure iniungenda.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm, vt ſupra; & quòd non ſolùm diſpenſatur ſuper irregularitate contracta, ſed etiam rehabilitatur ad Dignitates, & Officia ſuæ Religionis, ſi ad illa fuerit canonicè electus, & aſſumptus.

Item antequàm vtatur hac diſpenſatione, tenetur ſuſcipere quatuor minores Ordines ſecretè ab aliquo Epiſcopo ſine dimiſſorijs ſui Ordinarij, ſeù Superioris, nè delictum detegatur, & etiam extra tempora, vel interpolatis diebus iuxta facultatem, quæ à Maiori Pœnitentiario ſibi erit conceſſa.

His peractis, & benè perpenſis meritis, & vita Pœnitentis, an hanc gratiam mereatur, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addendo prius abſolutionem à ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ob præmiſſa quomodolibet incurſis, *& ab omni vinculo excommunicationis, & interdicti in quantum poſſum &c.* deinde diſpenſatur addendo.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum ſuper irregularitate contracta ob violationem cenſurarum, vt, ipſa non obſtante, poſtquàm in quatuor minoribus Ordinibus fueris ordinatus, in ipſis, & in Sacris Ordinibus, etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris &c.

Pariter eadem authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, tecum diſpenſo, vt, non obſtante inhabilitate à te contracta, Dignitates, & Officia, ad quæ in tua Religione electus, vel aſſumptus fueris, recipere, & retinere licitè poſſis, ac valeas. In nomine Patris, & Filij &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Hæc eadem forma ſeruatur pro ijs, qui vnum, vel duos, vel tres ex dictis Minoribus, aut aliquem ex Sacris Ordinibus omiſerint.

Hìc notandum, quòd quando Oratores ſunt præſentes, & cupiunt expediri hìc in Vrbe, ſolet fieri, vt dictum eſt in Formula præcedenti, rogando D. Viceſgerentem, vt ſecretè

 ipſum

ipſum ordinet ad Ordinem, vel ad Ordines omiſſos, authoritate Maioris Pœnitentiarij, ſub memoriali expreſsè conceſſa: Quando verò Orator vult diſcedere, & quia Romæ eſt cognitus, cupit Ordines omiſſos alibi recipere; tunc Sacra Pœnitentiaria conſueuit dare Breue, ipſum committendo cuicumque Catholico Antiſtiti, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habenti, in propria Diœceſi reſidenti, vel in aliena de Diœceſani licentia, Ordines conferre valenti, per Oratorem eligendo &c. In quo Breui eidem Epiſcopo, ab Oratore electo datur facultas ad diſpenſandum, rehabilitandum, & vt ſine litteris dimiſſorijs proprij Ordinarij, ſeù Superioris, & extra tempora valeat, & poſſit ipſum ordinare, proùt in eodem Breui fuerit ſibi præſcriptum.

A' Simonia.

Pro Presbytero, cuius Pater ſoluit quandam pecuniæ ſummam, vt eidem Presbytero de quodam Beneficio prouideretur, proùt prouiſum fuit, Oratore ignorante ſolutionem huiuſmodi; petit tamen Orator retinere dictum Beneficium, & condonari fructus hactenùs perceptos.

FORMVLA IX.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an expoſitum ſit occultum; an obſtet aliud impedimentum; an poſſit reſtituere fructus perceptos ex Beneficio, ſi non ſit pauper, & impotens; an bona fide dictos fructus perceperit.

Iniungitur ſola pœnitentia pro peccatis confeſſis, cùm in ordine ad Simoniam non peccauerit.

Iniungitur, vt Patrem, & alios culpabiles in Simonia commiſſa,

Digitized by Google

miſſa, quantùm poteſt, moneat, & inducat ad impetrandam abſolutionem à Sede Apoſtolica; & quòd faciat eleemoſynam arbitrio Pœnitentiarij in Pauperum ſubuentionem, & in vtilitatem Eccleſiæ, in qua ſitum eſt Beneficium.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm; nec vllo modo poſſe ei ſuffragari, ſi Simonia detegeretur.

Monetur etiam, quòd non ſolùm diſpenſatur ad poſſe licitè retinere Beneficium, ſed etiam ſibi condonantur fructus ex dicto Beneficio hactenùs percepti, ſi pauper ſit, vel bona fide perceperit; quòd ſi potens eſt, tenetur reſtituere, proùt de Iure; etſi cum mala fide illos habuerit, tenetur eos reſtituere, aut cum Sacra Pœnitentiaria componere.

His peractis, abſoluitur à peccatis confeſſis in forma Eccleſiæ conſueta; & poſteà diſpenſatur, addendo.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialitèr delegata, diſpenſo tecum, vt, non obſtante Simonia, à Patre tuo, te ignorante, commiſſa ſuper Beneficio tibi collato, dictum Beneficium retinere, illiuſque fructus percipere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Hìc notandum, quòd ſuper Simonia reali ſcienter contracta, non diſpenſat Sacra Pœnitentiaria, niſi de expreſſo Sanctiſſimi defectu facultatis.

Ex Defectu Natalium.

Pro eo, qui natus eſt in figura Matrimonij, ſed verè procreatus ex adulterio, & deſiderat fieri Clericus, & ad Sacros Ordines, etiam ad Sacerdotium promoueri.

FORMVLA X.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ finalis, an ità ſit; de defectu Natalium, an ſit occultus, & ipſe habeatur prò legitimo; an obſtet aliud impedimentum.

Iniun-

Digitized by Google

Iniungitur tantùm pœnitentia pro peccatis confeſſis, quia in Natalium defectu non peccauit ipſe, ſed Genitores eius.

Monetur, hanc diſpenſationem dari pro foro conſcientiæ tantùm; quia ſi fieret publicus talis defectus, recurrendum eſſet ad Datariam pro diſpenſatione ſuper eo obtinenda.

Monetur quoque, quod diſpenſatur ad Ordines tantùm ſuſcipiendos, non ad Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda; vnde pro iſtis obtinendis alia diſpenſatio eſt neceſſaria.

His peractis, & benè perpenſis moribus, & vita Pœnitentis, an hanc diſpenſationem mereatur, abſoluitur à peccatis confeſſis in forma Eccleſiæ conſueta; Deinde diſpenſatur, addendo.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, diſpenſo tecum ſuper defectu Natalium, & irregularitate inde proueniente, vt, ipſis non obſtantibus, Clericali charactere inſigniri, & ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines promoueri, & in eis miniſtrare licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Cum Regularibus hæc diſpenſatio non eſt neceſſaria, cùm per Religioſam Profeſſionem diſpenſationem conſequantur quo ad omnes Ordines, *vt ex cap. 1. de filijs Presbyt.* Et ex dictis vtique eſt eis neceſſaria diſpenſatio ad Dignitates, & Officia aſſequenda in Religione; quod idem currit etiam de Monialibus, eundem defectum patientibus, & diſpenſari poſſunt à Maiori Pœnitentiario: Similitèr etiam Eccleſiaſtici Sæculares diſpenſari poſſunt ab eodem quo ad Beneficia Eccleſiaſtica, quoties huiuſmodi defectus remaneat occultus.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT V.

De Rehabilitationibus.

REHABILITARE aliquem in ſenſu præſenti aliud non eſt, quàm diſpenſare cum aliquo ſuper inhabilitate contracta ob aliquam irregularitatem ad Beneficia Eccleſiaſtica aſſequenda, ſi ſit Sæcularis, vel ad Dignitates, & Officia, aut ad vocem actiuam, & paſſiuam, ſi ſit Regularis.

Pro cuius intelligentia notandum, quòd in caſibus, in quibus Pœnitens indiget abſolui à peccato aliquo, & à cenſura ei annexa, & diſpenſari ab irregularitate, ex eodem delicto prouueniente; ac rehabilitari ad Beneficia in futurum obtinenda, quæ inhabilitas eſt vna ex pœnis Eccleſiaſticis, quæ ſequitur irregularitatem, vt apparet in occiſore Clerici, qui indiget abſolui à peccato, & ab excommunicatione: diſpenſari ab irregularitate, & rehabilitari ad Beneficia; In hoc, & ſimilibus caſibus Sacra Pœnitentiaria non ſemper diſpenſat, cùm abſoluit; neque rehabilitat cùm diſpenſat, ſed iuxta diuerſitatem cauſarum, quæ concurrunt, aliquando tantùm abſoluit à peccato, & cenſura; aliquando abſoluit, & diſpenſat ab irregularitate, ſed non rehabilitat; quandoque ſimul abſoluit, diſpenſat, & rehabilitat, ſed rariùs, & non niſi ex grauiſſima cauſa. Qualitèr igitur facienda ſit hæc diſpenſatio ab inhabilitate, quando ſola remanſit, & qualiter, cùm datur ſimul cum abſolutione, & diſpenſatione ab irregularitate, ſupereſt hìc formam proponere.

Rehabilitatio ad Beneficia obtinenda.

Pro Sacerdote, qui aliàs obtinuit abſolui, & diſpenſari à Sacra Pœnitentiaria ſuper irregularitate, & inhabilitate ad Beneficia.

FORMVLA I.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ, an ita ſit, quòd indigeat rehabilitari pro propria, ſiue ſuorum paupertate, aut alia de cauſa allata.

Inqui-

Digitized by Google

Inquiritur, & aduertitur, an Pœnitens poſt delictum perpetratum, ità fuerit in moribus emendatus, vt hanc gratiam mereatur, nè indigno conferatur.

Iniungitur tantùm pœnitentia pro peccatis confeſſis, ſed ſaluis remanentibus alijs impoſitis in abſolutione, & diſpenſatione obtentis.

Monetur, hanc rehabilitationem ſimilitèr dari pro foro conſcientiæ tantùm, ità quod, nihil ei ſuffragaretur, ſi delictum detegeretur.

Monetur etiam, ipſum rehabilitari ad Beneficia Eccleſiaſtica, ſiuè cum Cura, ſiuè ſine Cura; vel ad Beneficia tantùm ſimplicia iuxta conceſſionem gratiæ, quatenùs canonicè fuerint ſibi collata.

His præmiſſis, & iniuncta pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta à cenſuris, & peccatis; deinde additur.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, diſpenſo tecum, vt non obſtante inhabilitate ad Beneficia Eccleſiaſtica, qua detineris, quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, tàm cum Cura, quàm ſine Cura, quatenùs tibi aliàs canonicè conferantur, recipere, & retinere, fructuſque eorum percipere licitè poſſis, & valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Paſſio Domini Noſtri &c.

Eodem modo rehabilitantur Religioſi ad Officia, & Dignitates (excepto Generalatu) & ad vocem actiuam, & paſſiuam; & etiam Moniales ad eadem &c.

Abſo-

Abſolutio, Diſpenſatio, & Rehabilitatio.

Pro Sacerdote, qui per Simoniam quoddam Beneficium Eccleſiaſticum obtinuit, & in ſuis Ordinibus miniſtrauit; dimiſſo verò Beneficio, petit abſolui à cenſuris, diſpenſari ab Irregularitate, & rehabilitari ad Beneficia.

FORMVLA II.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur de veritate cauſæ finalis, an ita ſit; an expoſita ſint occulta; an verè, realitèr, & cum effectu dimiſerit Beneficium ſimoniacè obtentum.

Iniungitur pœnitentia ſalutaris, quæ aſpera eſſe debet, vt recognoſcat iniuriam factam Deo, & rebus Sacris; quòd moneat, & inducat culpabiles in Simonia ad impetrandam à Sede Apoſtolica abſolutionem; quòd reſtituat fructus perceptos de Beneficio, proùt de Iure, ideſt in ſubuentionem Pauperum, & vtilitatem Eccleſiæ, in qua ſitum erat Beneficium, & alia de Iure &c.

Monetur, hanc abſolutionem, diſpenſationem, & rehabilitationem dari pro foro conſcientiæ tantùm; ità quòd, ſi delictum detegeretur, nihil ei ſuffragarentur pro foro externo, & teneretur parere mandatis ſui Ordinarij &c.

Monetur quoque, quòd non ſolùm abſoluitur à cenſuris incurſis, & diſpenſatur ab irregularitate contracta ob violationem cenſurarum, ſed etiam rehabilitatur ad Beneficia in futurum obtinenda, non tamen ad illud, ſuper quo fuit commiſſa Simonia.

His peractis, & benè perpenſis moribus, & vita Pœnitentis, an hanc gratiam mereatur, ac impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta, addita clauſula,

Digitized by Google

Abſoluo te in primis ab omnibus ſententijs, cenſuris, & pęnis Eccleſiaſticis, quas propter Simoniam incurriſti, & ab omni vinculo excommunicationis, & interdicti in quantum poſſum, & tu indiges.

Deinde ego te abſoluo à peccatis tuis. In nomine Patris &c.
Additur.

Inſuper eadem authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, diſpenſo tecum ſuper Irregularitate, quam ex Simonia, & ex violatione cenſurarum poſteà contraxiſti, vt, illa non obſtante, in tuis Ordinibus, etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare, ac Beneficia, ſi quæ tibi aliàs canonicè conferantur, non tamen Beneficium, quod ſimoniacè obtinuiſti, & dimiſiſti, recipere, & retinere poſſis, & valeas. In nomine Patris &c. Paſsio Domini noſtri &c.

Commutatio Recitationis Horarum Canonicarum.

Pro Sacerdote, qui propter Viſus debilitatem horas Canonicas vix recitare poteſt.

FORMVLA III., & VLTIMA.

Audita Sacramentali Confeſſione.

INquiritur, an talis, & tanta ſit debilitas Viſus, vt nulla arte, nec conſpicillis valeat recitare; & ſatis erit, ſi non niſi cum magna difficultate poſſit.

Iniungitur, vt loco matutini recitet Coronam B. Mariæ Virginis, & aliquot Pſalmos, quos ſciat memoriter; vel ſaltem Pſalmum, *Miſerere mei Deus*, cum Cantico Zachariæ, *Benedictus Dominus Deus Iſrael* pro prima, tertia, ſexta, & nona, vt pro qualibet recitet ſepties Pater Noſter, & toties Aue Maria cum Pſalmo, *Deprofundis*; loco Veſperarum duodecies Pater Noſter, & toties Aue Maria cum Pſalmo, *Dixit*

Do-

Digitized by Google

Dominus, & Cantico, *Magnificat*; & pro Completorio etiam ſepties Pater Noſter, & toties Aue Maria cum Pſalmo, *Qui habitat*, & Cantico, *Nunc dimittis*, & Symbolo Apoſtolorum, *Credo in Deum Patrem*.

Monetur, quòd diſpenſatio datur ſolùm in foro conſcientiæ; & quòd ipſa habita poteſt Pœnitens tuta conſcientia acquieſcere.

His peractis, & impoſita pœnitentia pro peccatis confeſſis, abſoluitur in forma Eccleſiæ conſueta.

Deinde ſubiungitur pro commutatione.

Inſuper authoritate Apoſtolica, mihi ſpecialiter delegata, tibi diſpenſando, commuto obligationem recitandi horas Canonicas in preces à me tibi præſcriptas. In nomine Patris &c. Paſſio Domini noſtri &c.

Notandum hìc pro ſcrupuloſis, qui nunquàm acquieſcunt recitationi Diuini Officij, & continuò anguntur ſcrupulis, aut circa verborum prolationem, aut circa attentionem habendam, aut circa aliud occurrens; vnde ſæpiùs illud reiterant, & nunquàm ſe ſatisfeciſſe, putant, quòd pro ipſis commutatio præmiſſa non inſeruit, eò quòd etiam pro minima Oratione vocali recitanda ſemper ſcrupulis, & timoribus repleantur, tanquàm inſanabiles, & inconſolabiles: Pro iſtis igitur ſolet Sacra Pœnitentiaria commutationem concedere in alia pietatis opera materialia exequenda ſine vlla pronunciatione, aut attentione, liberando etiam eos ab obligatione recitandi Officium Diuinum; Cùm enim ad impoſſibile nemo teneatur; & valdè difficile impoſſibili æquiparetur; rationabiliter judicat Tribunal, piam Matrem Eccleſiam non intendere, hos obligare ad horas Canonicas recitandas cum tanta difficultate, & angore, imò & cum periculo inſaniendi: Ideò in hac forma, & meliori modo, quo poteſt, conſulit quieti, & conſcientijs talium Infirmorum recurrentium; qui modus ſanè, non niſi laudabilis, & fructuoſus recognoſcitur, dùm, vt experientia docet, ablata obligatione recitandi, & in hac parte peccandi, quæ radix erat ſcrupulorum, voluntariè poſteà, & ſine ſcrupulo Officium recitant, & cum omni quiete ſatiſfaciunt.

Et hæc ſufficiant, quo ad modum exequendi Formulas præſcriptas à Sacra Pœnitentiaria, quibus ipſa etiam vtitur, committendo facultatem ſuam extra Vrbem, tàm in ordine ad abſoluendum à cenſuris, quàm in ordine ad diſpenſandum ſuper impedimentis matrimonialibus, ſuper irregularitatibus, & ſuper inhabilitatibus ad Ordines, aut ad Beneficia, & ſimilia; Vndè ab hac praxi, ſtylo, & vſu conſueto nullus recedere poteſt, præſertim in ſubſtantialibus, & præceptis à Maiori Pœnitentiario, niſi reddendo executiones nullas, irritas, & inualidas, vtpotè factas contrà intentionem Delegantis, non cuſtodiendo limites mandati; imò excedendo terminos facultatis contra præſcriptum in litteris, & Formulis facultatum, ex quarum immutatione infertur falſitas gratiæ.

FINIS HUIUS OPERIS.

ADMO-

ADMONITIONES

DESUMPTÆ

Ex Tertia Parte Paſtoralis D.Gregorij Papæ, & hic ſummatim poſitæ ad maiorem Pœnitentiarij inſtructionem, cùm non minùs pro Paſtorali in docendo Subditos, quàm pro Virga Pœnitentiali in admonendo Pœnitentes inſeruire valeant.

PROLOGVS.

QVIA par morum qualitas non cunctos aſtringit, nec vna, eademque exhortatio cunctis congruit, vt longè ante nos reuerendæ mem. Gregorius Nazianzenus edocuit, inquit S. Pontifex: Sępè namque alijs officiunt, quæ alijs proſunt; quia & plerumque herbæ, quæ hæc animalia enutriunt, alia occidunt; & lenis ſibilus Equos mitigat, Catulos inſtigat; & medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri Vires iungit; & panis, qui vitam fortium roborat, paruulorum necat: Pro qualitate igitur Audientium formari debet ſermo Doctorũ, vt & ad ſua ſingulis congruat, & tamen à communis ædificationis arte nunquàm recedat. Quid enim ſunt intentæ mentes Auditorum, niſi, vt ita dixerim, quædam in Cithara tenſiones ſtratæ chordarum? quas tangendi Artifex, vt non ſibimet ipſi diſſimile canticum faciant, diſsimilitèr pulſat:

Et idcircò chordæ conſonam modulationem reddũnt, quia vno quidem plectro, ſed non vno impulſo feriuntur. Vnde & Doctor quiſque, vt in vna cunctos virtute Charitatis ædificet, ex vna doctrina, non vna, eademque exhortatione corda

tan-

tangere Audientium debet; quod & pro Pœnitentiario dictum meritò cenſetur, vt quo pacto, & ipſe, Pœnitentium ratione habita, ſingulos ad ædificationem hortari valeat; tàm Sanctum, & ſalubre monitum ipſum non lateat, non pro cunctis vnam, ſed pro diuerſis congruam exhortationem eſſe impertiendam, nè, quæ vni prodeſt, alteri officiat, & quæ iſtos reducit, alios non exaſperet; impar enim morum qualitas, eamdem pro cunctis reprobat exhortationem.

Quo pacto, quibuſque modis poſſit Pœnitentiarius ſingulos Pœnitentes vtilitèr hortari, & admonere iuxtà ordinem D. Gregorij.

Pro Viris, & Fœminis.

ADMONITIO PRIMA.

ALiter igitur admonendi ſunt Viri, atque aliter Fœminæ: quia illis grauia, iſtis verò iniungenda ſunt leuiora, vt illos, magna exerceant, iſtas verò lenia demulcendo, conuertant.

Pro Iuuenibus, & Senibus.

ADMONITIO II.

ALiter admonendi ſunt Iuuenes, atque aliter Senes; quia illos plerumque ſeueritas admonitionis ad profectum dirigit; iſtos verò ad meliora opera deprecatio blanda componit: Scriptum quippe eſt: *Seniorem nè increpaueris, ſed obſecra vt Patrem.*

Pro Pauperibus, & Diuitibus.

ADMONITIO III.

ALiter admonendi ſunt Inopes, atque aliter Locupletes; Illis namque offerre conſolationis ſolatium contra-

tribu-

tribulationem; iſtis verò inferre metum contra elationem debemus: Inopi quippè à Domino per Profetam dicitur, *Noli timere, quia non confunderis*; at de Diuitibus in Euãgelio Dominus dicit, *Væ vobis Diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram*; quia enim, quæ ſunt æterna gaudia, neſciunt, ex præſentis Vitæ abundantia conſolantur: Offerenda eſt eis conſolatio, quos Caminus paupertatis excoquit; atque illis inferendus eſt timor, quos conſolatio gloriæ temporalis extollit; vt & illi diſcant, quia diuitias, quas non conſpiciunt, poſſident, & iſti cognoſcant, quia eas, quas concupiſcunt, nequaquàm tenere poſſunt.

Plerunque tamen Perſonarum ordinem permutat qualitas morum, vt ſi Diues humilis ſit, Pauper elatus: Vnde mox Prædicantis lingua cum Audientis debet vita componi, vt tantò diſtrictiùs in Paupere elationem feriat, quantò eum, nec illata paupertas inclinat; & tantò leniùs humilitatem Diuitum mulceat, quantò eos, nec abundantia, quæ ſubleuat, exaltat.

Nonnunquàm etiam ſuperbus Diues exhortationis blandimento placandus eſt, quia & plerumque dura vulnera per lenia fomenta molleſcunt; & furor Inſanorum ſępè ad ſalutem medico blandiente reducitur; cùmque eis in dulcedine condeſcenditur, languor inſaniæ mitigatur.

Aliquando autem, cùm huius Sæculi Potentes arguuntur, priùs per quaſdam ſimilitudines, velùt de alieno negotio, requirendi ſunt; & cùm rectam ſententiam, quaſi in alterum protulerint, tunc modis congruentibus de proprio reatu feriendi ſunt; vt Mens temporali potentia tumida contrà corripientem nequaquàm ſe erigat, quæ ſuo ſibi Iudicio ſuperbiæ Ceruicem calcat, & in nulla ſui defenſione ſe exerceat, quam ſententia proprij oneris ligat.

Pro

Pro Subditis, & Prælatis.

ADMONITIO IV.

ALiter admonendi ſunt Subditi, atque aliter Prælati; illos, nè ſubiectio conterat; iſtos, nè locus ſuperior extollat; illi, nè minùs, quæ iubentur, impleant; iſti, nè plùs iuſto iubeant, quæ compleantur; illi, vt humilitèr ſubiaceant; iſti quoque, vt temperantèr præſint. Nàm quod intelligi, & figuralitèr poteſt, illis dicitur, *Filij obedite Parentibus veſtris in Domino*; Iſtis verò præcipitur, *Et Parentes nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros*. Illi diſcant, quomodò ante occulti Arbitri oculos ſua interiora componant; iſti quomodò etiam Commiſſis ſibi exempla benè viuendi exterius præbeant. Scire enim Prælati debent, quia, ſi peruerſa vnquàm perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad Subditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt: Vnde neceſse eſt, vt tantò ſe cautiùs à culpa cuſtodiant, quantò per praua, quæ faciunt, non ſoli moriuntur, ſed aliorum Animarum, quas prauis exemplis deſtruxerunt, Rei ſunt; Vnde admonendi ſunt illi, nè diſtrictiùs puniantur, ſi abſoluti reperiri nequeunt, ſaltem de ſe; Iſti, nè de Subditorum erratibus iudicentur, etiam ſi ſe iam de ſe ſecuros inueniunt; Illi, vt tantò circa ſe ſollicitiùs viuant, quantò eos aliena Cura non implicat; Iſti verò, vt ſic aliorum curas expleant, quatenùs & ſuas agere non deſiſtant, & ſic in propria ſollicitudine ferueant, vt à Commiſſorum cuſtodia minimè torpeſcant.

Pro Seruis, & Dominis.

ADMONITIO V.

ALiter admonendi ſunt Serui, atque aliter Domini. Serui ſcilicet, vt in ſe ſemper humilitatem conditionis aſpiciant; Domini verò, vt Naturæ ſuæ, qua æqualiter ſunt cum

Seruis

Seruis conditi memoriam non amittant : Serui admonendi ſunt, nè Dominos deſpiciant, nè Deum offendant, ſi ordinationi illius ſuperbiendo contradicant: Domini quoque admonendi ſunt, quia contra Deum de munere eius ſuperbiunt, ſi eos, quos per conditionem tenent Subditos, æquales ſibi per naturæ conſortium non cognoſcant: Illi admonendi ſunt, vt ſciant, ſe ſeruos eſſe Dominorum; Iſti admonendi ſunt, vt cognoſcant, ſe Conſeruos eſſe Seruorum. Illis namque dicitur; *Serui obedite Dominis carnalibus*: & rursùm; *Quicumque ſunt ſub Iugo Seruitutis, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur*: Iſtis autem dicitur; *Et Vos Domini eadem facite illis remittentes minas, ſcientes quòd & illorum, & veſter Dominus eſt in Cœlis.*

Pro Sapientibus huius Sæculi, & Hebetibus.

ADMONITIO VI.

ALiter admonendi ſunt Sapientes huius Sæculi, atque aliter Hebetes: Sapientes quippe admonendi ſunt, vt ſciant ammittere, quæ ſciunt; Hebetes quoque admonendi ſunt, vt appetant ſcire, quæ neſciunt. In illis hoc primum deſtruendum eſt, quòd ſe Sapientes arbitrantur: In iſtis iàm ædificandum eſt, quidquid de ſuperna Sapientia cognoſcitur; quia dùm minimè ſuperbiunt, quaſi ad ſuſcipiendum ædificium corda parauerunt: Cum illis laborandum eſt, vt ſapientiùs ſtulti fiant, ſtultam autem ſapientiam deſerant, & ſapientem Dei ſtultitiam diſcant: Iſtis verò prædicandum eſt, vt ab ea, quæ putatur ſtultitia, ad veram Sapientiam viciniùs tranſeant; Illis namque dicitur; *Si quis videtur inter vos Sapiens eſſe in hoc Sęculo, ſtultus fiat, vt ſit Sapiens*: *Iſtis verò dicitur; non multi Sapientes ſecundùm Carnem*, Et rursùm: *quæ ſtulta ſunt huius Mundi, elegit Deus, vt confundat Sapientes*. Illos plerumque ratiocinationis argumenta, iſtos nonnunquàm meliùs exempla conuertunt.

Pro Impudentibus, & Verecundis.
ADMONITIO VII.

ALiter admonendi ſunt Impudentes, atque aliter Verecundi: Illos namque ab impudentiæ vitio non niſi increpatio dura compeſcit; iſtos autem plerumque ad meliùs exhortatio modeſta componit: Illi, ſe delinquere, neſciunt, niſi etiam à pluribus increpentur; iſtis plerumque ad conuerſionem ſufficit, quòd eis Doctor mala ſua ſaltem leuitèr ad memoriam reducat: Illos meliùs corrigit, qui inuehendo reprehendit; iſtis autem maior profectus adducitur, ſi hoc, quod in eis reprehenditur, quaſi ex latere tangatur. Impudentèr quippè delinquentes Galatas apertè Paulus increpat dicens; *O' Inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit?* & rursùm; *Sic ſtulti eſtis, vt cum Spiritu cęperitis, nùnc carne conſummamini?* Culpas verò Verecundantium quaſi compatiens reprænendit, dicens; *Gauiſus ſum in Domino vehementèr, quoniam tandem aliquando refloruiſtis pro me ſentire, ſicut & ſentiebatis, occupati enim eratis*: vt & illorum culpas increpatio dura detegeret, & horum negligentiam ſermo mollior velaret.

Pro Impatientibus, & Patientibus.
ADMONITIO VIII.

ALiter admonendi ſunt Impatientes, atque aliter Patientes: Dicendum namque eſt Impatientibus, quia dum refrenare Spiritum negligunt, per multa etiam, quæ non appetunt, iniquitatum abrupta rapiuntur; quia videlicèt mentem impellit furor, quò non trahit deſiderium, & agit commota velùt neſciens, vnde poſt doleat ſciens: Dicendum quoque eſt Impatientibus, quia dum motionis impulſu præcipites quædam velut alienati peragunt, vix mala ſua, poſtquàm fuerint perpetrata cognoſcunt; qui dùm perturbationi ſuę minimè obſiſtunt, etiam, ſi qua à ſe tranquilla mente fuerant benè geſta, confundunt, & improuiſo impulſu deſtruunt, quidquid forſitàn diù labore prouido conſtruxerunt.

Ipſa namque, quæ mater eſt omnium, cuſtoſque virtutum, per

per impatientiæ vitium virtus ammittitur Charitatis; Scriptum quippe eſt, *Charitas patiens eſt*; Igitur cùm minimè eſt patiens, Charitas non eſt.

Per hoc quoque impatientiæ vitium ipſa virtutum nutrix doctrina diſſipatur: Scriptum namque eſt, *Doctrina Viri per patientiam noſcitur*. Tantò ergò quiſque minùs oſtenditur doctus, quantò minùs conuincitur patiens; neque enim poteſt veraciter bona docendo impendere, ſi viuendo neſcit æquanimitèr aliena mala tolerare.

At contra admonendi ſunt Patientes, nè in eo, quod exteriùs portant, interiùs doleant; nè tantæ virtutis Sacrificium, quod integrum foràs immolant, intùs malitiæ peſte corrumpant; & cùm ab hominibus non agnoſcitur, ſed tamen ſub Diuina examinatione peccatur, tantò deterior culpa doloris fiat, quantò ſibi ante homines virtutis ſpeciem vendicat: Dicendum itaque eſt Patientibus, vt ſtudeant diligere, quos ſibi neceſſe eſt tolerare, nè, ſi patientiam dilectio non ſequatur, in deteriorem culpam odij virtus oſtenſa vertatur; vnde Paulus cùm diceret, *Charitas patiens eſt*, illicò adiunxit, *benigna eſt*; videlicet oſtendens, quia, quos ex patientia tolerat, amare etiam ex benignitate non ceſſat.

Pro Beneuolis, & Inuidis.

ADMONITIO. IX.

ALiter admonendi ſunt Beneuoli, atque aliter Inuidi. Admonendi namq. ſunt Beneuoli, vt ſic alienis bonis congaudeant, quatenùs habere & propria concupiſcant: Sic proximorum facta diligendo laudent, vt ea etiam imitandò multiplicent: Valde quippe peccamus, ſi aliena benè geſta non diligimus, ſed nil mercedis agimus, ſi ea, quæ diligimus, in quantum poſſumus, non imitamur: Dicendum eſt Beneuolis, vt cùm Proximorum facta conſpiciunt, ad ſuum cor redeant, & de alienis actibus non præſumant, nè bona laudent, & agere recuſent: Grauiùs quippe extrema vltione feriendi ſunt, quibus placuit, quod imitari noluerunt.

Admonendi ſunt Inuidi, vt perpendant, quantæ cęcitatis

ſunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabeſcunt; quantæ infelicitatis ſunt, qui melioratione Proximi deteriores fiunt, dumque augmenta alienæ proſperitatis aſpiciunt, apud ſemetipſos anxij afflicti cordis ſui peſte moriuntur: Quid iſtis infeliciùs, quos dùm conſpecta fęlicitas afficit, pœna nequiores reddit? Dicendum itaque eſt Inuidis, quia dum ſe à liuore minimè cuſtodiunt, in antiquam verſuti hoſtis nequitiam demerguntur; de illo namque ſcriptum eſt; *Inuidia autem Diaboli mors intrauit in Orbem Terrarum*: Quia enim ipſe malignus ſpiritus aduerſarius noſter Cęlum perdidit, condito ad hoc homini inuidit, & damnationem ſuam perditus adhùc alios perdendo cumulauit.

Admonendi ſunt Inuidi, vt cognoſcant quantis lapſibus ſuccreſcentis ruinæ ſubijciant, quia dum liuorem à corde non proijciunt, ad apertas operum nequitias deuoluuntur; niſi enim Cain inuidiſſet fratris acceptam hoſtiam, minimè perueniſſet ad extinguendam vitam: Dicendum eſt Inuidis, quià dùm ſe iſta intrinſecùs peſte conſumunt, etiam quidquid in ſe aliud boni habere videntur, interimunt; vnde ſcriptum eſt, *Vita Carnium, ſanitas Cordis, putredo oſſium, inuidia*: Quid enim per Carnes, niſi infirma quædam, ac tenera, & quid per oſſa, niſi fortia acta ſignantur? Benè ergò dicitur, *Vita Carnium, ſanitas Cordis*, quia ſi mentis innocentia cuſtoditur, etiam ſi qua foris infirma ſunt, quandoque roborantur; & rectè illìc ſubditur, *putredo oſſium inuidia*, quia per liuoris vitium ante Dei oculos pereunt, etiam quæ humanis oculis fortia videntur. Oſſa quippe per inuidiam putreſcere, eſt quædam etiam robuſta deperire.

Pro Simplicibus, & pro Impijs.

ADMONITIO X.

ALiter admonendi ſunt ſimplices, atque aliter Impij. Laudandi ſunt Simplices, quòd ſtudeant nunquàm falſa dicere; ſed admonendi ſunt, vt nouerint nonnunquàm vera re-

reticere; ſicut enim ſemper dicentem falſitas læſit, ita nonnunquàm quibuſdam audita veritas nocuit.

Admonendi ſunt, vt ſimplicitatis bono prudentiam adiungant, quatenùs ſic ſecuritatem de ſimplicitate poſſideant, vt circumſpectionem prudentiæ non amittant: Hinc namque electos ſuos per ſemetipſam veritas admonet dicens; *Eſtote Prudentes ſicut Serpentes, & Simplices ſicut Columbæ*: quia videlicèt in Electorum cordibus debet, & ſimplicitatem Columbæ aſtutia Serpentis acuere, & Serpentis aſtutiam Columbæ ſimplicitas temperare, quatenùs nec ſeducti per prudentiam calleant, nec ab intellectus ſtudio ex ſimplicitate torpeſcant.

At contra admonendi ſunt Impij, vt quàm grauis ſit, quem cum culpa ſuſtinent, duplicitatis laborem agnoſcant; dum enim depræhendi metuunt, ſemper improbas defenſiones quærunt, ſemper pauidis ſuſpicionibus agitantur. Nihil autem eſt ad deferendum puritate tutiùs, nihil ad dicendum veritate faciliùs: nàm dum falſitatem ſuam tueri conatur, duro cor labore fatigatur. Hinc per Hieremiam dicitur; *docuerunt linguam ſuam loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt*; Ac ſi apertè diceretur; qui amici eſſe veritatis potuerunt ſine labore, vt peccent laborant; cùmque viuere ſimplicitèr renuunt, laboribus exigunt, vt moriantur: Nàm plerumque in culpa depræhenſi, dùm quales ſint, cognoſci refugiunt, ſeſe ſub fallaciæ velamine abſcondunt, & hoc, quod peccant, quodque iam apertè cernitur, excuſare moliuntur, ita vt ſępè is, qui eorum culpas, & corripere ſtudet, aſperæ falſitatis nebulis ſeductus, penè amiſiſſe ſe videat, quod de eis iam certum tenebat.

Pro Flagella Metuentibus, & pro non Metuentibus.
ADMONITIO XI.

ALiter admonendi ſunt, qui flagella metuunt, & proptereà innocenter viuunt, atque aliter admonendi ſunt, qui ſic in iniquitate duruerunt, vt neque per flagella dirigantur.

Dicen-

Dicendum namque eſt flagella Timentibus, vt & bona temporalia nequaquàm pro magno deſiderent, quæ adeſſe etiam prauis vident, & mala præſentia nequaquàm velut intolerabilia fugiant, quibus hìc plerumque, etiam bonos affici non ignorant.

Admonendi ſunt, qui flagella metuunt, vt ſi malis veracitèr carere deſiderant, æterna ſupplicia perhorreſcant, neque in hoc ſuppliciorum timore permaneant, ſed ad amoris gratiam nutrimento charitatis excreſcant: Scriptum quippe eſt; *Perfecta Charitas foràs mittit timorem*; & alibi; *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas*: Si ergò adhùc à praua actione formidata pœna prohibet, profectò formidantis animum nulla Spiritus libertas tenet; nàm ſi pœnam non metueret, culpam procùl dubio perpetraret.

At contra ij, quos ab iniquitatibus nec flagella compeſcunt, tantò acriori inuectione feriendi ſunt, quantò maiore inſenſibilitate duruerunt; plerumque enim ſine dedignatione dedignandi ſunt, ſine deſperatione deſperandi, ita dumtaxàt, vt & oſtenſa deſperatio formidinem incutiat, & ſubiuncta admonitio ad ſpem reducat. Diſtrictè itaque contra illos Diuinæ Sententiæ proferendæ ſunt, vt ad cognitionem ſui, conſiderata æterna animaduerſione reuocentur. Contra hos Profeta Domino conqueritur dicens, *Attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam.*

Hinc voce flagellantium Propheta Hieremias conqueritur, dicens; *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata*: Babylon quippe curatur, nec tamen ad ſanitatem reducitur, quando mens, in praua actione confuſa, verba correctionis audit, flagella correptionis percipit, & tamen ad recta ſalutis itinera redire contemnit. Sciendum verò eſt, quòd nonnunquàm, cùm inter flagellorum duritiam remaneant incorrecti, dulci ſunt admonitione mulcendi; quos enim cruciamenta non corrigunt, nonnunquàm ab iniquis actionibus leuia blandimenta compeſcunt; quia & plerumque nonnulla vulnera, quæ curari inciſione nequeunt, fomentis olei ſanantur: Et durus adamas inciſionem ferri minimè recipit, ſed leni Hircorum ſanguine molleſcit.

Pro

Pro Humilibus, & pro Superbis.

ADMONITIO XII.

ALiter admonendi ſunt humiles, atque aliter elati: Illis inſinuandum eſt, quàm ſit vera excellentia, quam ſperando tenent; Iſtis verò intimandum eſt, quàm ſit nulla temporalis gloria, quam & amplectentes non tenent. Audiant humiles, quàm ſint æterna, quæ appetunt, quàm tranſitoria, quæ contemnunt. Audiant elati, quàm ſint tranſitoria, quæ ambiunt, quàm æterna, quæ perdunt. Audiant humiles ex magiſtra voce veritatis; *Omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur*: Audiant elati; *Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur*: Audiant humiles; *gloriam præcedit humilitas*: Audiant elati; *ante ruinam exaltatur Spiritus*: Audiant humiles; *Deus humilia reſpicit*: Audiant elati, *& alta à longè cognoſcit*: Audiant humiles; *Quia filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*: Audiant elati; *quia initium omnis peccati ſuperbia eſt*: Audiant humiles; *quia Redemptor noſter humiliauit ſemetipſum, factus obediens Patri vſque ad mortem*: Audiant elati, quod de eorum Capite ſcriptum eſt; *Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ*. Occaſio igitur perditionis noſtræ facta eſt ſuperbia Diaboli, & argumentum redemptionis noſtræ inuenta eſt humilitas Dei. Dicatur ergò Humilibus, quià dùm ſe deijciunt, ad Dei ſimilitudinem aſcendunt: Dicatur verò Elatis, quia, dùm ſe erigunt, in Apoſtatæ Angeli imitatione cadunt.

Eſt autem aliud, quod in eis debeat cautè penſari, quia ſępè quidam humilitatis decipiuntur ſpecie, quidam verò elationis ſuæ ignorantia falluntur; nàm plerumque nonnullis, qui ſibi humiles videntur, is, qui hominibus deferri non debet, coniunctus eſt timor: Plerumque verò elatos comitari ſolet libera vocis aſſertio; & cùm quædam increpanda ſunt vitia, illi reticent ex timore, & tamen tacere ſe ęſtimant ex humilitate: Iſti loquuntur per impatientiam elationis, & tamen

men ſe credunt loqui per libertatem rectitudinis. Vnde & Elati admonendi ſunt, ne pluſquam decet, ſint liberi; & humiles admonendi ſunt, nè pluſquàm expedit, ſint ſubiecti; nè, aùt illi defenſionem iuſtitiæ vertant in exercitationem ſuperbiæ, aut iſti, cùm ſtudent, pluſquàm neceſſe eſt hominibus ſubijci, compellantur eorum etiam vitia venerari. Conſiderandum verò eſt, quòd plerumque elatos vtiliùs corripimus, ſi eorum correptionibus, quædam laudum fomenta miſceamus: Inferenda namque ſunt illis, aut talia bona, quæ in ipſis ſunt, aut dicendum certè, quæ poterant eſſe, ſi non ſunt: Et tùnc demùm reſecanda ſunt mala, quæ nobis diſplicent, cùm priùs ad audiendum eorum placabilem mentem fecerint præmiſſa bona, quæ placent: nàm & equos indomitos blanda priùs manu tangimus, vt eos nobis pleniùs poſtmodùm etiam per flagella ſubigamus.

Pro Guloſis, & pro Abſtinentibus.

ADMONITIO XIII.

ALiter admonendi ſunt Gulæ dediti, atque aliter Abſtinentes: Illos enim ſuperfluitas locutionis, leuitas operis, atque luxuria; iſtos verò ſępè impatientiæ, ſępè verò ſuperbiæ culpa comitatur. Niſi enim Gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, diues ille, qui epulatus quotidiè dicitur ſplendidè, in lingua grauiùs non arderet, dicens; *Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazzarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma*. Rursùm quia Gulæ deditos leuitas protinùs operis ſequitur, authoritas Sacra teſtatur dicens; *Sedit Populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*; quos plerumque edacitas vſque ad luxuriam pertrahit, quia, dum ſatietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Quò contrà, niſi mentes abſtinentium plerumque impatientia à ſinu tranquillitatis excuteret, nequaquàm Petrus, dum diceret; *Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute ſcientiam,*

in

In ſcientia autem abſtinentiam, protinùs vigilantèr adiungeret dicens: *In abſtinentia autem patientiam*; deeſſe quippe abſtinentibus patientiam præuidit, quæ eis, vt adeſſet, admonuit. Rursùm, niſi cogitationes abſtinentium aliquando ſuperbiæ culpa transfigeret, Paulus minimè dixiſſet; *qui non manducat, manducantem non iudicet*.

Admonendi ergò ſunt Gulæ dediti, nè in eo, quòd eſcarum delectationi incumbunt, luxuriæ ſe mucrone transfigant, & quanta ſibi per eſum loquacitas, quanta mentis leuitas inſidietur, aſpiciant; nè, dum Ventri mollitèr ſeruiunt, vitiorum laqueis crudelitèr aſtringantur. At contrà admonendi ſunt abſtinentes, vt ſollicitè ſemper aſpiciant, nè cum Gulæ vitium fugiunt, acriora his vitia quaſi ex virtute generentur; nè, dùm carnem macerant, ad impatientiam ſpiritus erumpat, & iam nulla virtus eſt, quòd caro vincitur, ſi ſpiritus ab ira ſuperatur. Admonendi ſunt, vt abſtinentiam ſuam, & ſemper ſine immutatione cuſtodiant, & nunquàm hanc apud occultum Iudicem eximiæ virtutis credant, nè, ſi fortaſſe, cùm magni meriti eſſe creditur, cor in elationem ſubleuetur. Admonendi ſunt abſtinentes, vt nouerint, quia tunc placentem Deo abſtinentiam offerunt, cùm ea, quæ ſibi de alimentis ſubtrahunt, indigentibus largiuntur.

Pro Largientibus ſua, & pro Rapientibus aliena.

ADMONITIO XIV.

ALiter admonendi ſunt, qui ſua iam miſericorditèr tribuunt; atq; aliter, qui adhùc aliena rapere contendunt. Admonendi ſunt namque, qui iam ſua miſericorditèr tribuunt, nè cogitatione tumida ſuper eos, quibus terrena largiuntur, ſe extollunt, nè idcircò ſe meliores æſtiment, quia, contineri per ſe cæteros, vident. Nàm terrenæ domus Dominus famulorum ordines, miniſteriaque diſpertiens, hos, vt regant, illos verò, ſtatuit, vt ab alijs regantur: Iſtos iubet, vt neceſſaria cæteris præbeant, illos, vt accepta ab alijs ſumant:

Digitized by Google

Et tamen plerumque offendunt,qui regunt,& in Patris familias gratia permanent, qui reguntur.

Admonendi ſunt igitur,qui,iam quæ poſſident,miſericorditèr tribuant, vt à Cœleſti Domino diſpenſatores ſe poſitos ſubſidiorum temporalium agnoſcant, & tantò humilitèr præbeant, quantò & aliena eſſe intelligunt, quæ diſpenſant. Cùmque in illorum miniſterio, quibus accepta largiuntur, conſtitutos ſe eſſe, conſiderant, nequaquàm eorum mentes tumor ſubleuet, ſed timor præmat.

Admonendi ſunt etiam, qui iam ſua miſericorditèr largiuntur, vt ſollicitè cuſtodire ſtudeant, nè, cùm commiſſa peccata eleemoſynis redimunt, adhùc redimenda committant: Nè venalem Dei iuſtitiam æſtiment, ſi,cùm curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrentur, ſe poſſe inultè peccare: Melior quippè eſt anima, quàm eſca, melius corpus, quàm veſtimentum; qui ergo eſcam, aut veſtimentum pauperibus largitur, ſed tamen Animæ, vel Corporis iniquitate polluitur, quod minus eſt iuſtitiæ, obtulit, & quod maius eſt culpæ, commiſit; ſua enim Deo dedit, & ſe Diabolo.

At contra admonendi ſunt,qui adhùc & aliena rapere contendunt,vt ſollicitè audiant,quid veniens in iudiciũ Dominus dicat; ait namque; *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare; ſitiui, & non dediſtis mihi potum; hoſpes fui, & non collegiſtis me; nudus, & non operuiſtis me; Infirmus, & in Carcere, & non viſitaſtis me*; quibus etiam præmittit dicens; *diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius*: Ecce nequaquàm audiunt, quia rapinas, vel alia quælibet violenta commiſerunt,& tamen æternis gehennæ ignibus mancipantur. Hinc ergò colligendum eſt, quanta damnatione plectendi ſunt, qui rapiunt aliena, ſi tanta animaduerſione feriuntur, qui ſua indiſcretè tenuerunt: Perpendant, quo eos obliget reatu res rapta,ſi tali ſubijcit pœnę non tradita: Perpendant, quid mereatur iniuſtitia illata, ſi tanta percuſſione digna eſt pietas non impenſa.

Pro

Pro aliena non Appetentibus, nec ſua Largientibus, & pro ſua Tribuentibus, & aliena rapere non Deſiſtentibus.

ADMONITIO XV.

ADmonendi ſunt, qui nec aliena appetunt, nec ſua largiuntur, vt ſciant ſollicitè, quòd ea, de qua ſumpti ſunt, cunctis hominibus Terra communis eſt, & idcircò alimenta quoque omnibus communiter profert. Incaſſum ergò ſe innocentes putant, qui commune Dei munus ſibi priuatim vendicant: Qui, cùm accepta non tribuunt, in Proximorum nece graſſantur; quia tot penè quotidie perimunt, quot morientium pauperum apud ſe ſubſidia abſcondunt. Nàm, cùm quælibet neceſſaria indigentibus miniſtramus, ſua illis reddimus, non noſtra largimur; iuſtitiæ debitum potiùs ſoluimus, quàm miſericordiæ opus implemus; vnde Pſalmiſta concinens, dicit: *Diſperſit, dedit Pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum*; Cùm enim largitatem impenſam Pauperibus præmiſiſſet, non hanc vocare miſericordiam, ſed iuſtitiam maluit; quia, quod à communi Domino tribuitur, iuſtum profectò eſt, vt, qui accipiunt, eo communiter vtantur. Admonendi ſunt tenaces, vt nouerint, quòd hanc primam iniuriam faciunt Deo, quia danti ſibi omnia, nullam miſericordiæ hoſtiam reddunt: At contra admonendi ſunt, qui & ea, quæ habent, tribuunt, & aliena rapere non deſiſtunt; nè, dum valdè munifici videri appetunt, de boni ſpecie deteriores fiant. Hi etenim propria indiſcretè tribuentes, non ſolùm ad impatientiæ murmurationem proruunt, ſed cogente ſe inopia vſque ad auaritiam deuoluuntur. Quid eorum mente infœliciùs? quibus de largitate naſcitur auaritia, & peccatorum ſeges quaſi virtute ſeminatur.

Prius itaque admonendi ſunt, vt tenere ſua rationabiliter ſciant, & tunc demùm, vt aliena non ambiant; ſi enim radix culpæ in ipſa effuſione non exuritur, nunquàm per ramos

Digitized by Google

exuberans auaritiæ ſpina ſiccatur; occaſio ergò rapiendi ſubtrahitur, ſi benè priùs ius poſſidendi diſponatur. Admonendi ſunt, vt bona miſericordiæ per interiectam rapinæ nequitiam non confundant: Violenter enim exquirunt, quæ miſericorditer largiuntur; ſed aliud eſt, pro peccatis miſericordiam facere, aliud, pro miſericordia facienda peccare, quæ iam nequaquam miſericordia nuncupari poteſt; quia ad dulcem fructum non proficit, quæ per Virus peſtiferæ radicis amareſcit.

Pro Diſcordibus, & pro Pacatis.

ADMONITIO XVI.

ALiter admonendi ſunt Diſcordes, atque aliter Pacati. Diſcordes namque admonendi ſunt, vt certiſſimè ſciant, quia quantislibet virtutibus polleant, ſpiritales fieri nullatenùs poſſunt, ſi vniri per concordiam proximis negligunt. Scriptum quippè eſt: *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax*; Qui ergò ſeruare pacem non curat, ferre fructum ſpiritus recuſat.

Admonendi ſunt Diſcordes, vt nouerint, quòd tamdiù nullum boni operis Deo ſacrificium immolant, quamdiù à proximorum charitate diſcordant. Scriptum namque eſt: *Si offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te; relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tùnc veniens offeres munus tuum*. Ex qua præceptione penſandum eſt, quorum hoſtia repellitur, quàm intollerabilis culpa monſtratur. Nam, cùm mala cuncta bonis ſequentibus diluantur, penſemus, quanta ſint mala diſcordiæ, quæ niſi extincta funditùs fuerint, bonum ſubſequi non permittunt.

At contra admonendi ſunt Pacati, nè, dùm plus quàm neceſſe eſt, pacem, quam poſſident, amant, ad perpetuam peruenire non appetant. Plerumque enim grauiùs intentionem mentium rerum tranquillitas tentat; vt quo non ſunt mole-

Digitized by Google

moleſta, quæ obtinent, eò minus amabilia fiant, quæ vacant; & quo delectant præſentia, eò non requirantur æterna. Pax ergo præſens ità tenenda eſt, vt & diligi debeat, & contemni; nè, ſi immoderatè diligitur, diligentis animus in culpa capiatur.

Vnde & admonendi ſunt Pacati, nè, dùm nimis humanam pacem deſiderant, prauos hominum mores nequaquam redarguant, & conſentiendo peruerſis, ab Authoris ſui ſe pace diſiungant; nè, dùm humana foras iurgia metuunt, interni fœderis diſciſſione feriantur. Quid eſt enim pax tranſitoria, niſi quoddam veſtigium pacis æternæ? quid eſſe ergò dementiùs poteſt, quàm veſtigia in puluere impreſſa diligere, ſed ipſum, à quo impreſſa ſunt, non amare?

Pro Coniugatis, & Liberis à Coniugio.

ADMONITIO XVII.

ALiter admonendi ſunt Coniugijs obligati, atque aliter à Coniugij nexibus liberi. Admonendi ſunt namque Coniugijs obligati, vt cùm viciſſim, quæ ſunt alterius, cogitant, ſic eorum quiſque ſtudeat placere Coniugi, vt non diſpliceat Conditori: Sic ea, quæ huius Mundi ſunt, agant, vt tamen appetere, quæ Dei ſunt, non omittant: Sic de bonis præſentibus gaudeant, vt tamen ſollicita intentione mala æterna pertimeſcant, quod benè, ac breuiter Paulus exprimit dicens: *Qui habent Vxores, tanquàm non habentes ſint: & qui flent, tanquàm non flentes: & qui gaudent, tanquàm non gaudentes.* Vxorem quippè, quaſi non habendo, habet, qui ſic per illam carnali conſolatione vtitur, vt tamen nunquàm ad praua opera à melioris intentionis rectitudine eius amore flectatur. Non flendo autem, flere eſt, ſic exteriora aduerſa plangere, vt tamen nouerit, æternæ quoque ſpei conſolatione gaudere; & rursùm, non gaudendo, gaudere eſt, ſic de Infimis animum attollere, vt tamen nunquàm deſinat ſumma formidare.

Admo-

Admonendi ſunt Coniuges, vt ea, in quibus ſibi aliquando diſplicent, & patientes inuicem tolerent, & exhortantes inuicem ſaluent: Scriptum namque eſt: *Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*; lex enim Chriſti charitas eſt, quia ille nobis, & largiter ſua bona contulit, & æquanimiter mala noſtra portauit.

Admonendi quoque ſunt & Coniuges, vt eorum quiſque, non tàm, quæ ab altero tolerat, quàm, quæ ab ipſo tolerentur, attendat; ſi enim ſua, quæ portantur, conſideret, & quæ ab altero ſuſtinet, leuius portat.

Admonendi ſunt Coniuges, vt ſuſcipiendæ Prolis ſe meminerint cauſa coniunctos, & cùm immoderatæ admixtioni ſeruientes, propagationis articulum in vſum transferunt voluptatis, perpendant, quòd licèt extra non exeant, in ipſo tamen Coniugio Coniugij iura tranſcendunt. Vnde neceſſe eſt, vt crebris exhortationibus moneantur, vt defleant, quòd pulchram copulæ ſpeciem admixtis voluptatibus fœdant.

At contra admonendi ſunt, qui ligati Coniugijs non ſunt, vt Cœleſtibus præceptis eò rectiùs ſeruiant, quo eos ad curas Mundi nequaquàm iugum copulæ carnalis inclinat, vt, quos onus licitum Coniugij non grauat, nequaquam pondus illicitum terrenæ ſollicitudinis præmat, ſed tantò eos paratiores dies vltionis, quantò expeditiores, inueniat, nè quo meliora agere vacantes poſſunt, ſed tamen negligunt, eò ſupplicia deteriora mereantur.

Admonendi ſunt Cœlibes, vt ſi tentationum procellas cum difficultate ſalutis tollerant, Coniugij portum petant: Scriptum namque eſt, *meliùs eſt nubere, quàm vri*.

Pro Conſcijs, & pro Ignaris peccatorum Carnis.

ADMONITIO XVIII.

ALiter admonendi ſunt peccatorum carnis Conſcij, atque aliter Ignari.

Admo-

Admonendi namque ſunt peccata carnis experti, vt mare ſaltem poſt naufragium metuant, & perditionis ſuæ diſcrimina, vel cognita perhorreſcant, nè, qui piè poſt perpetrata mala ſeruati ſunt, hæc improbè repetendo moriantur.

Admonendi ſunt itaque, vt ſtudeant, quatenùs, ſi accepta naturæ bona integra ſeruare noluerunt, ſaltèm ſciſſa reſarciant; quibus nimirùm neceſſe eſt, vt perpendant in tàm magno fidelium numero, quàm multi & ſe illibatos cuſtodiant, & alios ab errore conuertant; quid ergò iſti dicturi ſunt, ſi alijs in integritate ſtantibus, ipſi nec poſt damna reſipiſcant?

Admonendi ſunt, vt præterita commiſſa conſiderent, & imminentia deuitent.

Admonendi, vt vigilanti cura conſpiciant, poſt delicta nobis, ad ſe redeuntibus, Deus quanta beneuolentia ſinum ſuæ pietatis expandat, cùm per Prophetam dicat: *Si dimiſerit Vir Vxorem ſuam, & illa recedens duxerit Virum alium, nunquid reuertetur ad eum vltra? nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus*: Ecce de fornicante, & relicta Muliere argumentum iuſtitiæ proponitur, & tamen nobis redeuntibus poſt lapſum non iuſtitia, ſed pietas exhibetur; vt hinc vtique colligamus, ſi nobis delinquentibus tanta pietate parcitur; à nobis, nec poſt delictum redeuntibus, quanta improbitate peccatur; aut quæ ab illo erit ſuper improbos venia, qui non ceſſat vocare poſt culpam.

At contra admonendi ſunt peccata carnis ignorantes, vt tantò ſollicitiùs præcipitem ruinam metuant, quantò altiùs ſtant.

Admonendi ſunt, vt nouerint, quia quo magis loco præeminenti conſiſtunt, eò crebrioribus ſagittis inſidiatoris impetuntur; quia tantò ardentiùs ſolet erigi, quantò robuſtiùs ſe conſpicit vinci; tantòque intolerabiliùs dedignatur vinci, quantò contra ſe videt per integra infirmæ carnis caſtra pugnari.

Admonendi ſunt, vt inceſſanter præmia ſuſpiciant, & libenter procùl dubio, tentationum, quas tolerant, labores calca-

Digitized by Google

calcabunt; ſi enim attendatur fœlicitas, quæ ſine tranſitu attingitur, leue fit, quòd tranſeundo laboratur.

Admonendi ſunt peccata carnis ignorantes, nè ſuperioris ordinis celſitudine ſe cœteris præferant, cùm, ab Inferioribus quanta ſe meliùs agantur, ignorant; In examine namque recti Iudicis mutat merita ordinum qualitas actionum.

Pro Laudantibus Illicita, quæ faciunt; & pro non Deuitantibus praua, quæ accuſant.

ADMONITIO XIX.

ALiter admonendi ſunt, qui illicita, quæ faciunt, etiam laudant; atque aliter, qui accuſant praua, nec tamen deuitant.

Admonendi ſunt enim illi, qui illicita, quæ faciunt, etiam laudant, vt conſiderent, quòd plerumque plus ore, quàm opere delinquant: Opere namque per ſemetipſos ſolos praua perpetrant, ore autem per tot Perſonas iniquitatem exhibent, quot audientium mentes, iniqua laudantes, docent.

Admonendi ergò ſunt, vt ſi eradicare mala diſſimulant, ſaltem ſeminare pertimeſcant.

Admonendi ſunt, vt eis perditio priuata ſufficiat.

Rurſumque admonendi ſunt, vt, ſi eſſe mali non metuunt, erubeſcant ſaltem videri, quod ſunt. Plerumque enim culpa, dùm abſconditur, effugatur; quia, dum mens erubeſcit videri, quod tamen eſſe non metuit, erubeſcit quandoque eſſe, quod fugit videri.

At contra admonendi ſunt, qui accuſant praua, nec tamen deuitant, vt prouidè perpendant, quid in diſtricto Dei iudicio pro ſua accuſatione dicturi ſunt, qui de reatu ſuorum criminum, etiam ſemetipſis iudicibus, non excuſantur. Hi itaque quid aliud, quàm præcones ſunt ſui? voces contra culpas proferunt, & ſemetipſos operibus reos tradunt.

Admonendi ſunt, vt videant, quia de occulta iam retributione iudicij eſt, quòd eorum mens, malum, quod perpetrat,

trat, illuminatur, vt videat, ſed non conatur, vt vincat; vt quo meliùs videt, eò deteriùs pereat, quia & intelligentiæ lumen percipit, & actionis prauæ tenebras non relinquit; nàm, cùm acceptam ad adiutorium ſcientiam negligunt, hanc contra ſe in teſtimonium vertunt; & de lumine intelligentiæ augent ſupplicia, quod profectò acceperant, vt poſſent delere peccata.

Pro Peccantibus frequenter in minimis, & pro excedentibus aliquando in grauioribus.

ADMONITIO XX.

ALiter admonendi ſunt, qui licèt minima, crebrò tamen illicita faciunt; atque aliter, qui ſe à paruis cuſtodiunt, ſed aliquando in grauioribus demerguntur.

Admonendi ſunt, qui quamuis in minimis, ſed tamen frequenter excedunt, vt nequaquam conſiderent qualia, ſed quanta committunt. Facta enim ſua, ſi deſpiciunt timere, dùm penſant, debent formidare, cùm numerant: Altos quippè gurgites fluminum paruæ, ſed innumeræ replent guttæ pluuiarum; & hoc agit ſentina latenter excreſcens, quod patenter procella ſæuiens. Hinc videlicet ſcriptum eſt: *Qui modica ſpernit, paulatim decidit;* qui enim peccata minima flere, ac deuitare negligit, à ſtatu iuſtitiæ, non quidem repentè, ſed partibus totus cadit.

Admonendi ſunt, qui in minimis frequenter excedunt, vt ſollicitè conſiderent, quia nonnumquàm in parua deteriùs, quàm in maiori culpa peccatur; Maior enim quo citiùs, quia ſit culpa, agnoſcitur, eò etiam celeriùs emendatur: Minor verò, dùm quaſi nulla creditur, eò peius, quo & ſecuriùs in vſu retinetur; vnde fit plerumque, vt mens aſſueta malis leuibus, nec grauiora perhorreſcat, atque ad quandam authoritatem nequitiæ per culpas nutrita perueniat; & tantò in maioribus contemnat pertimeſcere, quantò in minimis didicit non timendo peccare.

At contra admonendi ſunt, qui ſe à paruis cuſtodiunt, ſed aliquando in grauibus demerguntur, vt ſollicitè ſeipſos depræhendant, quia, dùm cor eorum de cuſtoditis minimis extollitur, ad perpetranda grauiora ipſo elationis ſuæ baratro deuoratur; & dùm foris ſibi parua ſubijciunt, ſed per inanem gloriam intùs intumeſcunt, languore ſuperbiæ intrinſecùs victam mentem etiam foras per mala maiora proſternunt.

Admonendi ſunt ergò, nè, vbi ſe ſtare extrinſecùs æſtimant, ibi intrinſecùs cadant, & iuxta diſtrictam diſtricti Iudicis retributionem, elatio minoris iuſtitiæ via fiat ad foueam maioris culpæ; qui enim vanè elati boni minimi cuſtodiam ſuis viribus tribuunt, iuſtè derelicti culpis maioribus obruuntur, & cadendo diſcunt, non fuiſſe proprium, quòd ſteterunt, vt mala immenſa cor reprimant, quòd minima bona exaltant.

Admonendi ſunt, vt conſiderent, quod & in culpis grauioribus alto reatu ſe obligant, & tamen plerumque in paruis, quæ cuſtodiunt, deteriùs peccant; quia & in illis iniqua faciunt, & per iſta ſe hominibus, quòd iniqui ſunt, tegunt; vnde fit, vt, cùm maiora mala perpetrant, coram Deo apertæ iniquitatis ſint, cùm parua bona cuſtodiunt, coram hominibus ſimulatæ ſanctitatis ſint.

Admonitiones aliæ à D. Gregorio Papa loco ſupra citato poſitæ hîc prætermittuntur breuitatis gratia, quas tamen Pœnitentiarius ipſe in fonte guſtare poterit, quoties præſentes hîc poſitæ ad propriæ Charitatis ſitim explendam ſatis non eſſe probauerit.

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIVM,

Quæ in prima, & ſecunda Parte huius Operis continentur.

Primus numerus Partem: Secundus Caput: Tertius Dubium, aut Formulam demonſtrant: Quartus verò paginam ſignat.

A

Abbas.

ABbates non gaudent priuilegio Canonis XI. Bullæ Cœnæ. 1.4.8.108. Vnde hos offendentes, non incurrunt talem cenſuram, ſed aliam Canonis *ſi quis ſuadente*. ibid. Abſolui non poſſunt in caſibus publicis, propter quos excommunicantur in Bulla Cœnæ; ſecùs in occultis. 1.5.9.143.

Abortus.

Supplicans diſpenſari ſuper occulta irregularitate ex abortu, tenetur exprimere, an fœtus fuerit à ſe genitus. 2.4. not.12. 271. & 2.4.2.274. Aliter gratia eſt ſubreptitia, & irrita. ibid. 271.

Abſolutio.

Abſoluere poteſt Minor Pœnitentiarius quemcumque à peccatis etiam reſeruatis ab Ordinarijs. 1.1.5.38. Etiam Regulares à reſeruatis in Religione. 1. 1. 6. 39. Licèt eiſdem ſit prohibitum extra Religionem confiteri. ibid. Non tamen Moniales in confeſſione ſpeciali, aut generali. 1. 1. 7. 41. Neque eos, qui receperint munera à Regularibus, ſi acceptum excedat valorem decem ſcutorum monetæ, niſi præmiſſa reſtitutione. 1. 5. 11. 149. *Vide verbo Munera*.

Quid poſſit circa cenſuras. *Vide verb. Pœnitentiarius quo ad cenſuram.*

Abſolutus.

Ad reincidentiam, reincidit in eamdem cenſuram reſeruatam, ſicut erat prima, ſi reincidat. 1. 5. 10. 147. Abſolutus ad effectum lucrandi Indulgentias Vrbis, ſi eſt Sacerdos, non poteſt celebrare. 2. 3. not. 4. 250. Sufficit, quòd confiteatur, & communionem recipiat. ibid. Formula huiuſmodi abſoluendi. 2. 3. 11. 265.

Adulterium.

Quale eſſe debeat ad inducendum impedimentum criminis cum fide data. 2. 2. 6. 241. Et quale debeat eſſe ad inducendum idem impedimentum cum alterius machinatione. 2. 2. 8. 244. *Vide verbo Crimen.*

Appellantes.

A Pontifice ad futurum Concilium, cenſentur Schiſmatici, & malè de Fide ſentientes. 1. 4. 4. 98. Incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ, & abſolui non poſſunt à Minori Pœnitentiario. ibid. Qui incurrant, aut non incurrant hanc cenſuram. ibid. 99. Appellantes à Cardinalibus, Epiſcopis, aut Prælatis ad futurum Concilium, cenſuram Bullæ Cœnæ non incurrunt. 1. 4. 4. 100. Appellantes à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum ad laicam poteſtatem, abſolui non poſſunt à Minori Pœnitentiario in caſibus publicis; ſecùs in occultis. 1. 4. 6. 102. Qui incurrant, aut non incurrant hanc cenſuram Bullæ Cœnæ. ibid. 103.

Apoſtatæ.

Qualiter abſoluantur Religioſi Apoſtatæ à Religione, cùm ſint excommunicati. 1. 2. 13. 60. Quid agendum, ſi velint componere cum Superioribus. ibid. Quomodo procedatur cum Vltramontanis, & longè diſtantibus. ibid. 61. Cooperantes Apoſtaſiæ Regularium ſunt excommunicati. 1. 2. 14. 62. Qualiter non incurrant illos recipientes. ibid. Apoſtata à Fide internus, & externus ſimul, abſolui non poteſt à Pœnitentiario. 1. 4. 2. 94. Neque Apoſtata exter-

Digitized by Google

nus tantùm ſolet abſolui, niſi prius abiurauerit coram S.Officio. ibid. Omnis Apoſtata à Fide eſt hæreticus, non è conuerſo. ibid. Duplicem tamen excommunicationem non incurrit. ibid. 95.

Arbitrium.

Debet regulari à Iure, & eſſe debet arbitrium boni viri, quod relinquitur Pœnitentiario in ordine ad pœnitentias iniungendas, non importat meram voluntatem, ſed debet eſſe regulatum iuxta præſcripta à Maiori Pœnitentiario in ſuis litteris commiſſionum, ſecundùm grauitatem, & durationem. 2. §.2. not.3. 194.

Arma.

Deferentes, aut tranſmittentes ad Turchas, vel alios Chriſtiani nominis inimicos excommunicantur in Bulla Cœnæ. 1. 3. 3. 71. Quæ prohibeantur deferri. ibid. Quando poſſint abſolui à Pœnitentiario. ibid. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 72.

Aſtrologia.

Tenens certò ex Aſtris, vel alijs rebus creatis, poſſe cognoſci futura contingentia, & actus humanos liberos, & effectus ſupernaturales, tanquàm ex cauſis, hæreticus eſt. 1. 5. 3. 129. Docens, & aſſerens certò eadem poſſe cognoſci ex Aſtris, tanquàm ex cauſis, hæreticus eſt. ibid. Scienter tenens, aut legens libros, talia docentes, excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrit. ibid. 130. Affirmans artem Aſtrologiæ iudiciariæ, ſeù diuinatoria non eſſe ab Eccleſia improbatam, cenſuram eiuſdem Bullæ incurrit. ibid.

Auditores Sacræ Rotæ Romanæ.

Reuelantes Secretum eiuſdem Rotæ excommunicationem incurrunt. 1. 5. 12. 153. Etiam eorum Locatenentes, Studij Adiutores, aut Adiuncti, ſi ſecretum reuelauerint. ibid. Abſolui non poſſunt à Minori Pœnitentiario. ibid. Quando incurrant, aut non incurrant cenſuram. ibid. 154.

Digitized by Google

B

Bona Naufragantium.

SVrripientes, incurrunt cenſuram Bullæ Cœnæ. 1. 3. 1. 66. Qui incurrant, aut non incurrant hanc cenſuram. ibid. 67. Abſolui poſſunt à Pœnitentiario, ſi, quod raptum eſt, non excedit valorem quinque ſcutorum. ibid. Quid de retinentibus talia bona. ibid.

Bulla Cœnæ. *Vide verb. Excommunicatio.*

C

Cardinales.

TRactantes, viuente Pontifice, de futuro eligendo, non poſſunt abſolui à Minori Pœnitentiario. 1. 5. 4. 130. Quomodo intelligantur iſti tractatus, & qui prohibeantur. ibid. 131. Quid ſi ſolùm tentauerint de futuro eligendo. ibid. 132. Quid de dantibus auxilium, conſilium, aut fauorem. ibid. 133. Qui incurrant, aut non incurrant hanc cenſuram. ibid. Tranſgredientes Bullas de electione Pontificis, abſolui non poſſunt à Pœnitentiario. 1. 5. 5. 134. Neque ſi tractauerint, Sede vacante, ſcienter mutare, vel alterare Bullam Gregorij XV. ibid. Ob electionem Pontificis inualidam, tàm Cardinales eligentes, quàm complices, & fautores hanc excommunicationem incurrunt. ibid. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 135.

Cauſa.

Quæ ſint cauſæ pro concedenda Voti dilatione. 2. §. 3. introd. 200. Pro commutatione Voti Religionis in vitam cœlibem. ibid. Quæ pro commutatione eiuſdem Voti ad effectum contrahendi matrimonium. ibid. Quæ pro commutatione Voti Caſtitatis. ibid. Quæ pro commutatione trium Votorum Peregrinationis reſeruatorum. ibid. Quæ pro diſpenſando ſuper impedimentis matrimonialibus in caſibus Sac. Pœnitentiariæ conceſſis. ibid. 202. Quæ pro diſpen-

Digitized by Google

diſpenſando ſuper aliqua Irregularitate. ibid. 203. Pro abſoluendo ab aliqua cenſura. ibid. Pro rehabilitando ad Beneficia. ibid. 204 Ad officia & dignitates ipſos Regulares. ibi. Pro condonatione fructuum Eccleſiaſticorum malè perceptorum. ibid. 204. Pro commutatione recitationis Horarum Canonicarum. ibid. 205. Excuſantes percuſſorem Clerici ab acceſſu perſonali ad Vrbem. ibid.

Clauſula.

Quatenus ſi eſt ita, ad quæ inquirenda obliget Pœnitentiarium. q. 9. procem. 28. Eſt conditio, ſine qua non conceditur gratia à Sac. Pœnitentiaria. ibid. Eſt inſtructio præceptiua, neceſſariò verificanda. ibid. 30. Reddit gratiam conditionalem, qua conditione non impleta, corruit actus ibid. & 1. 1. 4. 36.

Clauſura.

Violatores Clauſuræ Monialium etiam ad malum finem abſoluere poteſt Minor Pœnitentiarius in caſibus occultis; ſecùs in publicis. 1. 2. 6. 49. Etiam Mulieres ingreſſas Clauſuram Regularium, ſiuè ad malum finem, ſiuè alia de cauſa in caſibus non deductis. 1. 2. 12. 58. Regulares verò ipſas introducentes ad inhoneſtos vſus, abſoluere non poteſt. 1. 5. 10. 145. Si non ad vſus inhoneſtos poteſt. ibid. 148. *Vide verbo Regulares.*

Compoſitio.

Pro reualidando Matrimonio nunquàm fit compoſitio, quoties diſpenſatio à Dataria fuit habita in forma pauperum. 2. 2. 4. 236. Neque ſi fuerit data in forma ordinaria ſuper gradibus tertio, aut quarto conſanguinitatis, vel affinitatis. ibid. 237. Idem de cognatione ſpirituali, & publica honeſtate ex Matrimonio rato. ibid. In quibus caſibus poſſit Sac. Pœnitentiaria Matrimonium reualidare, nulla facta compoſitione. *Vide verbo Matrimonium.* Compoſitio eſt præmittenda, quoties gratia fuit expedita à Dataria in forma ordinaria, ſed ſubreptitiè ob tacitam copulam, aut ob reticitam malitioſam intentionem habitam in copula, & agitur de primo, & ſecundo, vel ſecundo tantùm gradu,

licèt

licèt occulta ſit ſubreptio. ibid. in prænotand. 223. Quid ſi Contrahentes, & diſpenſati ob paupertatem ſoluere nequeant hanc compoſitionem. ibid. 223. Quando ſit facienda compoſitio, dùm condonantur fructus Eccleſiaſtici malè percepti. 2. §.3. introd. 204.

Conceſſio.

Conceſſio limitata, & reſtricta non extendit ſuum effectum, vltrà terminos ſuæ limitationis, & reſtrictionis. 1. 1. 3. 35. Conceſſo maiori, conceditur etiam, quod minus eſt, ſi in illo maiori contineatur. 1. 1. 5. 38. In omni conceſſione ſemper intelligitur excepta Perſona loquentis. 1. 1. 6. 40. Conceſſum cenſetur, quod aliquo Iure prohibitum non reperitur. 1. 3. 4. 73.

Concilium.

Concilium non eſt ſupra Papam, ſed Papa ſupra Concilium. 1. 4. 4. 98. Omnia Concilia, Romanæ Eccleſiæ authoritate, facta ſunt, & robur acceperunt. ibid. 99. Concilium dici non poteſt, quod ſine authoritate Papæ celebratur, ſed Conciliabulum, & Conuenticulum. ibid. 99.

Conclaue.

Violantes Conclaue per litteras, aut Nuncios, quid incurrant. 1. 5. 6. 136. A quo poſſint abſolui. ibid. Quæ Perſonæ ſubijciantur huic cenſuræ. ibid. Quibus litteris, & ſignis incurratur. ibid. 137. Nuncij, aut litteras deferentes, an hanc, aut aliam pœnam incurrant. ibid. Quando etiam cenſuram poſſint incurrere. ibid. Mittentes Nuncium, aut litteras, an incurrant, ſi non peruenerint, ad quos mittuntur. ibid. 138. Violantes clauſuram Conclauis loquendo ſecretè cum Cardinalibus, quid incurrant. 1. 5. 7. 138. Quid ſi publicè loquantur. ibid. 139. An poſſint abſolui à Pœnitentiario. ibid. 140. An hæc cenſura afficiat DD. Cardinales, audientes, & loquentes. ibid. 139. An alios Conclauiſtas, aut cum iſtis loquentes. ibid. Quid incurrant Prælati, & Officiales deputati ad cuſtodiam Conclauis, ſi defecerint in eorum Officio, & à quo poſſint abſolui. ibid. 140.

Conſeſ-

Digitized by Google

Confeſſarius.

Electus virtute Iubilæi, procedit cum iuriſdictione auctoritate Apoſtolica. 1. 1. 4. 37. Confeſſarius Regularis iuriſdictionem habet à Papa. ibid. Cuilibet Confeſſario competere poteſt nomen Pœnitentiarij, à Sacramento Pœnitentiæ, quod adminiſtrat. q. 1. præamb. 1. Sed hæc non eſt propria denominatio Pœnitentiarij. ibid.

Confeſſio.

Publica, de grauioribus peccatis, tempore Apoſtolorum fuit vſitata, ſed poſteà ceſſauit. quæſt. 1. præamb. 2. Extra Confeſſionem Sacramentalem, ordinariè non poteſt Pœnitentiarius executionem vllam facere. quæſt. 6. præambul. 16. Confeſſio menſtrua inter pœnitentias graues computatur. 2. §. 2. Introd. 195. Hæc mutari poteſt à Pœnitentiario cum cauſa, in magis, & minus frequentem. ibid.

Conſpiratio.

Conſpirantes in Perſonam, vel Statum Summi Pontificis, vel Sedis Apoſtolicæ, non poſſunt abſolui à Pœnitentiario. 1. 5. 2. 125. Offendens Perſonam Papæ, quas cenſuras incurrat. ibid. 126. Scientes, & non reuelantes conſpirationem in Perſonam Papæ, quam cenſuram incurrant. ibid. 127. Quid ſi in conſpiratione, aut alio tempore offendatur aliquis de familia Summi Pontificis. ibid.

Copula inceſtuoſa.

Eſplicanda eſt, cùm petitur diſpenſatio à Dataria ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, aut alio gradu prohibito publicæ honeſtatis, & cognationis ſpiritualis, aliter nulla eſt diſpenſatio. 2. 2. 3. 234. Nec tantùm copula, ſed etiam malitioſa intentio habita in copula eſt exprimenda. 2. 2. 4. 236.

Crimen.

Conditiones requiſitæ ad inducendum impedimentum criminis ex adulterio, & fide data. 2. 2. 6. 241. Quæ requirantur ad inducendum idem impedimentum ex adulterio, & altero machinante. 2. 2. 8. 244.

Digitized by Google

Curia Romana.

Quid intelligatur per Curiam Romanam. 1. 3. 4. 73. Quid ſi Papa alibi moraretur, & non Romæ. ibid. Quid ſi pars Curiæ eſſet cum Papa extra Vrbem, & pars in Vrbe. ibid. 74. Lædentes ad Romanam Curiam pro negotijs ſuis recurrentes per ſe, vel per alios, cenſuram Bullæ Cœnæ incurrunt. 1. 3. 7. 79. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. Quando poſſint abſolui à Minori Pœnitentiario. ibid. Romanæ Curiæ ſtylus eſt interpretatiuus Conſtitutionum, & vbique ſeruandus. 1. 2. 12. 59.

D

Debitum Coniugale.

IVs petendi hoc debitum amittitur per tranſgreſſionem Voti Caſtitatis. 1. 6. 10. 185. Etiam per ſuperuenientem affinitatem. 2. 2. 10. 247. Tàm ab vno, quàm ab altero Coniuge, ſi cum Conſanguineo, aut Conſanguinea alterius Coniugis rem habeat. ibid. 248. Non excedit ſecundum gradum. ibid. Super ipſo diſpenſant Pœnitentiarij. 1. 6. 10. 186. Declaranda, & monenda, dùm ſuper hoc diſpenſatur. 2. 2. 10. 247.

Delegatus.

Nihil poteſt facere præter, vel contra formam reſcripti. q. 6. Proœm. pag. 18. Tenetur ſequi ſtylum Tribunalis Delegantis, cuius nomine procedit. q. 7. Proœm. pag. 20. Procedens authoritate Apoſtolica procedit vt Delegatus quo ad ſibi commiſſa. 1. 1. 4. 37. Tenetur ſub nullitate ſeruare conditiones eſſentiales, & mandata Delegantis. q. 7. Proœm. pag. 22.

Dictio.

Quicunque, vniuerſalis eſt, & vniuerſalitatem præſefert. q. 5. Proœm. pag. 14. Dictio, *Tantum*, eſt taxatiua, ponens, quod affirmat, & cætera excludens. q. 6. Proœm. pag. 18. Dictio, *Quæcunque*, vniuerſalis eſt, & nullam patitur reſtrictionem. 1. 1. 2. 33. Dictio, *Etiam*, eſt implicatiua, expri-

exprimens caſum magis dubitabilem, & implicans minus dubitabilem. 1. 1. 5. 38. Dictio, *Quomodolibet*, vniuerſalis eſt, omnem pænitùs modum includens. 1. 2. 6. 49. Dictio, *Eadem*, eſt relatiua præcedentium, cum omnibus ſuis qualitatibus, ſignificans identitatem in omnibus, & per omnia. 1. 5. 10. 147.

Diſpenſatio.

Vide verb. Pœnitentiarius quo ad Vota, quo ad Matrimonia, & quo ad Irregularitates.

Dubium.

Sedes Apoſtolica, in caſibus dubijs, ſemper amplectitur, quod tutius eſt ſaluti Animarum, ſcil. Sententiam probabiliorem. q. 8. Proœm. pag. 24. Eamdem ſequitur Sac. Pænitentiaria, relicta probabili. ibid. Eamdem tenetur ſequi etiam Min. Pœnitentiarius. ibid. Vbi vertitur periculum Animæ, præſumitur in deteriorem partem, quæ licet videatur deterior, tamen melior eſt, & tutior. ibid. 26.

E

Exceptio.

FIrmat regulam in contrarium. 1. 2. 5. 48. Et declarat, quòd veniat in conceſſione, quidquid non eſt exceptum. 1. 2. 7. 51 Exceptio, vt odioſa, eſt ſtricti iuris, & ſtrictè accipienda. 1. 2. 12. 59.

Excommunicatio Bullæ Cænæ.

Contra ſurripientes bona eorum, qui in Mari paſſi ſunt Naufragium. 1. 3. 1. 66. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. 67.

Contra falſificantes litteras Apoſtolicas, aut falsò fabricantes. 1. 3. 2. 68. Quæ litteræ, & ſupplicationes prohibeantur falſificari. ibid. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 69.

Contra deferentes, vel tranſmittentes Arma, & alia vſui Bellico idonea ad Turchas, vel alios Chriſtiani nominis Inimicos. 1. 3. 3. 71. Qui cenſeantur Hoſtes Chriſtiani nominis.

ibid. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. 72.

Contra impedientes eos, qui victualia, & alia neceſſaria Romam conuehunt. 1. 3. 4. 73. qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. 74.

Contra lædentes eos, qui ad Sedem Apoſtolicam veniunt, vel ab ea recedunt; aut ſine iuriſdictione vexant commorantes in Curia. l. 3. 5. 75. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 76.

Contra lædentes Romipetas, ac Peregrinos, etiam in Vrbe morantes, vel abeuntes. 1. 3. 6. 77. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. 78.

Contra lædentes eos, qui ad Romanam Curiam pro negotijs ſuis recurrunt, ſiuè per ſe, ſiuè per alios lædant. 1. 3. 7. 79. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram, ibid. 80.

Contra Piratas, & Latrunculos Maritimos, & eorum receptatores, & fautores. 1. 3. 8. 81. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. 82.

Contra ſcienter legentes, vel retinentes libros hæreticorum, hæreſim continentes, vel de Religione tractantes. 1. 3. 9. 83. Conditiones neceſſariæ ad incurrendam hanc Cenſuram; & qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 84.

Contra imponentes noua pedagia, & gabellas, vel eas augentes. 1. 3. 10. 85. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. 86.

Hæreticorum credentes, receptatores, & defenſores. 1. 3. 11. 87.

Contra Hæreticos. 1. 4. 1. 93. Apoſtatas à Fide. 1. 4. 2. 94. Schiſmaticos. 1. 4. 3. 96. Qui incurrant, aut non incurrant Cenſuram, contra Schiſmaticos latam. ibid. 97.

Contra appellantes à Pontifice ad futurum Concilium. 1. 4. 4. 98. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. 99.

Contra nunciantes Turcis, & alijs Chriſtiani nominis inimicis, aut Hæreticis pertinentia ad ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ in damnum Chriſtianorum. l. 4. 5. 100. Qui incurrant,

rant, aut non incurrant hanc Cenſuram . ibid. 101.
Contra appellantes à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum ad Laicam poteſtatem. l. 4. 6. 102. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 103.
Contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, aut aliarum expeditionum, & prohibentes ad gratias impetrandas accedentes. l. 4. 7. 105. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid.
Contra offendentes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos. l. 4. 8. 107. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. 108.
Contra Iudices ſæculares trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſua Tribunalia contra libertatem Eccleſiaſticam. l. 4. 9. §. 1. 109. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 110.
Contra facientes Statuta, & ordinationes contra eamdem libertatem. ibid. §. 2. 110. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 111.
Contra impedientes Prælatos, nè ſua Iuriſdictione vtantur, aut alios Iudices ordinarios directè, vel indirectè. ibid. §. 3. 112. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 113.
Contra recurrentes à Iudicibus Eccleſiaſticis ad Laicam poteſtatem, iudicia eludentes. ibid. l. 4. 9. §. 4. 113. Qui incurrant taliter recurrendo. ibid. 114.
Contra vſurpantes fructus, & prouentus Eccleſiarum, & eos ſequeſtrantes. ibid. §. 5. 115. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid.
Contra imponentes Decimas, & alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſijs, Monaſterijs, aut eorum fructibus, & talia onera exigentes. ibid. §. 6. 117. Qui incurrant, aut non ibid.
Contra Iudices ſæculares, qui ſe interponunt in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra Eccleſiaſticas perſonas. ibid. § 7. 118. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 119.
Contra occupantes bona, aut Terras Eccleſiæ Romanæ, & illius Iuriſdictionem vſurpantes. ibid. l. 4. 9. §. 8. 120. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 121.

Digitized by Google

Excommunicatio circa alia.

Contra Violatores Clauſuræ Monialium. 1. 2. 6. 49.

Contra procurantes abortum fætus animati. 1. 2. 7. 51.

Contra inijcientes manus violentas in Clericum. 1. 2. 8. 52.

Contra præſumentes abſoluere à caſibus Bullæ Cænæ ſine facultate. 1. 2. 9. 53.

Contra Mulieres ingredientes Clauſuram Regularium in caſibus non permiſſis. 1. 2. 12. 58.

Contra Religioſos Apoſtatas à Religione. 1. 2. 13. 60.

Contra cooperantes Apoſtaſiæ Regularium. 1. 2. 14. 62.

Contra Duellantes, & cooperantes. 1. 2. 15. 63.

Contra Violatores Immunitatis Eccleſiaſticæ. 1. 5. 1. 123.

Contra conſpirantes in Perſonam, vel ſtatum Summi Pontificis. 1. 5. 2. 125.

Contra inquirentes per ſe, vel per alios de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, vel de vita, & morte Romani Pontificis, pro tempore exiſtentis, & eius Conſanguineorum. 1. 5. 3. 128.

Contra Cardinales tractantes, viuente Pontifice, de futuro eligendo. 1. 5. 4. 130.

Contra tranſgredientes Bullas Gregorij XV. & Vrbani VIII. de Electione Pontificis. 1. 5. 5. 134.

Contra violantes clauſuram Conclauis per litteras, aut nuncios. 1. 5. 6. 136.

Contra loquentes ſecretè cum Cardinalibus in Conclaui exiſtentibus. 1. 5. 7. 138.

Contra impedientes, vel offendentes Officiales, aut Miniſtros Sanctæ Inquiſitionis. 1. 5. 8. 140.

Contra Principes, & alias perſonas Ius Imperij habentes in caſibus publicis, propter quos excommunicantur in Bulla Cænæ. 1. 5. 9. 143.

Contra Regulares introducentes Mulieres intra Clauſtra in caſibus non permiſſis. 1. 5. 10. 145.

Contra recipientes munera à Regularibus. 1. 5. 11. 149.

Contra reuelantes ſecretum Sac. Rotæ Romanæ. 1. 5. 12. 153.

Vide verb. Pœnitentiarius quo ad abſolutionem.

Facultas

Digitized by Google

F

Facultas.

QVæ datur cum titulo, & ratione Officij, ordinaria cenſetur. q. 5. Proœm. 13. Etiam quæ datur ad vniuerſalitatem cauſarum. ibid. 14. Et quæ datur ad vniuerſitatem perſonarum, licèt ad cauſam particularem. ibid. Et quæ non expirat morte concedentis, & ex ſui natura perpetua eſt. ibid. Et quæ eſt à lege, niſi aliàs à lege ipſa conſtituatur delegata. ibid. 15. Facultas limitata non poteſt extendere effectum vltrà terminos ſuæ limitationis. 1. 2. 13. 60.

Falſarius.

Falſificans litteras Apoſtolicas excommunicatur in Bulla Cænæ. 1. 3. 2. 68. Ob quas falſificationes incurratur. ibid. 69. Quando abſolui poſſit à Pœnitentiario taliter delinquens. ibid. Qui hanc Cenſuram non incurrant. ibid. 70.

Familiaris.

Offendens aliquem de familia Papæ nullam incurrit Cenſuram, niſi offenſus fuerit Clericus, aut Religioſus. 1. 5. 2. 127. Idem currit de offendentibus familiaribus Cardinalium, & Prælatorum, ſi non fuerint Clerici, aut Religioſi. ibidem.

Finis malus.

In ordine ad introductionem Mulierum intra Clauſtra Regularium ad finem malum, aliud non intelligitur per talem finem, niſi finis, & intentio committendi aliquod peccatum luxuriæ. 1. 5. 10. 148.

Fructus.

Quæ ſint cauſæ condonandi fructus Eccleſiaſticos malè perceptos. 2. §. 3. Introduct. 204. Qualiter procedatur in hac condonatione danda. ibid. 205.

Gabella:

Digitized by Google

G

Gabella.

Imponentes nouas Gabellas, vel eas augentes, excommunicantur in Bulla Cænæ. 1. 3. 10. 85. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. Quando Pœnitentiarius poſſit abſoluere ipſam incurrentes. ibid.

Gratia.

Gratiæ, & mandata, præſertim Apoſtolica, qualiter regulanda, & an extendenda. q. 6. Proœm. 17.

Gratia facta à Sac. Pœnitentiaria, quando cenſeatur perfectè facta. q. 9. Proœm. 29. An ſit ſimpliciter, aut conditionaliter facta. ibid. 30.

H

Hæretici.

Hæretici expreſsè, & nominatim à Sede Apoſtolica declarati, ad ſenſum Bullæ Cœnæ, qui cenſeantur. 1. 3. 3. 72. Quis incurrat Cenſuram Bullæ Cœnæ contra Hæreticos. 1. 4. 1. 93. Per quem actum talis Cenſura incurratur. ibid. 94. Quid poſſit Pœnitentiarius quo ad abſolutionem ab hæreſi. ibid. 93. Hæreticus eſt Schiſmaticus, non è conuerſo. 1. 4. 3. 96.

Hæreticorum credentes.

Qui cenſeantur. 1. 3. 11. 87. Qualiter diſtinguantur à credentibus erroribus Hæreticorum. ibid. An ſint Hæretici, ſicut ſunt credentes erroribus. ibid. Qualiter incurrant Cenſuram Bullæ. ibid. An poſſint abſolui à Pœnitentiario, cum receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus Hæreticorum. ibid.

Homicidium.

Vide verb. Pœnitentiarius, quo ad Irregularitates.

Horæ Canonicæ.

Cauſæ pro concedenda cõmutatione recitationis Horarũ Canonicarũ. 2. §. 3. Introduct. 205. Qualiter fiat hæc commutatio

Digitized by Google

tatio cum eo, qui patitur viſus debilitatem. 2. 5. 3. 290. Qualiter cum ſcrupuloſis, qui nunquam acquieſcunt recitationi. ibidem.

Hoſtes.

Chriſtiani nominis, ad quos deferri Arma prohibitum eſt, qui cenſeantur ad ſenſum Bullæ Cœnæ. 1. 3. 3. 71. Quibus nunciari non poſſunt, pertinentia ad ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ in damnum Chriſtianorum, qui ſint. 1. 4. 5. 101.

I

Immunitas.

ECcleſiaſtica, qualiter differat à libertate Eccleſiaſtica. 1. 5. 1. 123 Quando Violatores Immunitatis poſſint abſolui à Pœnitentiario. ibid. In quibus caſibus incurratur hæc excommunicatio. ibid. 124. Quid ſi violatio fiat ſolùm priuata poteſtate. ibid. 125. Qui ſint Rei non gaudentes immunitate. ibid. 124. Quid intelligatur pro Eccleſia, cùm agitur de immunitate. ibid. 123. Extrahentes reum non gaudentem, quando incurrant hanc Cenſuram. ibid. 1. 5. 1. 124.

Impedimentum.

Legitimè impeditus ob graue impedimentum, quando excuſetur ab obligatione legis. 1. 2. 13. 61. Impedimentum dirimens Matrimoniũ, quando cenſeatur occultum. 2. 2. Reg. 9. 225. Impedimentum Matrimoniale ſublatum quo ad vnum Contrahentium, eſt etiam ſublatum quoad alterum ipſum ignorantem. 2. 2. Reg. 11. 225. Quid ſi vterque ſit conſcius impedimenti. ibid. Reg. 12. Impedimentum Conſanguinitatis, extenditur vſque ad quartum gradum, & non excedit. 2. 2. in Reg. 222. Idem de impedimento affinitatis ex copula licita. ibid. Idem de impedimento publicæ honeſtatis, ſi proueniat ex Matrimonio rato. ibid. Si oriatur ex Sponſalibus tantùm, non extenditur vltra primum. ibid. Impedimentum affinitatis ex copula illicita, non ex-

 cedit

Digitized by Google

cedit ſecundum gradum. ibid. Cognationis verò Spiritualis non extenditur vltrà primum. ibid.

Inquirentes.

Per ſe, vel per alios, de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel de vita, & morte Romani Pontificis, & eius Conſanguineorum, quid incurrant. 1. 5. 3. 128. A quo poſſint abſolui. ibid. In quo ſenſu accipiatur hæc inquiſitio. ibid. Complices, qui non fecerunt, ſed acceperunt talia iudicia facta, an poſſint abſolui à Pœnitentiario. ibid. 129.

Inquiſitio.

In executionibus, quid teneatur inquirere Pœnitentiarius vigore clauſulæ *ſi eſt ità*. 2. §.1. Introd. 190. Inquirendo de veritate precum, ſoli Pœnitenti creditur in foro conſcientiæ. ibid. 192. Neque Teſtes, neque Proceſſus confectio, permittuntur in tali inquiſitione. ibid.

Irregularitas, Irregularis.

Irregularitas non incurritur, niſi ſit in Iure expreſſa. 2. 4. Reg. 268. Si proueniat ex delicto, debet hoc eſſe conſummatum in actu externo. ibid. Dubius de Irregularitate ex delicto, præſertim ex homicidio, habetur pro irregulari. ibid. Ad quos effectus detur diſpenſatio ſuper irregularitate, & pro quibus perſonis. ibid. Sola irregularitas occulta diſpenſatur in S. Pœnitentiaria. ibid. 269. Quomodo, & qualiter ſuper ea diſpenſetur. *Vide verb. Pœnitentiarius, quo ad Irregularitatem.*

Iudex, & Iuriſdictio.

Iudex excedens in ſuo Officio, non agit vt Iudex, ſed vt priuatus. q. 6. Proœm. 18. Et impunè illi non paretur. ibid. Iuriſdictio data ſub vno termino vniuerſali, cenſetur ad vniuerſitatem cauſarum. 1. 1. 2. 32. Siuè talis vniuerſalitas reſpiciat ſolas perſonas, & non cauſas; ſiuè è conuerſo. ibid. Reſeruatio aliquorum caſuum non facit, quòd iuriſdictio non ſit ad vniuerſitatem cauſarum, ſi vniuerſalis ſit ad perſonas, & cauſas; ſed quòd non ſit plenaria. ibid. 33. In quo reſideat hæc plenaria iuriſdictio. ibid. Iuriſdictionis fundamento non probato, non poteſt quis procedere. 1. 1. 7.

pag.

Digitized by Google

pag.41. Defectus Iuriſdictionis irritum reddit actum. ibid. Iuriſdictio elidibilis ope exceptionis, per pronunciationem ſuper exceptione, ipſo iure extinguitur. ibid. 42. Fons totius Iuriſdictionis eſt Papa, etiam in ordine ad reſeruata ab Ordinarijs. 1. 2. 2. 44. Iuriſdictione conceſſa cum reſeruatione quorumdam caſuum, cætera omnia, præter reſeruata, cenſentur conceſſa. 1. 3. 2. 69. Iuriſdictionis defectus eſt defectus omnium maximus, quo ad annullationem actus. 1. 4. 8. 107.

Iuramentum.

Iuramenta Deo, vel Sanctis facta, an ſint ſub facultate Pœnitentiarij. 1. 6. 4. 167. Talia iuramenta, ob affinitatem cum Votis, Vota ab hominibus putantur. ibid. 168. Et tacitè, ac virtualiter Votum continent. ibid. Quid poſſit circa iuramenta Votum concomitantia, & ipſa Vota iurata. ibid. 170. Solum iuramentum, quod vergit in præiudicium tertij ſolet reſeruari. ibid. 171. Quid valeat circa iuramenta de quinque materijs eidem reſeruatis, ibid.

Ius, & Ius quæſitum.

Qui vtitur Iure ſuo, nulli facit iniuriam. 1. 2. 2. 45. Ius quæſitum alicui, nunquàm intendit Papa tollere, aut lædere in ſuis conceſſionibus. 1. 6. 11. 187. Nec Maior Pœnitentiarius poteſt hoc facere in Voti, aut Iuramenti commutatione. ibid. Accedente conſenſu alterius partis ius, quæſitum habentis, tunc poteſt. ibid. 188.

L

Libertas Eccleſiaſtica.

QVid ſit, & qualiter contra ipſam aliquid cenſeatur factum. 1. 4. 9. §. 2. 111. Violatores eiuſdem excommunicantur in Bulla Cœnæ. ibid. §. 1. 109. Quando poſſint abſolui à Pœnitentiario. 1. 4. 9. ibid. In quibus caſibus violetur. ibid. per octo paragraphos.

Libri prohibiti.

Scienter legentes, vel retinentes Libros Hæreticorum, hære-

ſim continentes, vel de Religione tractantes, excommunicantur in Bulla Cœnæ. 1. 3. 9. 83. Qui incurrant, aut non incurrant hanc Cenſuram. ibid. 84. Conditiones neceſſariæ ad ipſam incurrendam. ibid. In quibus caſibus poſſit Pœnitentiarius tales abſoluere abſque denuntiatione. ibid. Quando præmittenda ſit denuntiatio quo ad complices. ibidem.

M

Machinatio.

IN mortem alterius Coniugis, quando inducat impedimentum. 2 2. 8. 244. Quæ conditiones requirantur ad illud inducendum. ibid. Locum habet, ſiuè à Viro, ſiuè à Muliere ſit facta machinatio. ibid. Solum conſilium, ſiuè mandatum ſufficit, vt machinatio cooperatione ſit facta, & impedimentum ſequatur, morte ſequuta. ibid 244. Qualiter diſpenſetur ſuper ipſo de contracto, altero machinante. ibid. 242. Qualiter, vtroque machinante de contracto. 2. 2. 9. 245. De contrahendo, non niſi raro, & ob grauem neceſſitatem ſolet concedi à Sac. Pœnitentiaria, & qualiter. 2. 2. 9. 247. *Vide verb. Crimen.*

Manus.

Violentas inijciens in Clericum excommunicationem incurrit. 1. 2. 8 52. Poteſt abſolui à Pœnitentiario, ſi caſus ſit occultus. ibid. Solum Presbytericidium publicum eſt ipſi reſeruatum. ibid. Qualiter abſoluatur, qui Clericum percuſſit. 2. 3. 1. 252. Qualiter, qui Presbyterum interfecit. 2. 3. 2. 254. Quid agendum in caſibus publicis, quando excommunicati accedunt ad Vrbem, & ad Min. Pœnitentiarium. ibid. 255. & in Reg. eiuſdem Cap. III. pag. 250.

Mare.

Quid intelligatur per Mare Pontificium. 1. 3. 8. 82. Quare ſit Mare Pontificium. ibid. Quæ ſit illa pars Maris, quæ dicitur Romana ſtatio. ibid. Quare velit Pontifex hanc partem eſſe magis tutam, quàm alias. ibid.

Matri-

Digitized by Google

Matrimonium.

Prænotanda antè executiones Matrimoniales. 2. 2. 221. Cauſæ ad diſpenſandum ſuper impedimentis Matrimonialibus. 2. §.3. Introd. ibid. Super quibus impedimentis, aut gradibus poſſit Sac. Pœnitentiaria diſpenſare ad contrahendum Matrimonium, ſiuè de contracto. *Vide verb. Pœnitentiaria.*

Miniſterium.

Duplex aſſignatur, nudum, & veſtitum. 1. 1. 4. 36. Per quid vnum ab alio differat. ibid. Vnde argui poſſit miniſterium nudum eſſe traditum, aut eſſe traditum veſtitum. ibidem. Quale ſit Miniſterium Pœnitentiarij. ibid. An eidem obſtet *cap. final.* §. *Cæterum de Offic. delegat.* ibid. 37.

Miſſa.

An Cenſuram aliquam incurrat, qui cùm Sacerdos non eſſet, Miſſam celebrauit. 1. 2. 10. 54. Quid incurrat, qui eodem die plures Miſſas celebrauit extrà caſus permiſſos. ibid. 55. A quo poſsint iſti abſolui. ibid. Quæ inquiſitio eſt præmittenda, antequàm abſoluantur. ibid. 56. Quid agendum, ſi cum errore in intellectu talia crimina, & exceſſus commiſerint. ibid. 55. Quomodo talia crimina ſpectent ad Sanctum Officium, & quomodo ad Sacram Pœnitentiariam. ibid. Talis temeritas, licèt nefaria ſit, & ſacrilega, an ſit ſemper hæreticalis. ibid.

Monaſterium.

Monialium. *Vide verb. Clauſura, & verb. Regulares, quo ad Mulieres introductas.*

Munera.

Recipientes munera à Regularibus abſolui non poſſunt à Pœnitentiario, ſi acceptum excedat valorem decem ſcutorum monetæ. 1. 5 11. 149. Facta reſtitutione, poſſunt ab ipſo abſolui. ibid. Caſus horum recipientium eſt reſeruatus Papæ. ibid. Afficit omnes, tàm extra, quàm intra Religionem. ibid. Tàm Superiores, quàm Subditos etiam inter ſe ipſos. ibid. Moderatio facta ab Vrbano VIII. circa hanc materiam. ibid. 150. Caſus, in quibus poteſt aliquid recipi à Regularibus. ibid. Quomodo abſoluantur, qui infrà dictum.

Digitized by Google

dictum valorem munera receperunt. ibid. 152. Quis taxauerit talem valorem. ibid. Qualiter abſoluantur Religioſi, munera largientes. ibid.

N

Natalium defectus.

SVper hoc defectu diſpenſat Sac. Pœnitentiaria, ſi fuerit occultus. 2.4. 10. 285. Pro Regularibus Profeſſis hæc diſpenſatio non eſt neceſſaria, quo ad Ordines ſuſcipiendos. ibid. Solúm quo ad Dignitates, & Officia aſſequenda in Religione. ibid. 286. Diſpenſantur Sæculares à Maiori Pœnitentiario, tàm ad Ordines, quàm ad Beneficia, ſi occultus remaneat defectus. ibid. Qualiter fiat hæc diſpenſatio. ibid. Qualiter fiat, quando hæc Irregularitas iuncta eſt cum alia irregularitate, & mala promotione. 2.4. 7. 281.

Nobiles.

Qui in forma ordinaria obtinuerunt diſpenſationem à Dataria ſuper primo, & ſecundo, aut ſecundo tantùm gradu prohibito, ſed nulliter ex cauſa ſubreptionis, vel obreptionis occultæ litterarum Apoſtolicarum, priùs tenentur ſe componere cum Dataria, ſi diſpenſari velint à Sac. Pœnitentiaria ad effectum contrahendi, aut reualidandi Matrimonium contractum. 2. 2. in Regul. p.223. Ob paupertatem, liberum eſt Maiori Pœnitentiario, cum Datario prouidere. ibid. 223.

O

Occultum.

QVid cenſeatur occultum, & quomodo accipiatur in Sac. Pœnitentiaria. 2.4. Regul. 269. Aliquod delictum poteſt eſſe publicum materialiter, formaliter verò occultum. ibid. Delictum, licèt probabile in iudicio, ſi interim non probetur, nec ad Iudicem deferatur, cenſetur occultum. 1. 2. 8. 53. Delictum delatum ad Iudicem, ſed non probatum,

Digitized by Google

tum, elapſo anno, præſumitur occultum, & non factum. ibidem.

Officium Sanctæ Inquiſitionis.

Impedientes, vel offendentes Officiales, aut Miniſtros Sancti Officij, abſolui non poſſunt à Pœnitentiario. 1. 5. 8. 140. Si impediantur in rebus pertinentibus ad eius Iuriſdictionem; ſecùs ſi impediantur, aut offendantur ob cauſam non ſpectantem ad illud Tribunali. ibid. 142.

Ordinatus.

Qualiter diſpenſetur cum ordinato ante legitimam ætatem. 2. 4. 5. 278. Ad titulum ficti, & ſimulati Patrimonij. 2. 4. 6. 280. Cum defectu Natalium, & omiſſo Clericali charactere. 2. 4. 7. 281. Per ſaltum ignoranter, & cum miniſtratione in ſuſceptis. 2. 4. 8. 282. *Vide verb. Pœnitentiarius, quo ad diſpenſationem ab Irregularitate &c.*

P

Papa.

EST Generaliſſimus omnium Religionum. 1. 1. 6. 40. Melius aliquid ipſe concedit, quam Superiores Regulares. ibid. Eſt Ordinarius Ordinariorum, & Epiſcopus totius Eccleſiæ vniuerſalis. 1. 2. 2. 45. Eſt fons totius Iuriſdictionis, etiam in ordine ad reſeruata ab Ordinarijs. ibid. Eſt ſupra omne Concilium, & ab ipſo Concilia robur accipiunt. 1. 4. 4. 99. Conſpirantes in ipſius Perſonam abſolui non poſſunt à Pœnitentiario. 1. 5. 2. 125. Quas Cenſuras incurrat ipſum offendens in perſona. ibid. 126. Per aſſumptionem ad Papatum non amiſit Priuilegia, Cardinalibus, & Eccleſiæ Prælatis conceſſa. ibid. In ſuis conceſſionibus nunquàm intendit, Ius alicuius tollere, aut lædere. 1. 6. 11. p. 187.

Pœnitentia.

Nomine Pœnitentiarum, quæ veniant in Sac. Pœnitentiaria. 2. §. 2. Introd. 193. Pœnitentias indiuiduatas ordinariè non ſolet præſcribere Maior Pœnitentiarius, ſed tantùm

ſub

Digitized by Google

ſub terminis generalibus. ibid. Indiuiduata à Maiori Pœnitentiario, omninò eſt iniungenda. ibid. 194. Quid importat arbitrium relictum Pœnitentiario quoad pœnitentias iniungendas. ibid. Quæ ſint Pœnitentiæ, quæ ordinariè iniungi præcipiuntur à Maiori Pœnitentiario. ibid. Quæ cenſeri poſſit pœnitentia ſalutaris. ibid. Quæ eſſe debeat Pœnitentia grauis, & longa. ibid. 195. Quæ grauis, & diuturna. ibid. Vndè ſumenda grauitas, longitudo, & diuturnitas Pœnitentiæ. ibid. Quæ eſſe debeat pœnitentia grauiſſima, & perpetua, & quæ quotidiana. ibid. 196. In quo differant adinuicem perpetua, & quotidiana pœnitentia. ibid. 197. Talis pœnitentia ſemper iniungi debet, ex qua Pœnitentis delictum nuſquàm detegatur. ibid. 198. Quandiù delictum remanet occultum, Pœnitens ius ſemper retinet ad ſuam bonam famam. ibid. Confeſſio menſtrua inter pœnitentias graues computatur. ibid. Mutari hæc poteſt à Pœnitentiario cum cauſa, in magis, & minus frequentem. ibid. Non tantùm pœnalia, ſed etiam opera deuotionis, & ſupererogationis, quæ ſolent fieri à Pœnitente, iniungi poſſunt à Pœnitentiario pro Pœnitentijs. ibid. 199.

Pœnitentiaria.

Tribunal Sac. Pœnitentiariæ repræſentat Perſonam Pontificis, & nomine ipſius procedit. quæſt. 7. Proœm. 22. Quidquid fit ab ipſo, cenſetur factum à Pontifice, qui Caput eſt Tribunalis. ibid. Non ſemper diſpenſat, cùm abſoluit, neque ſemper rehabilitat, cùm diſpenſat. 2. 5. Reg 287. Aliquando tantùm abſoluit à peccato, & Cenſura. ibid. Aliquando abſoluit, & diſpenſat ſuper Irregularitate, ſed non rehabilitat. ibid. Quandoque abſoluit, diſpenſat, & rehabilitat, ſed rarò. ibid. Super gradibus Conſanguinitatis, Affinitatis, ex copula licita, aut cognationis Spiritualis, licèt occultis, non diſpenſat, de Contrahendo. 2. 2. Reg. 222. Super Affinitate ex copula illicita, diſpenſat etiam de contrahendo. ibid. Non reualidat, etiam in occultis, Matrimonia nulliter contracta ob impedimentum Conſanguinitatis,

nitatis, vel Affinitatis ex copula licita, cùm agitur de gradibus primo, & ſecundo, vel ſecundo tantùm. ibid. In cæteris gradibus occultis reualidat. ibid. 223. Etiam in ijſdem gradibus publicis, quando nullitas prouenit ex cauſa ſubreptionis, vel obreptionis litterarum Apoſtolicarum. ibid. Niſi falſitas conſiſtat in narratione præcedentis copulæ, quæ antè non interuenit, nam tunc non diſpenſat. ibid. In mixtis ex primo, & quocunque alio gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis ex copula licita, non conſueuit diſpenſare. ibid. Super quocunque gradu diſpenſato in Dataria, in forma pauperum, ſed tacita copula præhabita, diſpenſat ad contrahendum, & de contracto, ſi occulta ſit copula. ibidem. Etiam nulla compoſitione facta. ibid. Non diſpenſat abſque compoſitione, quando Dataria diſpenſauit in forma ordinaria, ſuper primo, & ſecundo, vel ſecundo tantùm gradu, licèt copula reticita ſit occulta. ibid. Qualiter diſpenſet, aut non diſpenſet ſine compoſitione cum ijs, qui expreſſa copula in Dataria, tacuerunt malitioſam intentionem in ipſa habitam. ibid. Super affinitate ſuperueniente Matrimonio diſpenſat. ibid. Etiam diſpenſat ſuper impedimento Criminis, & in caſibus, in quibus multiplicia concurrunt impedimenta, neceſſariò ſemel exprimenda. ibid. In caſibus dubijs ſemper ſequitur tutiorem partem. q. 8. Proœm. 23.

Pœnitentiarius Maior.

Pœnitentiarius quo tempore habuerit originem. q. 1. proœmial. 1. An fuerint tempore Apoſtolorum. ibid. 2. Inſtituti à D. Marcello I. Cardinales vocati. quæſt. 2. proœm. 2. A S. Silueſtro in Baſilica Lateranenſi ad primum exercendum eorum munus publicè in Eccleſia collocati. ibid. 4. Septem Epiſcopi ex finitimis Romæ partibus, qui etiam Cardinales fuerunt, à Stephano IV. in eadem Baſilica deputati. ibid. 5. Quo tempore incæperit nomen Maioris, & Minoris Pœnitentiarij. ibid. Maior Pœnitentiarius ſemper fuit vnus ex Eminentiſs. Cardinalibus; ſubſtituti verò alijs dicti ſunt Minores. ibid. 5.

Pœnitentiarij Minoris communia.

Pœnitentiarij nomen cuilibet Confeſſario largo modo competit. quæſt. 1. procem. 1. Propriè quibus competat. ibid. Pœnitentiarij, alij ſunt Epiſcopales, alij Papales. ibidem. Pœnitentiarij Maioris, & Minoris nomen, quando incæperit. quæſt. 2. procem. 5. Minores ſubſtituti ſunt Cardinalibus. ibid. Qui fuerint ſubſtituti ante B. Pium V. ibid. Qui ab eodem Pontifice. ibid. Modernis competunt omnia iura, quæ competebant antiquis. ibid. 6. Quæ ſcientia requiratur in Pœnitentiario D. Papæ. quæſt. 3. procem. 7. Quæ bonitas, & charitas. quæſt. 4. procem. 11. Inſtituitur à Maiori Pœnitentiario ex permiſſione, & authoritate Papæ. quæſt. 5. procem. 15. Prius inſtituebatur à Pontifice. ibid. Tenetur ſeruare mandata Maioris Pœnitentiarij expreſſa in Formulis. quæſt. 7. procem. 19. Licèt gratia committatur cum ſimplici reſcripto ad memoriale. ibid. Pœnitentiarij Minores faciunt vnum, & idem corpus cum Tribunali Sac. Pœnitentiariæ. ibid. 20. Sunt de præcipuis Officialibus eiuſdem Tribunalis. ibid. In caſibus dubijs tenentur ſemper ſequi ſententias probabiliores, relictis probabilibus tantùm. quæſt. 8. procem. 23.

Pœnitentiarius quo ad facultatem.

Ordinaria eſt eius facultas. quæſt. 5. procem. 13. Etiam delegata quo ad commiſſiones. ibid. Datur cum titulo, & ratione Officij. ibid. Extra actum Sacramentalis Confeſſionis ipſa vti non poteſt. quæſt. 6. procem. 16. Nec licitè, nec validè, ſiuè ordinaria ſit, ſiuè delegata. ibid. 17. In exequendo ſibi commiſſa, procedit vt verus Iudex delegatus, non vt merus exequutor. quæſt. 9. procem. 27. Habet veram, & realem iuriſdictionem, non ſolum miniſterium iuriſdictionis. 1. 1. 4. 35. Semper procedit cum cognitione cauſæ, vigore clauſulæ, *ſi eſt ita*. quæſt. 9 procem. 27. Eius miniſterium eſt veſtitum iuriſdictione, non nudum, & ſine ea. 1. 1. 4. 36. Non eſt Miniſter voluntarius, ſed neceſſarius poſt cognitionem veritatis precum. qu. 9. procem. 30. Ante illam cognitionem ſolùm conditionaliter eſt neceſ-

Digitized by Google

ſarius. ibid. Facultatem ſuam habet à Papa per Maiorem Pœnitentiarium. 1. 1. 1. 31. Et Pœnitentiarius D. Papæ nuncupatur. ibid. Ante B. Pium V. immediatè à Papa ipſam habebat. ibid. 32. Eius iuriſdictio eſt ad vniuerſitatem cauſarum data. 1. 1. 2. 32. Qualiter ſit talis. ibid.

Pœnitentiarius quo ad Abſolutionem.

Circa peccata abſoluit quemcumque etiam à reſeruatis Ordinarijs. 1. 1. 5. 38. Etiam Regulares, licèt ſit illis prohibitum extra Religionem confiteri. 1. 1. 6. 39. Non tamen Moniales in confeſſione ſpeciali, neque generali. 1. 1. 7. 41. Abſoluit à cenſuris non reſeruatis, & reſeruatis ab Ordinarijs, 1. 2. 2. 44. Dummodo non fuerint deductæ. ibid. Siuè latæ ſint per Præcepta generalia, ſeù per Edicta. 1. 2. 3. 45. Siuè per præcepta ſpecialia de futuro. 1. 2. 4. 46. Siuè per Edicta generalia de præteritis culpis, vt per monitoria, & quomodò. 1. 2. 5. 48. Quid poſſit circa Violatores Clauſuræ Monialium ad malum finem, ſi non fuerint denuntiati, vel declarati. 1. 2. 6. 49. Quid in caſu publico. ibid. Quid circa procurantes abortum. 1. 2. 7. 51. Circa inijcientes manus violentas in Clericum. 1. 2. 8. 52. Circa præſumentes abſoluere à caſibus Bullæ Cœnæ ſine facultate. 1. 2. 9. 53. Quid circa eum, qui celebrauit, cùm non eſſet Sacerdos. 1. 2. 10. 54. Circa eum, qui Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrauit ſine Ordine Presbyteratus. ibid. Circa eum, qui eodem die plures Miſſas celebrauit. ibid. 55. Circa eum, qui in Sacramentali Confeſſione Pœnitentem ſollicitauit, & abſoluit ab onere denuntiandi, 1. 2. 11. 56. Quid circa Mulieres ingreſſas Clauſuram Regularium. 1. 2. 12. 58. Quid circa Regulares illas introducentes. 1. 5. 10. 145. Quid circa Apoſtatas à Religione. 1. 2. 13. 60. *Vide verbo Apoſtatæ.* Quid circa cooperantes Apoſtaſiæ Regularium. 1. 2. 14. 62. Quid circa Duellantes, & cooperantes in caſibus non deductis. 1. 2. 15. 63.

Pœnitentiarius quo ad Bullam Cœnæ.

Abſoluit à cenſuris latis in Bulla Cœnæ, ſed non ab omnibus. 1. 3. 1. 66. Surripientes bona Naufragantium, quando poſ-

ſit abſoluere. ibid. Qui incurrant, aut non incurrant hanc cenſuram. ibid. *Vide verbo Excommunicatio Bullæ Cœnæ.* Abſoluit falſificantes litteras Apoſtolicas, aut falsò fabricantes, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati. 1. 3. 2. 68. Deferentes, vel tranſmittentes arma, & alia vſui bellico ad Turchas, vel alios Chriſtiani nominis inimicos. 1. 3. 3. 71. Etiam abſoluit impedientes eos, qui victualia, & alia neceſſaria Romam conuehunt, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati. 1. 3. 4. 73. Eodem modo abſoluit lædentes eos, qui veniunt ad Sedem Apoſtolicam, vel recedunt, aut in Curia morantur. 1. 3. 5. 75. Etiam lædentes Romipetas, & Peregrinos, tàm in itinere, quàm in Vrbe, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati. 1. 3. 6. 77. Etiam lædentes per ſe, vel per alios recurrentes ad Romanam Curiam pro negotijs. 1. 3. 7. 79. Etiam abſoluit Piratas, & Latrunculos Maritimos eodem modo, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati. 1. 3. 8. 81. Qui legerint libros prohibitos in Bulla Cœnæ, ſi ex tali lectione nullum errorem hauſerint. 1. 3. 9. 83. Secùs ſi hauſerint, niſi prius denuntiauerint complices, & fautores erroris, ſi habuerint; aut in iudicio delati fuerint. ibid. Etiam imponentes gabellas, vel eas augentes, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati. 1. 3. 10. 85. Etiam Credentes, Receptatores, Fautores, & Defenſores Hæreticorum, ſi non habuerint errorem in intellectu. 1. 3. 11. 87.

Pœnitentiarius quo ad caſus Bullæ Cœnæ illi exceptos.

Hæreticos internos, & externos ſimul non poteſt abſoluere. 1. 4. 1. 93. Neque Apoſtatam à Fide internum, & externum ſimul. 1. 4. 2. 94. Neque per ſolum actum externum ſolet Sac. Pœnitentiaria talem abſoluere, niſi prius abiurauerit coram S. Officio. ibid. 95. Neque Schiſmaticum per actum externum. 1. 4. 3. 96. Appellantes à Pontifice ad futurum Concilium non abſoluit. 1. 4. 4. 98. Nunciantes Turcis, & alijs inimicis Chriſti, pertinentia ad ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ, in damnum Chriſtianorum, non poteſt abſoluere. 1. 4. 5. 100. Appellantes à grauamine,

vel

vel futura executione litterarum Apoſtolicarum ad Laicam poteſtatem, non abſoluit in caſibus publicis; ſecùs in occultis. 1. 4. 6. 102. Neque auocantes à Iudicibus Eccleſiaſticis cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas, illarum curſum impedientes, ac in illarum cognitione ſe interponentes in caſibus publicis. 1. 4. 7. 105. Neque offendentes S.R.E. Cardinales, & alios Prælatos. 1. 4. 8. 107. Neque violatores libertatis Eccleſiaſticæ in caſu publico. 1. 4. 9. 109. Secùs in occulto. ibid. In quibus caſibus hæc libertas violetur. ibid. per varios §§.

Pœnitentiarius quo ad alios Caſus in Tabella illi exceptos.

In caſibus publicis, non poteſt abſoluere Violatores Immunitatis Eccleſiaſticæ. 1. 5. 1. 123. Non abſoluit conſpirantes in perſonam, vel ſtatum Summi Pontificis, vel Sedis Apoſtolicæ. 1. 5. 2. 125. Neque inquirentes per ſe, vel per alios de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel de vita, & morte Romani Pontificis, pro tempore exiſtentis, & eius conſanguineorum. 1. 5. 3. 128. Neque tractantes, viuente Pontifice, de futuro eligendo. 1. 5. 4. 130. Neque tranſgreſſores Bullæ Gregorij XV., & Vrbani VIII. de Electione Pontificis, non ſeruando formam præſcriptam, aut eam mutare, vel alterare tractando. 1. 5. 5. 134. Neque offendentes, vel impedientes Officiales, aut Miniſtros S. Inquiſitionis. 1. 5. 8. 140. Neque Principes, & alias Perſonas Ius Imperij, vel Iuriſdictionis habentes, in caſibus publicis, propter quos excommunicantur in Bulla Cœnæ. 1. 5. 9. 143. Neque Regulares introducentes intra Clauſtra Mulieres ad inhoneſtos vſus. 1. 5. 10. 145. Neque publicos Presbytericidas. 2. 3. 2. 254. Neque reuelantes Secretum Sac. Rotæ Romanæ. 1. 5. 12. 153. Neque recipientes munera à Regularibus, vltra moderationem Vrbani VIII., niſi prius facta reſtitutione. 1. 5. 11. 149. Quid poſſit circa violantes Clauſuram Conclauis per litteras, aut Nuncios. 1. 5. 6. 136. Et quid circa violantes Conclaue, loquendo ſecretè cum Cardinalibus. 1. 5. 7. 138. Et quid circa Prælatos, & Officiales deputatos ad cuſtodiam Conclauis, ſi defe-

defecerint in eorum officio. ibid. 140. *Vide verbo Conclaue.* Neque abſoluere poteſt ſuſpenſos, vel interdictos ab homine nominatim; aut pro talibus declaratos, vel denuntiatos. 1. 5. 13. 155. *Vide verbo Suſpenſus.*

Pœnitentiarius quoad Vota.

Diſpenſando commutat Pœnitentiarius omnia Vota ſimplicia non reſeruata. 1. 6. 1. 158. Super quinque Votis Papæ reſeruatis nihil poteſt in ordine ad illa commutanda. ibid. Quę ſint iſta quinque Vota reſeruata. ibid. Licèt nihil poſſit ſupra quinque Votis reſeruatis, alia tamen Vota circa eaſdem materias poteſt commutare. ibid. Eius commutatio, ſemper participat de diſpenſatione. 1. 6. 2. 159. Etiam iuramenta Deo, vel Sanctis facta poteſt commutare, ſicut Vota. 1. 6. 4. 166. Siuè abſoluta ſint, ſiuè Votum concomitantia, ſiuè Vota iurata. ibid. 170. Dummodò non vergant in præiudicium Tertij. ibid. Idem poteſt de Iuramentis circa quinque materias reſeruatas. ibid. *Et vide verbo Iuramenta.* Sine cauſa non commutat Vota, ſiuè reſeruata, ſiuè non reſeruata. 1. 6. 5. 171. Non ſufficit pro cauſa ſola petitio commutationis. ibid. 172. Vota de materia Caſtitatis, quæ ſimpliciter non ſunt Vota Caſtitatis, poteſt commutare, quoties commutatio non dat occaſionem liberiùs peccandi. 1. 6. 6. 174. Secùs ſi det talem occaſionem. ibid. Hoc eſt ad mentem Summi Pontificis, de ſtylo Curiæ, & iuxta Praxim Sac. Pœnitentiariæ. ibid. 174. Vnde deducatur, quod hæc Vota ſint commutabilia, aut incommutabilia. ibid. 176. Quæ ſint Vota, quæ dant occaſionem ad liberiùs peccandum, ſi commutentur. ibid. Vota diuerſa ſucceſſiuè emiſſa circa Caſtitatem, quæ ſimùl iuncta inducunt obligationem perfectæ Caſtitatis, non poteſt Pœnitentiarius commutare, ſi vouens in vltimo Voto emittendo intentionem habuit ſe obligandi ad completam, & perfectam Caſtitatem. 1. 6. 7. 178. Si talem intentionem non habuit in vltimo Voto commutare poteſt ſolum Vota illa, quæ occaſionem non dant ad liberiùs peccandum. ibid. 179. Vota trium Peregrinationum, quæ reſeruata ſunt

Digitized by Google

ſunt Pontifici; non poteſt commutare Pœnitentiarius, ſi fuerint facta ex cauſa deuotionis talium Locorum. 1. 6. 8. 180. Secùs verò, ſi ex alio fine diuerſo fuerint emiſſa. ibid. Si nullo fine habito, habetur pro reſeruato. ibid. 181. Super Vota, quæ differri poſſunt, dilationem dare poteſt Pęnitentiarius, cauſa legitima interueniente. 1. 6. 9. 181. Siuè ſint Vota reſeruata, ſiuè non reſeruata. ibid. Quæ cauſæ poſſint ſufficere pro hac dilatione concedenda. ibid. 182. Quid conſiderandum in ſubrogando materiam pro Voti dilatione. ibid. 183. Abſoluit Pœnitentiarius à Votorum tranſgreſſione. 1. 6. 10. 184. Declarat, quid poſſit fieri poſt tranſgreſſionem. ibid. Qui dicatur tranſgreſſor Voti, & quid ſit tranſgreſſio. ibid. Quid ſequatur ex tranſgreſſione Voti Religionis. ibid. Quid ex tranſgreſſione Voti Caſtitatis. ibid. 185. Declaranda, & monenda in danda abſolutione ab huiuſmodi tranſgreſſionibus. ibid. Cùm tranſgreſſore Voti Caſtitatis diſpenſat Pœnitentiarius ad petendum debitum coniugale. ibid. 186. Quid poſſit circa Votum, vel Iuramentum Perſeuerantiæ, quod emittunt ingredientes aliquas Congregationes, quæ non ſunt Religiones. 1. 6. 11. 187. Quid circa Votum, vel Iuramentum Alumnorum Collegiorum, ſeù Seminariorum Romæ. ibid. 188.

Pœnitentiarius quo ad Executiones.

In actu Sacramentalis Confeſſionis tantùm expeditiones facit Pœnitentiarius. 2. §. 1. Introd. 190. Quid præſtare debeat ante quamcunque expeditionem. ibid. Quid poſt executionem factam. ibid. 191. Litteras executioni mandatas nunquam reſtituit Oratori. ibid. Siuè ſint Breuia, ſiuè litteræ priuatæ, ſiuè memorialia cum reſcriptis. ibid. Teſtimonium gratiæ factæ, & expeditæ non tradit. ibid. 192. Fidem impreſſam de Confeſſione facta poteſt tradere. ibid. Quid teneatur inquirere vigore clauſulæ; *ſi eſt ita*. ibid. 191. In inquiſitione, de veritate precum, ſoli Pœnitenti creditur in foro conſcientiæ. ibid. 192. Neque Teſtes, neque Proceſſus permittuntur in inquiſitione. ibid. Breuia Maioris Pœnitentiarij executioni mandata laniare tenetur. ibid.
Digitized by Google

ibid. Ad ſtylum ſui Tribunalis eſt obſtrictus, tàm pro commiſſis, quàm pro conceſſis, & non exceptis. ibid. 193. Pœnitentias iniungit, & quas debet. *Vide verbo Pœnitentia.* Quas ob cauſas poteſt recurrere ad Tribunal pro aliqua gratia obtinenda. *Vide verbo Cauſa.*

Pœnitentiarius quo ad Formulas executionum circa Vota.

Executiones, qualiter fieri debeant à Pœnitentiario, & quid in eis obſeruandum. 2.§.1.190. Quid obſeruandum in dilatione ſimplicis Voti Religionis. 2. 1. 1. 207. Quid in dilatione aliorum Votorum, quæ differri poſſunt. ibid. 208. Quid obſeruandum pro tranſgreſſione Voti ſimplicis Religionis. 2. 1. 2. 208. Quid in tranſgreſſione Voti ſimplicis Caſtitatis. 2. 1. 3. 210. Quid in tranſgreſſione Voti Religionis, vel Caſtitatis, quando Matrimonium nondum eſt conſummatum. ibid. 211. vtrobique. Quid in tranſgreſſione Cœlibatus. ibid. Quid in commutatione Voti ſimplicis Religionis. 2. 1. 4. 211. Quid ſi talis commutatio detur ad effectum contrahendi Matrimonium; & quid ſi tantùm ad remannendum in ſeculo in vita cœlibe. ibid. 212. Quid ſi talis commutatio detur Clerico in Sacris conſtituto. ibid. Quid obſeruandum in commutatione Voti ſimplicis Caſtitatis. 2. 1. 5. 213. Quid in commutatione Voti Caſtitatis, & Religionis ſimul. 2. 1. 6. 215. Quid in commutatione Voti non nubendi. 2. 1. 7. 217. Quid in commutatione Voti viſitandi Sepulchrum Dominicum. 2. 1. 8. 218. Quid in commutatione aliorum Votorum Peregrinationis reſeruatorum. ibid. 219. Quid in commutatione Cœlibatus. 2. 1. 9. 219. Declaratoria Voti Religionis, quod aliquis ſatisfecerit. 2. 1. 10 220.

Pœnitentiarius quo ad Matrimonia.

Executiones matrimoniales qualiter ſint faciendæ, & quid obſeruandum. 2. 2. 221. De contrahendo in primo gradu Affinitatis ex actu fornicario. 2. 2. 1. 229. De contracto in primo gradu Affinitatis ex actu fornicario. 2. 2. 2. 231. De contrahendo ſuper inceſtu non expreſſo in litteris obtentis

tentis à Dataria. 2. 2. 3. 233. De contracto ſuper inceſtu reticito in Dataria. 2. 2. 4. 235. De contrahendo, & de contracto, ſuper malitioſa intentione habita in inceſtu, non expreſſa in diſpenſatione obtenta in Dataria. ibid. 236. De contracto ſuper tertio, aut quarto Conſanguinitatis, vel Affinitatis. 2. 2. 5. 238. De contrahendo ſuper Impedimento Criminis, neutro machinante. 2. 2. 6. 240. De contracto ſuper eodem Impedimento, neutro machinante. 2. 2. 7. 241. De contracto ſuper Impedimento Criminis altero machinante. 2. 2. 8. 242. De contracto ſuper eodem Impedimento, vtroque machinante. 2. 2. 9. 245. De contrahendo ſuper eodem Impedimento, vtroque machinante. ibid. 246. De contracto ſuper Affinitate ſuperueniente. 2. 2. 10. 247.

Pœnitentiarius quò ad Abſolutiones à Cenſuris.

Qualitèr ſint faciendæ, & quid obſeruandum cùm fiunt. 2. 3. 249. Abſolutiò ab iniectione manuum in Clericum, ſeù Presbyterum. 2. 3. 1. 252. Qualitèr, quando caſus eſt publicus. ibid. 253. A Presbytericidio occulto. 2. 3. 2. 254. Et qualitèr, cùm caſus eſt publicus. ibid. 255. Ab ingreſſu in Monaſterium Monialium ſinè licentia, & abſque fine malo. 2. 3. 3. 256. Ab eodem ingreſſu ob malum finem. 2. 3. 4. ibid. Ab ingreſſu intra Clauſuram Religioſorum ad inhoneſtos vſus. 2. 3. 5. 257. A lectione prohibita, ideſt librorum prohibitorum. 2. 3. 6. 258. Qualitèr ſi ex tali lectione fuerit hauſta aliqua hæreſis externè ſignificata. ibid. 259. A retentione prohibita, ſcilicet librorum prohibitorum. 2. 3. 7. 260. Ab acceptione bonorum ex naufragio in mare facto. 2. 3. 8. 261. A Duello, ſeù ex prouocatione ad ſingulare certamen. 2. 3. 9. 262. Qualitèr ſi Duelliſtæ declarati fuerint excommunicati, & acceſſerint ad Vrbem pro abſolutione. ibid. 263. A crimine falſi quo ad litteras à Sede Apoſtolica obtentas. 2. 3. 10. ibid. Ad effectum lucrandi Indulgentias Vrbis. 2. 3. 11. 265.

Pœnitentiarius quo ad Irregularitates.

Qualitèr ſint faciendæ executiones, & quid obſeruandum cùm fiunt. 2. 4. 268. Pro Irregulari ex homicidio volunta-

rio. 2. 4. 1. 272. Pro Sæculari, & pro Eccleſiaſtico etiam Sacerdote. ibid. 273. Ex abortu fætus animati. 2. 4. 2. 274. Ex Presbytericidio. 2. 4. 3. 275. Pro Religioſo ex introductione Mulierum, & miniſtratione in Ordinibus cum Cenſura 2. 4. 4. 277. Ex mala promotione ante ætatem, & miniſtratione. 2. 4. 5. 278. Ex mala promotione ob titulum fictum, & miniſtratione. 2. 4. 6. 280. Ex defectu natalium, & mala promotione, & miniſtratione in Ordinibus. 2. 4. 7. 281. Ex mala promotione per ſaltum, & miniſtratione. 2. 4. 8. 282. Pro Presbytero, prouiſo ſimoniacè de Beneficio ipſo ignorante. 2. 4. 9. 284. Ex ſimplici defectu natalium occulto. 2. 4. 10. 285. Pro Regularibus, & Monialibus, qualitèr procedatur. ibid. 286.

Pœnitentiarius quo ad Rehabilitationes, & Officij commutationem.

Quid ſint Rehabilitationes, & qualitèr fieri debeant. 2. 5. 287. Rehabilitatio ad Beneficia tantùm obtinenda. 2. 5. 1. ibid. Pro Regulari ad Officia, & Dignitates. ibid. 288. Abſolutio, Diſpenſatio, & Rehabilitatio ſimul. 2. 5. 2. 289. Commutatio recitationis Horarum Canonicarum pro patiente Viſus debilitatem. 2. 5. 3. 290. Qualitèr ſoleat Sac. Pœnitentiaria hanc commutationem concedere pro ſcrupuloſis. ibid. 291.

Peregrini.

Lædentes Peregrinos, & Romipetas, accedentes ad Vrbem, in ea commorantes, aut ab ea recedentes, incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ. 1. 3. 6. 77. Qui incurrant, aut non incurrant, hos lædendo. ibid. 78. Lædentes abſoluit Pœnitentiarius, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati. ibid. Hi Peregrini ſunt ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, non alij. ibid. 79.

Piratæ.

Piratæ, latrunculi maritimi, & eorum receptatores, & fautores, excommunicantur in Bulla Cœnæ. 1. 3. 8. 81. Qui dicantur Piratæ, & qui latrunculi. ibid. 82. Quid intelligatur per Mare Pontificium. ibid. Qui incurrant, aut non incurrant.

Digitized by Google

rant. ibid. Abſolui poſſunt à Pœnitentiario, ſi non fuerint declarati, vel denuntiati. ibid.

Principes.

Et aliæ Perſonæ, Ius Imperij, vel Iuriſdictionis habentes, nec non repræſentantes Dominia, & Reſpublicas; & Prælati Superiores, ac Inferiores, ordinariam iuriſdictionem habentes, abſolui non poſſunt à Pœnitentiario in caſibus publicis, propter quos excommunicantur in Bulla Cœnæ. 1. 5. 9. 145. ſecùs verò in occultis. ibid. Qui intelligantur per Principes, & cæteros præfatos. ibid. 144.

Q

Qualitates.

POEnitentiarius, quas qualitates habere debeat. *Vide verb. Pœnitentiarij Min. communia.*

R

Regulares.

COnfeſſarij Regulares authoritatem, & iuriſdictionem habent a Papa. 1. 1. 4. 37. In Sacramentali Confeſſione audiri, & abſolui poſſunt a Pœnitentiario, etiã à reſeruatis. 1. 1. 5. 38. Regularium nomine veniunt etiam Moniales in fauorabilibus. 1. 1. 7. 41. Introducentes Mulieres intra Clauſtra, incurrunt excommunicationem. 1. 5. 10. 145. Talis excommunicatio eſt Papæ reſeruata, & de praxi Curiæ, & Sac. Pœnitentiariæ. ibid. Incurritur, ſub quocumque prætextu introducantur. ibid. Si non fuerit ad malum finem, abſolui poſſunt à Pœnitentiario in caſibus occultis. ibid. 148. Si ad malum finem, non poſſunt abſolui. ibid. Et ſi miniſtrauerint in Ordinibus cum tali Cenſura, ſeù celebrauerint, non habilitantur ad Officia, & Dignitates, ſi diſpenſentur. ibid. Largientes dona, ſeù munera intra, aut extra Religionem, qualitèr abſoluendi. 1. 5. 11. 152. Et qualitèr, ſi fuerint Apoſtatæ. *Vide verb. Apoſtata.*

Digitized by Google

Rehabilitatio.

Cauſæ pro concedenda Rehabilitatione ad Beneficia. 2. §. 3. Introd. 204. Ad Officia, & Dignitates pro Regularibus. ibid. Quid ſit Rehabilitatio, & qualitèr facienda, cùm conceditur ad Beneficia. 2. 5. 1. 287. Ad Officia, & Dignitates. ibid. Cum abſolutione, & diſpenſatione ſimul. 2. 5. 2. pag. 289.

Reſeruatio.

Reſeruatio aliquorum caſuum ſtat cum iuriſdictione ad vniuerſitatem cauſarum, ſi aliundè ſit vniuerſalis. 1. 1. 2. 33. cum tali reſeruatione non poteſt dici plenaria, quæ ſolùm reſidet in Pontifice. ibid. Reſeruatio, cum ſit odioſa, ſtrictè eſt intelligenda. 1. 6. 3. 129.

Reſpublica Chriſtiana.

Quid intelligatur per Statum Reipublicæ Chriſtianæ. 1. 4. 5. 101. Quid per Statum Catholicæ Religionis. ibid. Qui incurrant Cenſuram Bullæ Cœnæ, nunciantes pertinentia ad Statum Reipublicæ Chriſtianæ Turcis, & alijs inimicis Chriſtiani nominis. ibid. Tales abſolui non poſſunt à Pœnitentiario. ibid. 100.

Romipetæ.

Et Peregrini ſunt ſub Protectione Sedis Apoſtolicæ. 1. 3. 6. 79. Non ſic alij Peregrini, ad alia loca deuotionis gratia proficiſcentes. ibid. Hos lædentes, quid incurrant, & quando abſolui poſſint à Pœnitentiario. ibid. Et *verb. Peregrini*.

S

Scandalum.

SCandalis eſt obuiandum; & ad euitandum Scandalum receditur à diſpoſitione Iuris communis. 2. §. 3. Introd. 202. Quæ ſint Scandala, ad quæ euitanda diſpenſatio ſolet concedi. ibid. In diſpenſatione data ad euitanda Scandala, ſufficit, quòd hæc inter ſe differant numero, nec eſt neceſſe, quòd differant ſpecie. ibid. 202.

Schiſma.

Digitized by Google

Schiſma.

Duplex eſt Schiſma, alterum iunctum cum hæreſi, alterum ſinè hæreſi. 1.4.3.96. Schiſmaticus eſt omnis hæreticus, non è conuerſo. ibid. Qui incurrant Cenſuram contra Schiſmaticos latam. ibid. 97. Schiſmaticus per ſolum actum externum abſolui non poteſt à Pœnitentiario. ibid. Et per talem actum ſolùm Schiſma ſatis conſummatur. ibid. 97.

Sedes Apoſtolica.

Ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel ab ea recedentes, ſua, aut aliorum opera lædentes, aut ſine iuriſdictione eos in Curia vexantes, excommunicantur in Bulla Cœnæ. 1.3.5.75. Qui incurrant, aut non incurrant. ibid. 76. Quando tales poſſint abſolui à Pœnitentiario. ibid.

Stylus Curiæ.

Stylus Curiæ Pontificis facit Ius, & declarat talem eſſe Pontificis mentem. q. 6. Procem. 18., ità ſentiendum de ſtylo Sac. Pœnitentiariæ, cùm ſit Tribunal Pontificis. q. 7. Procem. 20. Stylus Curiæ Romanæ vbique eſt obſeruandus, præſertìm in ordine ad gratias, diſpenſationes, & interprætationes litterarum Apoſtolicarum. ibid. 20.

Subrogatus.

Sapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur. q. 2. Procem. 6. In ſubrogatos tranſeunt Priuilegia ſuppreſſorum. ibid. Subrogatus in locum alterius dicitur idem cum ipſo, & comprehenditur ſub eadem diſpoſitione. 1.1.3.34.

Suſpenſio.

Suſpenſus, vel interdictus ab homine nominatim, aut pro ſuſpenſo, vel interdicto declaratus, aut denuntiatus, abſolui non poteſt à Pœnitentiario. 1.5.13.155. Secùs ſi aliter fuerit ſuſpenſus, vel interdictus. ibid. Abſolutio ab his Cenſuris eodem modo regulatur, ſicut ab excommunicatione; ſimbolizant cum excommunicatione Cenſuræ iſtæ. ibid. pag. 156.

Tranſ-

Digitized by Google

T

Tranſgreſſio.

TRanſgrediens mandatum Superioris in materia graui, grauem culpam committit.q.6. Procem. 17. Tranſgreſſor nunquam dici poteſt nominatim excommunicatus, quo vſq; tranſgreſſio remanet occulta. 1.2.4.46. Quamuìs Cenſura ſit lata per præceptum ſpeciale de futuro. ibid. Nèc tenetur prodere ſe ipſum Superiori pro foro externo, & ſe ipſum infamare, dum occultum eſt delictum ibid. 47. Tranſgreſſor Voti Religionis, aut Caſtitatis. *Vide verb. Pœnitentiarius quo ad Vota.*

V

Voluntas.

COncedentis facultatem, non operatur, niſi quatenus exteriùs manifeſtatur. 1.2.12.64. Volenti, & conſentienti nulla fit iniuria, neque iniuſtitia. 1.6.11.188.

Victualia.

Impediens eum, qui victualia, & alia neceſſaria Romam conuehit, excommunicatur in Bulla Cœnæ. 1.3.4.73. Quando incurrat, aut non incurrat. ibid. 74. Ipſum abſoluere poteſt Pœnitentiarius, ſi non fuerit declaratus, vel denuntiatus. ibidem *Vide verbo Pœnitentiarius quo ad Bullam Cœnæ.*

Violator.

Violatores libertatis Eccleſiaſticæ. *Vide verb. libertas Eccleſiaſtica.* Quid ſit libertas Eccleſiaſtica, & qualitèr contrà ipſam aliquid cenſeatur factum. 1.4.10. §. 2.110. Quibus in caſibus violetur. ibid. per octo §§. 109. Violatores Immunitatis Eccleſiaſticæ. *Vide verb. Immunitas Eccleſiaſtica.* Violatores clauſuræ Monialium. *Vide verb. Clauſura.*

Votum.

Quid ſit, & quæ poteſtas requiratur ad diſpenſandum ſuper

eo.

Digitized by Google

eo. 1. 6. ante dub. 1. 157. Apud quos reſideat talis poteſtas. ibid. Illa commutat Pœnitentiaria, ſed cum diſpenſatione. 1. 6. 2. 159. Quot modis fieri poſſit Voti commutatio. ibid. 160. Vota reſeruata Papæ non commutat Minor Pœnitentiarius. 1. 6. 1. 158. Quot, & quæ ſint. ibid. Materia quæ ſubrogatur Votis in commutatione, moderatè debet recedere ab æqualitate. 1. 6. 2. 163. Quomodo moderanda hæc inæqualitas. ibid. Quo ad alia. *Vide verb. Pœnitentiarius quo ad Vota*; Et quo ad executionem circa Vota.

Vouens.

A ſe ipſo commutare poteſt Votum proprium in materiam euidentèr meliorem. 1. 6. 2. 161. dummodo non ſit Votum reſeruatum, cùm ſic non ſit ſub eius poteſtate. ibid. 162.

Vrbs Roma.

Impedientes deferri ad Vrbem Romam frumenta, & blada, intra quinquaginta milliaria Vrbi proxima, quid incurrant. 1. 3. 4. 75. A quo poſſint abſolui. ibid. An talis Cenſura incurreretur; Si Pontifex, & Curia Romana non manerent Romæ. ibid. 75.

Digitized by Google

ERRATA CORRIGENDA,
Quæ in hoc Opere irrepſere.

Pag.	*lin.*	*Errata*	*Correctio*
47	11	& eſt extra	& ſi eſt extrà
50	28	ſtliquem	aliquem
56	8	Nunc quoque	Hunc quoque
	14	diuerſis,	, diuerſis
67	25	nauigantium	naufragium
82	26	dele	qui Nauim inſequutus eſt in Mare,
112	31	quaminus	quo minus
132	9	non conſiſtit	conſiſtit
144	13	Maiori	Maioris
178	27	omittuntur	emittuntur
187	22	negari non poteſt deficit	quin acquiratur Ius ipſi Congregationi, quo priuari non poteſt
200	12	indiſpoſitione	in diſpoſitione
201	2	non habentem	non habentis
232	30	Conſanguineos	Conſanguineas
238	3	aliud	aliquod
238	28	eo quod	& quod
243	9	paupera	pauper
252	13	ab iniectione deeſt	manuum
253	23	in tertio	in ſecundo.
259	27	huc	hic
286	21	& ex dictis	& ex Doctoribus
287	26	&	cum
295	30	oneris	oris
301	17	deferendum	defendendum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google